Digitized by Google

Gastaldy ms.

G
M. 3
9

Digitized by Google

Digitized by Google

UNIV... À DI ROMA
... DI ... MEDICINA
STO... CA
BIB...
COLLOCAZIONE
M. 3 / 9
... DI INVENTARIO
1564
Digitized by Google

NATVRAE
MORBOS DECERNENTIS ARCANVM
OPVS.

NOVA COLLVSTRATVM LVCERNA,
ac duobus Libris comprehenſum. Quorum alter continet ea,
quæ vniuerſim ad Criſes faciunt: alter COACAS
Hipp. & ſigillatim morborum omnium
enarrat euenta.

SERENISSIMO, AC POTENTISSIMO

IO. CASIMIRO
POL. SVEC. REGI DIC.

AVTHORE

IVLIO MILLO CIV. VENET. MED. PH. DOCT.



VENETIIS, Typis Ginammeis, M DC. LIV.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

MFN
1605

Digitized by Google

SERENISSIMO, AC POTENTISSIMO

IO. CASIMIRO

POL. SVEC. &c. REGI INVICT.

Julius Millo Felic. Triumph. Opt.

QVOD de Ægyptiorum dicatæ Saidicæ Mineruæ celebritate Lucernarum peracta geſtatione produnt Herodoti monumenta; nunc erga Tuam Auguſtiſſimam Maieſtatem (SERENISSIME REX) me vſurpare iuuat. Tuo quippe Sacratiſſimo Numini, quanquam terris diſſitus, hanc humilimus offero Lucernam, qua non, vti Diogenes, hominem ſed veritatem in Apollinea arte ſectis diſtractam quęro, vt orbi rediuiuus, quem tam religiosè venerata eſt antiquitas, effulgeat Hippocrates. Is enim ſtans ad ſublimen tui Solij Aram, quemadmodum infractas Græcorum vires olim in ſui tutelam aduerſus Magnum Perſarum Regem traxit: ita in præſentia-

rum Tuæ Maieſtatis optat ipſi præclariſſima affulgeat Lux, qua perfuſſus, vti ſapientiores philoſophantium vnanimi decreuere conſenſione, verè magnus ſit, & præſtans. Perinde enim ac Tu, inuictiſſime Regum, fugaſti perduelles ſæuis Scytharum armis innixos, Tuaq. factum vitrici manu, vt quam Latam minabantur perniciem, ſuis diris in pectoribus experirentur: ſic & Hippocrates luctuoſa arma à ſæuientibus, morbis ſurripiens, medicam diſciplinam ad ſapientiam transferre nixus eſt. Aſt quoniam delapſa hæc poſtmodum vitio temporum, ingeniorumq prurigine in præceps; ſartam, tectamq incolumitatem expoſcit; hanc idcirco mutuo ab ipſo Hippocrate Lucernam aſſumpſit, qua ſacrum Tuæ Maieſtatis Numen venerabunda, & humilis adire cupit, vt aduerſus obtrectatores habeat patrocinium, Tuiſque ingentibus inclareſcens titulis, cunctis hominibus expectitam præbeat ſalutem. Nam Hippocraticis firmata ſcitis numquam à ſcopo deuians generoſa manu morborum infringet malitiam, ſeu fatorum moriendi decretis certa reddet Oracula. Quod ingens, ac eximium eſſet mortalium caducitati auxilium, perpetuis expectendum votis, meis tamen non aſſequendum viribus. quandoquidem, etſi promptum eſt iuuandis hominibus conſilium; ea ipſi deſunt diſciplinarum complementa, quæ tot ſtabiliant

cona-

conatus. vtcumque vero quicquid opis in me eſt, effundo in alios, vt gaudeam, dum diſco, docere. nec me arduum hoc metientem iter, ac nullis iam calcatum pedibus Phæthontei deterrent caſus, ſi Clementiſſimę Tuæ Maieſtatis fauor, vt eſt in literis pronus, hoſce meos excipiat labores, eoſque non ſpernat ſuis egregijs inſidere rebus agendis. quippe præcioſitatis inde multum haurient ad alios non inutiles fortaſſim in hoc medico opere nixus, quos Auguſtiſſimæ Tuæ Maieſtati quales, quales obſequentiſſimo dedico animo, vt Tuis, ſi merentur, inaugurati auſpicijs Æternitati adhæreant. Valeat Tua ſublimis Maieſtas diu felix, & Opimos triumphos, quos Celeſtia Numina de immani Thrace tuo Sceptro deſtinarunt, vt quam ocyus omnium concelebrent voces: auet Chriſtiana Reſpublica.

LECTORI.

EQVIDEM haud ſum neſcius futuros, quos mea hæc ſcripta non leuiter monebunt, ac ſtatim ad tituli inſpectionem mirari non deſinent quid tot moliri audeam promiſſis. An nè, dicent fortaſſis, poſt præclara aliorum volumina pro bellarijs hic nobis Cramben recoctam dabit? vel ſuam à Nannaco incipiet cantilenam? paulũlum quæſo benigne Lector ſiſte, & mei habebis inſtituti rationem.

Peruagatur per omnium ora laudatiſſimum, ac veneraudum Hip. nomen: ſed ſat in hunc depoſuiſſe laboris creditũ, ſi paucos perlegas Aphoriſmos: multùm ſi Prognoſticorum voluinen ſummis deguſtes labijs: ſupremum tandem ſi curſim videas, quod de victu in acutis. eximia certè habes documenta; ſed non omnia iſthinc medicinę fulcra, quę diſperſim data occaſione ſuis in voluminibus. Aſt hauriam hæc, dices, ab ſedulo interprete Galeno. vtinam ſuam in bonum artis vertiſſet facundiam! ſed ob nimium inſectandi ſtudium præceptorem hic & ſpernit ſæpè, & deſerit. Quid de Arabum ſecta, cuius in ore & Galenus, & Hippocrates? faceſſat cęnoſa barbaries, ac politioribus nos addicti Muſis, lucidas ac teretes Margeritas ex piſcoſo vrinantes quęramus Occeano. Aſt illos nè deſeram, qui in Græcorum monumentis aſſiduè inſudarunt? abſit: horum quippe nixus expanſis vulnis amplectimur; ſed optamus iſtis ſit Hipp. ſuarum lucubrationum ſolus dux: in hunc ornandum parentem ij perpetuò intendant: ab hoc Lesbiam habeant normam, qua aliorum diiudicent ſcripta. nam ſtudia hinc noſtra, generoſius edocta, ſalubrius ſeſe exerent, illis poſt habitis diſſidijs, quæ medicam artem dedecorant, & frequentiſſima funera parant. Sed nimis hic obſcurus in dicendo, nec ſatis compertum, quę ſint eius germana ſcripta. Libros omnes, & ſæpè lege, dilucida ab ipſis emicet lux: quin & videbis, ſi non ab vno Hipp. ſtylo, ab eius vtiq. doctrina omnes. Huius rei ſpecimen dare voluimus hiſce noſtris conatibus, tum ne perirent nobis ſubciſiuę horę; tum vt quid in penu eſſet ad inſtantes minus aptas laborioſis ſtudijs virilitatem, ſi fata ſinent, & ſenectutem. Hæc noſtra erunt obſonia, quæ etſi non dulcia, vtiq. & acria, dictum à Cyro, & ſalſa ad ſaturitatem, & robur, ac quod antiquitatem redolet, ait Plato, à veritate minus abeſt. Vale.

OPE-

Google

OPERIS TOTIVS EPITOME.

LIB. I. SECT. I.

Tempus varium quo morborum circuitus metiuntur. pag. 1.

GAL. non benè de Criſibus. notio ab Hipp. petenda. num. 1. Criſeos nomen non benè à forenſibus quæſtionibus. nec à ſecretione. minus ab excretione. rectius à certamine. ſed leuis hæc de nomine altercatio. 2. Criſis dignoſcio à repentina mutatione, hæc in humoribus non omnibus. ſed inſolitè ſe agitantibus. tranquillitas ad diuturnitatem. iudicatio quid latè & verè. 3. Criſis hinc definitio. differentiæ. 4. Tria in ipſa conſideranda. de tempore prius. 5. Quæ tempora aſſumenda. horum partes. 6. Hebdomada diuiſa. ratio diuiſionis. tabula harum. 7. Ratio diſpoſitionis earundem. Aphoriſ. explicatur. 8. Hebdomadæ in quadragenaria. huius validitas. menſium diſpoſitio. annorum itidem. 9. Dies non integri in circuitibus. ſuppurationes horum duæ. 10. Dies pares ſeu impares cur critici. horum enumeratio. 11. Quid exacerbatio dierum parium aut imparium ex amplis oſtenſum. 12. Circuitus febrium quinam. bis febres metitæ. erroneæ cur dictæ. 13. Vniuerſalis horum circuituum tabula. progreſſiones eorundem. 14. Dies ſolùm decernentes. præindicantes inſimul. circuitus ad diuturnitatem mixtim procedentes. hinc tabeſcentia. 15. Venatio dierum decernentium non radicalium. hinc circuitus erronei. exemplum de pleuritide. non curandas erroneas febres. 16. Quartanus circuitus à ſecunda morbi die. 17. A tertia. 18. A quarta. 19. A quinta. 20. A ſexta. 21. A ſeptima tandem. 22. Tertianus circuitus à ſecunda morbi die. 23. A tertia, & quarta. 24. A quinta, & ſexta. 25. A ſeptima mox. 26. Quintani circuitus progreſſiones à ſecunda, tertia, & quarta. 27. A quinta, ſexta, & ſeptima. 28. Hinc notio confuſarum febrium. 29. Nec minus intermittentium, quartanarum per vndecim inſultus progreſſiones. 30. Amuletum quartanis vtile. 31. Ratio de duplicibus quartanis. tum in ſubſequente inſultu. 32. Tum in præueniente. notabile obſcruatum de complexa quartana. 33. Tertianarum demum intermittentium progreſſiones. purgatio quando in iſtis opportuna. integer harum ſolutionis tempus. 34.

SECTIO II.

Natura in alimentum intenta, vt humanum corpus ſeruet. pag. 17.

CRiſis bona, ſeu mala. à ſtatu naturæ. à conditione morbifici humoris. 1. Munus naturæ nutritio. variæ de hac ſententię. vera Hipp. aliæ non irrationabiles. 2. Nutritionis ordo, 3. A vaporoſo elato quid. analogia capitis, & infimi ventris. 4. Sanguinis diſtributio circa cor. pulſus arteriarum. auriculæ cordis. valuularum ſitus, & vſus. 5. De Liene duo. eius conſtructio, & craſis: aqueum, & non fęculentum in hoc. 6. Non ab hepate. 7. Probatio à tranſitu quarundam potionum. reliquum in ſanguinem viſcoſum. 8. Diſtributio venarum à trunco ſplenetico. 9. vnde ichor in arterijs. ſumit ſpleneticus truncus non euomit. appetitionis ratio à ſuctione. 10. Fluxio hæmorrhoica vnde. lienem quomodo depleat. 11. Aquoſus ſuccus in arterijs quid pręſtet. prudentia in melancholicis. riſus in ſtultis. eius cauſa. meſtitia ab innaturali melancholia. & alia mala. 12.

De cerebro duo aſſumpta. ventriculi coctio liquatio. pinguia, & oleoſa euaporant. abeunt in pituitam. leuitat ſubinde hæc. & in ſanguinem faceſſit. 13. Hæc à ventriculo efferri ſuadent coniecturæ. 14. Sed apertè probat iugularium venarum conſtructio, Hipp. mos in curandis capitis paſſionibus. ſinuum à cerebro diſperſiones. truncus cauæ aſcendens diſtributus. lotium copioſum ab incaleſcentia capitis. caput imbecille à nimio coitu. vtilis hic in morbis pituitoſis. 15. Venæ cerebri ſumunt denſatos vapores. componunt in ſanguinem. diſtribuunt ad alias partes. parum cruoris diſſectę emittunt hęmorrhagię copioſę ratio. 16. Cerebri conſtructio circa anteriores ventriculos. & plexum coroidem. huius cum meſenterio analogia. Quid faciat Tylloides corpus. 17. Hinc totius cerebri œconomiæ ratio. iugulares, & ſinus vnum vas. nec hi à iugularibus cruorem recipiunt. 18. Arteriæ ingredientes ſinus. hæmorrhagiæ diuerſa ratio. ſigna antevenientia cur. ſinus per ceruicem diſtributi. 19. Ab elatis vaporibus ſonorus aer. liquores oculorum. cæcitatis & obtenebrationis cauſæ. viſio in tenebris. etiam in hominibus à ſomno. 20. Coctiones in cerebro nutritur pituitoſo ſanguine. vt & externæ capitis partes. facies concidit in magnis morbis. 21. Non ergo à venoſo ſanguine nutritur. ratio ex diſtributione venarum. 22.

Cordis motus naturalis. vnus ſpiritus vnius animæ inſtrumentum. à corde hic. cuius ſtructura muſculoſa. ideo contractio eius præcipua actio finis ſpirituoſi ſanguinis impulſio. motus cordis, & arteriarum vnus. ſed contraria ratione. vaſorum eius ſtructura. 23. Munia vitæ cur pereant. nerui vt vinciones ſ[illegible]es. reſolutionis ac doloroſæ diſtentionis ratio. 24. Effetrix ſpirituum cauſa. & materialis. tranſitus ſanguinis ab vno ad alium ſinum. 25. Ductus aditum præbentes. veroſimilius per pulmonum vaſa. opportunus is circuitus. hinc communio malorum. non à pleura. 26 In fætu vaſorum adiunctiones. harum veroſimilis cauſa. 27. Hinc aliorum exploſæ ſententiæ. à liene nihilominus quandoque Epi-

lepſia

lepſia . 28. Rubor in ſanguine ab vligine. hanc ſemen prius. qua formatores ſpiritus . & hi ſuapte natura rubent . cætera ab his . motus hinc etiam. hepaticis fluoris cauſa . calculæ in venis cur ſanies à ſanguine . 29.

Herueij ſententia de ſanguinis circumlatione . huius opinati occaſio . 30. Primum eius aſſertum . duo ſuppoſita . 31. Hæc in examen . tranſitus ſanguinis per vaſa pulmonum . horum diuerſa magnitudo , & capacitas . 32. Pulſu emiſſi exigua copia ſanguinis . tranſit in venas per anaſtomaſim . hæ ſuapte natura non ſugunt. pulſant arteriæ quia fluctuat ſanguis . 33. Aorta in cadaueribus cur ſanguine diſtenta . auricularum vſus . 34. Experimentum ad id . 35. Non totus cruor ab arteria . in iugulatis euentus varij. 36. Dicta VValeij in examen. 37. Et reliqua Herueij . in arterijs parum ſanguinis. 38. Arterioſus ſolùm ab his adapertis. hæmorrhagiæ ſuppreſſio à cordis quiete . 39. In inſectilibus ratio. quod in folle id in corde 40. Ex ſecundo aſſerto ſublatus alterationis motus , & nutritio quoq. 41. Quæſitum de ſanguine alimentoſo . hinc exploſum Herueij aſſertum . 42. Ligatura quid ad arterias faciant . 43. Fallax hinc Herueij experimentum . corpulentiores lacerti quomodo phlebotomando . 44. Reſilitio non ſubita ab arterijs in venas . 45. Inciſio venarum cur ſubter ligaturam . 46. Algoris ad cor reſilientis ratio . 47. De ligaturis quoque . 48. Poſtremum aſſumptum à valuulis . 49. Violenta ſpirituum impulſio . ideo arteriarum corpus craſſum . & caua etiam propè cor . 50. Motus ſanguinis ſurſum non naturalis . à tractione cordis . huius ordo . incommoda ex Herueij poſitione . 51. Ratio petita à varicibus . elegans naturæ artificium. 52. Experimenta Herueij quanti roboris. 53. Et VValeij quoque . 54. Venenorum vis . & purgantium . concluſio dictorum . hinc dierum criticorum ratio .

Morbus moleſtia . hæc à roboris debilitate . redintegratio à ſola natura . ſtatis hæc circuitibus per coctionem . hinc dietæ religioſam normam. 56. Duplex ſubſtantia alimentis refecta . duplex & coctio . ab iſtis ſemota recrementa . bilis perpetuò hoſtilis . non ſic pituita , nec melancholia . paratio horum ad excluſionem à natura . cruda etiam per criſim excluſa . poſt primam, aut alteram coctionem. 57. Motiones ad alitionem opportunæ . ſuis definitæ temporibus . ſumpta hæc ab obſeruatione . 58. Mutatio ſeminis in vtero . vligo prius . ſeptima die membra expreſſa . id ſpirituum ope 59. Quatriduana inedia tollerabilis . nulla reintegratio poſt ſeptimam . hinc delirantium obitus . ſtatus animalium in cauernis degentium . 60. Hinc ratio quaternionum , & ſeptimanarum . 61. Et nutritionis opus totum temporibus definitum . 62. Vt & criſeos . aliorum quoque ſymptomatum .

SECTIO III.

Humorum ſecretio, qua humanum corpus offenditur . pag. 57.

DEinceps quid agendum 1. Febrium ratio . non intemperies . nec à putredine. 2. Quid verè de ipſa ex veterum ſcitis . 3. Differentia . 4. Continuæ cur . à bile quomodo . 5. Horum ſolutio , & remiſſio . 6. Intermittentium itidem ratio .

aluus

alnus cur in his remorata . 7. Recrementa ſpirituum inuadentia loca . 8. Morbi à ſuccis cur . 9. Vnde acris vis immutans . auxilia qualia ad morbi ſolutionem damnum ab his extra tempus . 10. Mutationes occurſantes ſpiritibus . & humoribus , meatuum hinc diſpoſitiones variæ . & curatiua Hipp. ratio . 11.

Periodorum cauſa . de tertianis prius . earum rigoribus . 12. Deinde de quotidianis , algor in his . quibus in morbis hæ . 13. Identidem de quartanis . duplex harum gignitionis modus . 14. Vitium vbi . atræ bilis vis . horroris cauſa . Epilepſiæ ſolutio à quartana . & hac à ſolo vſu refrigerantium . 15. Melancholia cur à liene non aſſùmpta . hinc melancholicorum mala . & varij in quartana effectus. 16. Periodi cur quarta quaque die . reliqua de his propoſita . 17. Inſultus præripientes , ſeu protrahentes periodos . 18. Diuturnitas aut breuitas horum . varij ex commixtione recrementorum effectus . 19. Febres quæ ſinceræ , aut ſpuriæ . ratio longitudinis paroxiſmorum . 20. Congeminati eiuſdem naturæ inſultus . id non à ſola ſuccorum copia : nec ab intenſiori ſapore . 21. Ratio vera . & cur inordinati rigores in tertianis . 22. Quotidianarum febrium multiplices inſultus . 23. Et quartanarum etiam . ſed diuerſa à tertianis ratio ſolutionis . 24. Et congeminati inſultus diſſimilium naturarum multiplices.complexus quotidianæ ſimplici tertianæ . & duplici . quartanarum quoque & tertianarum . 25. Itidem progreſſus tertianarum & quartanarum ſimplicium . 26. Duplicium quartanarum ſimplicium tertianarum. 27. Simplicium quartanarum duplicium tertianarum . 28. Demum triplicium quartanarum duplicium tertianarum . & omnium generum . horum euentuum ratio . 29.

Continuarum febrium differentiæ . vitium in diaria . maraſmum duplex . 30. De ardentibus . duplices hæ . laſſitudo in iſtis . 31 . Platonis dictum . 32. Enarratio huius . diariæ continuæ . 33. Hecticarum gignitionis modus duplex . 34. Et continentium quoque vitioſitas ſuccorum propia aliunde indempta . 35. Hinc altera continuarum differentia . partes ſuccos componentes. malitia harum ex diſſolutione . 36. Hæc & per gradus, & tumultuosè . peſtilens inde febrius . 37. Et tum à viſceribus, tum à membranoſis partibus exorientium . de Pleuritide exemplum ab Hipp. quæ deinceps . 38.

Morbi paruitas quæ . eius magnitudo quotuplex . duplex cacoethia . doloſitas quæ. malignitas noſtratum . 39. Vehementia quæ . vocabulorum varia ſignificata . magnitudo & acuties cum remiſsione . 40. Celeritas vnde . hæc in omni febre.& in letargo . 41. Acutiei natura , hæc à vehementia distincta. acuti quinam morbi . 42. Non omnes ſtatim acuti . & in diuturnis acuties . huius gradus à vehementia. 43. De phlebotomia in acutis locus Hipp. 44. Hæc non in omnibus acutis . ſenes ab hac remouendi . 45. Tarditatis cauſæ . morborum diuturnitas hinc. 46. Delirationum autem quæ nam immediatæ. triplex caloris circuitus. 47. Ad intellectionem facientes quales . diſpar intellectionum & phantaſiæ turbatio . 48. Spirituum inæqualitas vnde . hinc delirationes multiplices . 49. Somni & vigiliæ ratio . ſomni effectus varij . noctambulantium mira. 50. Et de interna quoque locutione. 51. Locus Hipp. de virium infirmitate . 52.

SE-

SECTIO IV.

Medicum criterium, quo morborum prænoſcuntur euenta. pag. 101.

QVæ poſtremò dicenda. 1. *Mutatione: in morbis quotuplex.* 2. *Terminum acutorum. non omnes intra hunc terminum acuti.* 3. *Molliter incipientium ratio. criſis quarta plerunque deſignata, & ſeptima completa.* 4. *Quartæ diei, itidem & tertiæ ratio tum ad interitum.* 5. *tum ad ſalutem.* 6. *Laſſitudinoſarum febrium ſolutio.* 7. *Diei ſeptimæ modus, & exempla.* 8. *Vndecimæ quoque.* 9. *Et decimaquarta.* 10. *Quintæ mox in erroneis.* 11. *Sexta.* 12. *Octaua.* 13. *Nonæ.* 14. *Et decima.* 15. *Erronei inſultus ratio.* 16. *Decimaſeptimæ diei vis. in hanc circuitus quintanarum. de iſtis Gal. oſcitantia.* 17. *Harum idea. exempla.* 18. *De vigeſima. tertianarum reuolutiones. complicatorum circuituum exempla.* 19. *De vigeſimaſeptima.* 20. *Deinde de trigeſimaquarta. & ſeptimanarum febrium ratio.* 21. *De quadrageſima.* 22. *De ſexageſima. & nonanæ febris ratio.* 23. *De octuageſima.* 24. *De centeſimauigeſima. vltima hæc continuarum meta. inordinatio inſultuum melius in principio, quam in fine.* 25. *Decimaoctaua in erroneis inſultibus.* 26. *Et vigeſimaprima.* 27. *Vigeſimaquarta.* 28. *Vigeſimaoctaua. de alijs nulla hiſtoricæ narrationes. ſexageſimaſeptima funeſta.* 29. *Sed ex erroneis circuitibus dies omnis critica. quid deinceps.* 30.

Coctionis vis. quid ipſa. in quibus ſuccis. dictum Hipp. 31. *Cruda ab incoctis ſecreta. quid Hipp. coctio. caloris ad opus imbecillitas vnde.* 32. *Crudorum & incoctorum natura varia. grauiores à corruptella ſuccorum affectus.* 33. *Cocta cur medicanda. non in initijs. quæ coctio in recrementis. quæ à crudis, & incoctis.* 34. *Acriſia quid. quando. varietas in lotio ab hac.* 35. *Labor à crudis & incoctis.* 36. *Decubitus & affluxus ratio.* 37. *Diuturnitatis cauſa.* 38. *Et mortis.* 39. *Et ſuffocationis. motus pulmonum vtilitas. impedientia ſanguinis ſirrhoen.* 40. *Recidiua quid. duplex quies. completæ criſis duplex opus.* 41. *Incompleta duplex.* 42. *Dictum Hipp. deiectione inopportuna nocua.* 43. *Res exemplis illuſtrata. criſes ad diuturnitatem.* 44. *Morbi ſtatas & inordinatas indicationes habentes.* 45. *Complicati affectus.* 46. *Recidiuationum multiplex varietas. harum ſigna.* 47.

Labes in corporibus vnde. recrementorum paratio ad excluſionem. 48. *Secundarium hoc naturæ opus. de pleuritide dictum.* 49. *Firma coctionum ſigna.* 50. *Horum opportunum tempus. ſtatus morborum diuerſus.* 51. *Non à ſola coctione & cruditate. à circuitibus legitimè indicantibus.* 52. *Bonæ coctionis altera conditio.* 53. *Et poſtrema non minus neceſſaria.* 54. *Ab his ſigna. non ſine diſtinctione.* 55. *A recrementis ex aluo.* 56. *Tum ex venientibus ab alto. ab vrinis. ſputionibus.* 57. *Criſeos ſpecies enumeratæ.* 58. *Cuique morbo quæ opportuna. notio à robore naturæ. à conditione ſuccorum. à corporum diſpoſitione.* 59.

Hæmorrhagiæ ratio. innaturalis hæc. 60. *Venarum motus. eius opportunitas.* 61.

Hæ-

Hæmorrhagiæ occaſiones. 62. Conditiones expetitæ. ſtillationum mala. 63. Incommoda ex meraco ſanguine, qualis hic. 64. Rectitudo ſeruanda in effluxione. phlebotomia in pleuritide. huic nocua hæmorrhagia. non itidem peripneumoniæ. 65. Stillationum, & hæmorrhagiæ tempora. 65. Duo hinc vniuerſalia. 65. Sed anceps hæmorrhagiæ euentus. 66. Quæſitum hinc an præripienda. ſolutio. 67. Cautio ſeruanda. 70. Signa venturæ hæmorrhagiæ vniuerſalia. 71. Magis propia. 72.

Sudoris vtilitas. 73. Quid. eius cauſæ. frigidus. calidus. 74. Tempus opportunum. tertia dies. 75. Quinta. ſeptima. nona. vndecima. 76. Decimaquarta. decimaſeptima. vigeſima. vigeſimaſeptima. trigeſimaquarta. extra hos labor. 77. Mala ex ſudaciunculis. & ex vbertate. 78. De frigido locus Hipp. Gal. oſcitantia. 79. Sudoris deſignatio. 80. Inditia præindicantia. dictum Hipp. 81. Vrinæ ſuppreſſio vnde. 82. Quæ diiudicantes. 83. Tempus, & ſigna. 84. Deiectionum ex aluo differentiæ. decernentes. ſignificantes. 85. Tempus huius criſis. 86. Signa præuenientia. 87. Dyſentericus fluor criticus. tempus. 88. Signa præuenientia. quis vtilis. 89. Vomitus commodus. quibus in morbis. corporibus. 90. Mira temporum diſpoſitio. 91. Signa præuenientia. 92. Sputorum commoda. 93. Vtilia etſi praua. 94.

Exanthematum varia ſpecies. 95. Eruptionum harum modi. tempora. ſigna. 96. Icteri conditiones. 97. Dictum Hipp. progreſſus horum ex ardentibus. 98. Abſceſſus nomen æquiuocum. in acutis periculoſi. in quibus diuturnis ad ſalutem. horum conditiones. 99. Tria in examen. locus excipiens. 100. Rectitudo ſeruanda. etiam in affectibus complicatis. 101. Horum ſigna. 102. Quæſitum. num præripiendi. ſolutio. 103. Concluſio operis. 104.

LIBR. SECVND. EPIT.

SECTIO I.

De rigore, horrore, & perfrigeratione in magnis febribus. pag. 173.

RIGOR. algor. dolor. aphonia. exiguus ſudor. peſſima hæc. ex inſida leuatione obitus. 1. Peſſima cum perfrigeratione dyſphoria. quid ipſa. duplex hæc. 2. Et cum duritate inalgeſcentia. perniciosa. inſudoroſa vnde mors. 3. Cum melancholia conuulſifica. effectus atræ bilis. huius auxilia. 4. Et à perfrigeratione ſuppreſſio vrinarum. id in ſecundo cauſone. auxilium à ſorbitionibus attractorijs. 5. Ignorantia, & obliuio à rigore mala. harum occaſiones. 6. Sopor ſtata lege conuulſificus. parotidum author. conuulſificus quoque algor poſticarum partium. 7. Moleſtia à dorſi horrore, hinc peſſima vrinæ interceptio. & ſudaciuncula. à ſpinæ phlegmone cuncta hæc. 8. Lethalis

thalis rigor cum continuitate in languidis: duplex huius intellectus. 9. Suppurationis latenter fientis ſigna. 10. Moleſti à dorſo rigores. difficultas ex horum recurſione. 11. Et horrores cum cephalalgia, & ſudaciunculis maligni. 12. Difficiles quoque ſi cum multo ſudore. dorſalis hinc tabis ſigna. 13. Maligni rigores multi inferentes torporem. huius natura. cauſa. 14. Et difficiles ſexta id facti. difficultas in morbis conditiones ſalutaris rigoris. talis hic etiam ſexta die. ſed nunquam pluries accedens. 15. Tabis dorſalis imminentis ſigna. 16. Et iam confirmatæ. ut repletionis eximiæ. 17. Quid à puris copia in pulmonia. non perpetuò à primaria affectione empyema. ſpiratio ſublimis in magna inflammatione. 18. Humecta hinc tande aluus. mala à purulento humore in ventrem erupturo. 19. Conuulſifica mala ab affectionibus inſuperrigentibus. hæc in tritæophijs. 20. Praui in acutis continui rigores. tales in Dealcis vxore. 21. Hinc cum cephalalgia exolutiones perniciofæ. & praua vrina cruenta. quid eclyſis. 22. Obitus ab opiſthotono cum rigore. affectio hæc primaria, & conſecutiua. 23. Ex horrore an hæmorrhagia. ſudoris quandoq. inſida diiudicatio. 24. Vrinarum interceptiones prauæ. parotides inde. 25. Tritæophiarum malignitas. harum idea. cauſæ. exacerbationes in conuulſis perniciofæ. 26. Aphoniæ ſolutio à tremore. huius & anandiæ diuidium. cauſa. diuturna in morbo iam progreſſo. 27. Periculoſa exolutio à rigore cum cephalalgia. 28. Vrinæ ſuppreſſio à rigore. dictum Hipp. 29. Malignitas conuulſionum & impetus doloroſi è femore. & laboris ſurarum. 30. Itidem febrium ex hypochondriorum doloribus. Gal. perperam dictum. multiplices hi dolores. 31. Nec minus hypochondriorum tenſio, huius diuerſitas. 32. Quæ & anxietudinum in tritæophijs. aſſodes febres. 33. Anandia in febre mala. quid ipſa. cauſa. præſagium. 34. Laſſitudinum differentiæ. ſolutionis medi. dictum Gal. emendatum. 35. Cum narium ſtillatione mala laſſitudinoſa febris. ſolutio huius. qualis ſudor malus. 36. Ictericorum lethalitas. & hæc in laſſitudinoſis. 37. Mutatio in dies pares tritæophiarum difficilis. documentum. 39. Anxietudines ſine ſudore in criticis malæ. id in tritæophijs & leipyricis. 38. Item perfrigerationes à crebris rigoribus cum ſudaciunculis. præſagium ex his. 40. Et crebro inardeſcere cum vigilia à ſudore malum. 41. Sed malignæ ſudaciuncula in febre. 42. Et malus pectoris morſus, & amaritudo in aluo biliosa. quid per hęc. iracundię cauſa. 43. Malus quoque in inflata aluus flatus non eruptus. cholerę ſiccę idea. & ruſtici morbi. hæc in morituris. 44. Malum ſingultire, & obſtupeſcere in laſſitudine. ſingultus ratio ex veterum ſcitis. ſingultuoſa febris duplex. auxilia in altera. 45.

SECTIO II.

De ſymptomatis mentem potiſſimum inuadentibus. pag. 202.

R*Emiſio cum prauis ſignis difficilis. diſpar hęc leuatio ab altera exitioſa. 47. Amentię inſtantis ſigna. 46. Malus ſudor in acutis anxijs circa caput ... morbidus ſpiritus. de caliginoſa ſpiratione Hippocrates. 48. Praua extrem... in. cie*

i i

tæ mutatio . & ſitis huiuſmodi . extrema quę . mutatio horum . vt & ſitis . 49. Mala ab homine moderato temeraria reſponſio . præſagium . ex hac mutatione . 50. Ex præcordiorum intrò tractione vox acuta . vocis differentię . acutarum cauſę . 51. Mala cita incaleſcentia poſt ſudorem à perfrigeratione . cauſa huiuſce euentus . 52. Et ſudor cum anxietudine malus . 53. Vt & impotentia abſque vaſorum inanitate . adinamia idem cum eclyſi . ex vitio inſtrumentorum hęc . 54. Malus quoque tractus veluti à vomitu deſinens inſcreatum. quid tractus hic. pręſagium . 55. Et torpor in vtrumque translabens . torporis idea . differentię. 56. Mala & ſtilla perexiguę . conditiones bonę hęmorrhagię . dictum de ſtillationibus . 57. Et ſitis pręter rationem in acutis ſoluta mala . 58. Exilitio ad manum quid . ad ſalutem quandoque . 59. Intereuntes paraplectico modo ex ardente . quid ex parotidibus cum ſopore . 60. In acutis attenuatis pernicioſa ſuffocatio . huius cauſa . 61. Lethalitas vomituum æruginoſorum in pernicioſis cum paruis tremoribus . 62. Et pernicies in perfrigeratis cum ſtrepitu à potione . hæc à viſcerum inflammatione . quid in ſiccis ſubmurmur. 63. Eadem pernicies è ruboribus manuum , ac pedum . lienis decliuitas . 64. Mors à quo ictero. efflantes, & refracti 65. Ecſtaſia taciturna pernicioſa . quid hęc . 66. Liuiditatum lethalitas . differentię . cauſę . 67. Vtilitas aut ſecus deiectionum bilioſarum in lateris dolore. hic dolor non perpetuò pleuritis . 68. Aſt exitus bilis atræ ab initio lethalis . non ſic progreſſo morbo . 69. Phrenitici in acutis anxioſis . 70. Vt pernicioſi dolores paulisper ſe efferentes . melius vt ad inferas . 71. Nihilominus lethalis ſedis dolor in acutis pernicioſis. 72. Vt in debilibus obtenebratio. ſurditas diſtorſio . non ſic ſi ab oppreſſione . 73. Ad diuturnitatem bubonis dolor . 74. Vt & acriſia . 75. Et diuturnę febres à doloribus vehementibus. ſi hi antea . 76. Mentis aberrationes quæ phreniticę . quid paracruſis . & pſilaphoſis . 77. Salus & interitus ab aphonia . dictum Hipp. ſpirituoſi quinam . 78. Parium dierum paroxiſmi an phrenitici . hac de re obſeruata . 79. Recidiuatio à febre non deficiente die critica . 80. Acceſſus amentię & vigiliarum his, qui tenues cum acerbatione ad criſim . quinam tenues . dictum Hipp. 81. Conuulſio ex commotione e iactatione , & ſomno turbulento . 82. Et ex turbulentis cum ferocia excitationibus . & ex apparenti perfrigeratione. 83. Ex mentis quoque aberrationibus cum ſopore . 84. Ferinę autem hę paulisper feroces . mentis aberratio diuerſa . 85. Conuulſoriæ pariter ventris elationes præter rationem . in filio Pythionis notabilis euentus . 86. Salubris hęmorrhagię inditia . quia hęc cum virium conſtantia. pręſagium quoque dyſenterię ab aquoſa vrina. 87. Maligni tremores in mente alienatis melancholicis . exiſtameni quinam . 88. Et lethale delirium in ſpiritu minutulo . ſpiratione difficili . ſingultu . quid minutula ſpiratio . 89. Bona in phrenitide inſomnia euidentia . bilioſa alui egeſtio quando in his ſalutaris. 90. Malę ergo albę egeſtiones & ſegnities . vt peſſimus rigor . 91. Sic & mutationes ſignorum mediocriter bonę fidei . qualia hęc . 92. mali & tremores melancholicis delirantibus accedentes. 93. Nam & phrenitici tremuli ſaliuam fundentes? 94. Nam & delirantes fortiter inſuper febrientes phrenitici . harum paſſionum comercium . 95. Et in his parum bibentes cum multo ſtrepitu conuulſio aut tremor .

Digitized by Google

mor. breuis in non potantibus ſpiratio. hęc phreniticis praua. 96. Lethales in vehementer phreniticis tremores. 97. Et circa neceſſaria deliria peſſima. exacerbationes inde pernicioſæ. 98. Signa ecſtaſis mox adfuturę. pernicioſa in his durities. 99. Nam & deliria in prędebilitatis peſſima. 100. Et prauę in phreniticis frequentes tranſmutationes conuulſoriæ. 101. Nigrorum vomitus in his perfrigeratis ſaliuam fundentibus. 102. Tales quoque in variè ęgrotantibus cum delirio. 103. Catocha autem exacerbata conuulſorio modo. Catochum quid. 104. Paruę in diuturnis parotides. pernicioſa hęmorrhagia, & vertigo. 105. Nam & vertiginoſę febres cum, & ſine voluulis pernicioſę. vertiginis plura vocabula. inligos quid. & ileoſa affectio: 106. In anheloſis quando magna parotis. anheloſi qui 107. Se efferentes dolores ad diaphragma aut pernicioſi aut empyematici. 108. Mala puerorum promptè conuulſifica. 109. Sed hæmorrhagiæ indicantia. 110. Et alia ad malignitatem quoque facientia. rigor ante ſalubrem hæmorrhagiam. 111. Suppuratio in dolentibus ad latus cum ſuffocatione. 112. Aſt in continuis puſtulæ vniuerſim erumpentes lethales. minus ſi parotis inde. 113. Extimorum perfrigeratio cum interno ardore mala. duplex cauſa. vtilitas ex potu aquæ frigidæ. 114. Tertia quaque die ingraueſcentes febres continuæ periculoſæ. intermiſſio harum minus. 115. Abſceſſus ad articulos in diuturnis. anteuenientes vtiles quoque cauteriorum vſus. 116. Ex capitis dolore cum pręcordio reuulſo phrenitis. ni hæmorrhagia. 117.

SECTIO III.

De ſignis ab ardentibus, & alijs febribus ad criſim. pag. 239.

LEipyricarum ſolutio à cholera. quid leipyrica. choleræ vtilitas. 118. Icterus malus. indicatorius. anceps. 119. Nigrorum vomitus tremorificus à frequenti recidiua in vomentibus. icteri reuertentes. relapſus in idem cur. 120. Deiectio grumoſi ſanguinis à lumbis impenſius tertia quaque die dolentibus. 121. Dyſenteriæ ſigna. eius quandoque vtilitas. 122. Parotides in bilioſis acutis cum magna ſpiratione, & præcordij tenſione. 123. Recidiuatio maligna in non proficientibus à diuturnis. 124. Signa diuturnitatis. bona habitudo quæ. 125. Alui profuſio lethalis in ardentibus. à liquatione hęc. 126. Et pernicioſa ardens à firmo ventris dolore. Hipp. dictum. 127. Mala deſignatæ, & non factæ in hac hæmorrhagię. 128. Solutio tremoris in ardentibus ab amentia. ratio à natura horum. 129. Minus periculoſa in his hæmorrhagia quinta die. bonum quid in hac. 130 Et crebræ deiectiones bilioſæ aquoſę quandoque malę. quandoque non. ſtatus ardentium in Perintho. 131. Solutio horum à rigore. 132. Et ſudores poſt recidiuam vtiles quandoque ex ardentibus cur recidiuatio. 133. Harum terminus dies quartadecima. 134 Periculoſa in his parotis non purulenta. 135. Letargicorum mala adiuncta, & conſectaria. aci torum affinitas. 136. A tremoribus ſine criſi ceſſantibus tandem abſceſſus ſedis. 137. Signa adfuturę hæmorrhagiæ. vomitionis. diarrhea. abſceſſionis. 138. A frequenti relapſu tan-

dem

dem coxiaria tabes. 139. *Abſceſſionum ſigna non repenſata maligna*. 140. *Febres quæ recidiuantes*. 141. *Acutorum terminus dies quatuordecim*. 142. *Et tertianarum exquiſitarum quis*. 143. *Inditium criſimum à ſtillatione. ſternutationis occaſiones*. 144. *Præcipuæ acutorum criſes*. 145. *Inditium integritatis aut ſecus à ſomno*. 146. *Quando hæmorrhagia vtilis*. 147. *Ab hac alui profuſio*. 148. *Ab alui ſuppreſſione cum cephalalgia & ſudaciuncula conuulſio*. 149. *& à mentis aberrationibus pauliſper ferocibus*. 150. *Aſt hæc fiens & deſinens eadem die bona. quia ad criſim*. 151. *Huius à febre ſolutio*: 152. *Intermittentium febrium mala*. 153. *Tranſitus quartanarum ad acutiem lenis hyberno tempore. de his Hipp. monitum*. 154.

SECTIO IV.

De Cephalalgia. pag. 261.

Lethalis cephalalgia pertinax in acutis cum prauis. aliàs quid inde: venarum primus ſupereuomitus. 135. *Mala inde immiuentia. venarum ſupereuomitus alter*. 156. *Et opiſthotonici hinc*. 157. *Parotides à capitis concuſſione. duplex hæc*. 158. *Cephalalgia torporem & acriſiam inducens. ſolutio à ſingultu*. 159. *Et parotidas promens. mala à lumbricis*. 160. *Et hæmorrhagiam quoque*. 161. *A capitis verò concuſſione quænã. hæc non ſemper pernicioſa* 162. *Ab huius aggrauatione hæmorrhagia*. 163. *Aſt æruginoſus vomitus ad inſaniam*. 164. *In tremula verò impotentia vtilis hęmorrhagia*. 165. *Sed ab vrinæ interceptione in his conuulſio*. 166. *Cephalalgiam autem ſoluentia multiplicia*. 167. *Sed inde abſceſſus quoque ad gingiuas, ſeu ponè aures. ſitis ventris quæ*. 168. *Et quæ conuulſoria*. 169. *Itidem & mentem ſubuertentem*. 170. *Pernicioſè inde quinam*. 171. *Vt & quibus conuulſio*. 172.

SECTIO V.

De Sopore. pag. 270.

Vbique malus ſopor. huius occaſiones. 173. *Coma reuerſiuum phreniticum*. 174. *Et quod nam conuulſificum*. 175. *Pernicioſum item cum perfrigeratione*. 176. *Vtilitas ex alui rubra egeſtione ad criſim*. 177. *Et parotides in ſoporatis*. 178. *Hęmorrhagia itidem ſi cum mentis aberratione anxioſa*. 179. *Sed ſi parua in his ſputitio, parotis*. 180. *Quid tamen conuulſorij hinc*. 181. *Sed & ſingultus. vtilia in iſtis*. 182. *Lethalitas à cerebri ſideratione. auxilium ad hanc*. 183. *Sed & ab oſſium ruptura. mali huiuſce cauſæ*. 184.

S E-

SECTIO VI.

De Aurium affectibus, & Parotidibus. pag. 277.

OBitus à pertinaci aurium dolore. promptius in iuuenibus. fallax locus hic. 185. Præſagium ex ſurditate in acutis. in diuturnis. 186. Alui ab hac ſuppreſſio. 187. Frigiditas, pelluciditas, contractio harum pernitioſa. calidiſſimæ hę ſuapte natura. 188. Eccho in his & bombus lethalis. ſonus cur. 189. Hæc & ad hæmorrhagiam. 190. Surditas quoque. 191. Furioſum tamen quid in acutis ab hac. 192. Et mala in tremoribus, & linguæ reſolutione. 193. Et delirium in initijs cum tenui vrina ſubrubra. 194. At cum torpore, & ſtillatione difficilis. vtilitas à vomitu, & diarrhea. 195. Sed & parotides leniter ab hac. 196. Solutio ſurditatis ab hæmorrhagia, & diarrhea. 197. Dolenter aſſurgentes parotides pernicioſæ. 198. Denunciatio eryſipelatis à ruboribus ponè aures. 199. Obitus à parotidibus tardius excitatis è pluribus grauceolentibus. à præcordij tenſione impedimentum. 200. Ineptæ hæ paraplecticis. 201. Lethales non ſuppurantes in diuturnis. 202. Inditia his præuenientia. 203. Impedimentum à tuſſicula cum ptyaliſmo. 204. Inutiles vrinæ cito in his & medicè matureſcentes. algores praui. 205. Et obitus à ſuppuratis, ſi pus inodorum, & non valde album. maxime in mulieribus. 206. Hæ maxime in ardentibus ex acutis. 207.

SECTIO VII.

De Facie. pag. 287.

REmiſſionis ſigna à facie. voce. ſpiratione. 208. Lethalitas ex faciei corruptione. 209. Eius bonus color cum toruitate malus in acutis. & frontis contractio phrenitica. 210. Aſt cum ſudore in non febrientibus aut dictæ vitium. aut congeſtio vetuſtarum fęcum. cur id à vetuſtis. 211. Alui humeſcentis ſignum à narium rubore. malum in empyis à pulmone, aut iecinore. 212.

SECTIO VIII.

De oculorum affectibus. pag. 290.

PVrus redditus oculi color inditatorius. valent interna facultas bonus & oculus 214. Mala ergo caligatio. rubedo. liuor. nigrities. ſigna non bona. 214. Et mala hinc deſumpta. 215. Vt & praua, ac pernicioſa. 216. A rubore in febre alui diuturnus labor. 217. Huius profluſio puſtulæ in reualeſcentibus. 218. Pernicioſus in oculorum diſtorſione cum laſſitudine rigor. 219. Solutio lippitudinis in maſculis à febre. alias mors. cæcitas. 220. Et cęcitas quidem ſi cum lippitu-

b dine

dine pertinax cephalalgia. 221. Salubris ſpontanea diarrhea. 222. Sed mala amauroſis. concretio. caligatio. 223. Et in amauroſi animi deliquium conuulſorium. 224. Nec bonum quid in acutis à rectitudine oculorum, &c. 225. Nam ſi febris ad tactum adurens phreniticum. 226.

SECTIO IX.

De lingua, & partibus oris. pag. 297.

SIgna pernicici à lingua. concolor hæc attingentibus ſuccis. huius diſruptio in peripneumonicis ac pleuriticis. 227. Sed & ſalutis inditia ab hac. lotio analoga. obſeruanda in vitijs partium ſpiritalium. 228. Celeris & pernicioſa purgatio ab hac tremula cum narium rubore abſque peripneum. 229. Quin & nigrorum vomitio ab huius teneritudine præter rationem. 230. Et ab eius tremore futurum delirium. phrenitica aſpera & reſiccata. 231. Stridor, & colliſio dentium lethalis. præſertim in delirantibus. pernicioſa horum reſiccatio. 232. Sed horum corruptionem ſoluit abſceſſus circa gingiuas. doloris, & corroſionis occaſiones. 233. Lethalitas à vehementi febre, & deliratione. vel ſaltem ſphacelum, & hyperſarcoſim. 234. Suppuratio à palati collectione. fluxionum differentiæ. 235. Oſſis eductio à vehementi maxillarum dolore. luis venereæ, non à pinguedine. 236. Biboſa alui profuſio denunciata à labijs conuulſione. 237. Aſt in aluo liquida pernicioſus ſanguinis è gingiuis effluxus. in meticuloſis & vigilantibus tenuis hic. 238. Prauæ ſpuitiones ſuppreſſæ malæ. nam vtiles pro ratione ſecedentes. 239. Puſtulæ efflореſcentes à ſputis ſalſuginoſis ſuppreſſis. ariditas ante obitum. 240. Signum phrenitidis ſcreatio frequens. 241.

SECTIO X.

De Aphonia. pag. 306.

APhonia cum exolutione peſſima. humanæ vocis cauſæ. eclyſis vitium facultatis. aphonia inſtrumentorum. 242. Praua mentis aberrationes pauliſper feroces. 243. Tremula mors ex vocis deficientia ab acriſia. diuerſum quid deficientia ab interceptione. 244. Pernicioſa aphonia ad mentis emotionem tacitam conuulſorio modo ducta. Et à labore cruciabilis. 246. Pariter cum exolutione catocha. 247. Itidem & voces confractæ à purgatione cum aluo liquida, & ſudaciunculis. horum occaſiones. 248. Praua & ad delirationem in aphonia ſpiratio expoſita. quænam hæc. 249. Aphoni in ſe ipſos ex cephalalgia redeuntes. vtilis rigor. 250. Sudor minus lethalis. ſed ad diuturnitatem. pernicioſa hæmorrhagia, & diarrhea. cautio de phlebotomia, purgationum tempora, & modi. 253. Sed ecſtaſis pernicioſa. 251. Et lethalis rigor inſuper accedens. 252. Conuulſoria vox acuta plantum referens. vocis acutæ differentia. dolores ad inferes partes vtiles. 254. Sed alui ſolutio cum voce tremula diuturnè pernicioſa.

tre-

tremulæ vocis occaſiones. 255. Frequentes aphoniæ ſub ſoporata conſiſtens tabis ſignum. qualis hæc. 256.

SECTIO XI.

De Reſpiratione. pag. 312.

P*Ræſagium ex ſpiratione denſa & praua. magna & rara. membra reſpirantia. ſpiratio cur in animantibus. 257. Frigida ſpiratio parua & rara. febriculoſa magna, & denſa. minus hæc quam illa lethalis. 258. Peſſima inæqualis & inordinata. huius differentiæ. cauſa. 259. Magnum ad ſalutem momentum ex bona ſpiratione. Hipp. locus emendatus. 260.*

SECTIO XII.

De Ceruice. pag. 316.

P*Erniciesex ceruicis duritate. quid eius nomen. 261. Conuulſorij ſtrangulatorij dolores ex cephalalgia in faucibus attenuatis. 262. Quin & algor colli, & totius corporis apparens. 263. Parotides ab irritamentis faucium moderatis. conſenſus aurium, & faucium. 264. Sed acuta pernicies à faucibus doloroſis attenuatis cum dyſphoria. 265. Etiã vertebrarum diſtortione conuulſificus ſpiritus: harum luxationum cauſæ. 266. Difficultas ex faucium exaſperatione. 267. Sed ex harum acutis doloribus & parotides, & conuulſiones. 268. Conuulſorij quoque dolores ceruicis & cubiti. 269. Sudores autem quandoque boni in faucium moleſtijs. 270. Aſt cruenta mictio ſuppreſſa in dorſi ac pectoris dolore pernicioſa. 271. Et peſſimus ceruicis dolor in metu inſaniæ. 272. Sed alius turbata cum motu in pectoris dolore febriculoſo nigras deiectiones profert. 273. Et faucium gracilitas dolenter ſtrangulatoria cum bilioſo vomitu phrenitica. iſtud ex dentis luxatione in quadam tempeſtate. 274. Quin & faucium exulcerationes pericuoſæ alijs cum inditijs. 275. Malum ſuffocari, & deglutire non poſſe repente ſine tumore. ſuffocationis occaſiones. 276. Sic lethale vt plurimum non poſſe conuertere collum, neque deglutire. 277.*

SECTIO XIII.

De Hypochondrijs. pag. 323.

S*Tatus præcordiorum bonus ſeu malus. quid hypochondrij nomine. 278. Ad ſuppurationem. 279. Si & mollis ſit. 280. Eadem præſagia à tumoribus circa ventrem. 281. Ruptionum occurrentium mala. 282. Solutio horum tumorum recenter aduenientium. 283. Sed pulſus in his cum tumultu mentis amotorius. pulſationis cauſæ. differentiæ. 284. Malus in febre perfrigerata cum ſuda-*

cincula & ſtomaci labore. 285. Praui & occurrentes dolores, malignæ ex in-
parotides. & reliquæ ſuppurationes. 286. Vermium exitus à cardialgia cum
torminibus. Æliani hiſtoria. 287. Mors repentina in ſenibus à cardiogmo fre-
quenti. 288. Et præcordij elatio in tabidis mala. cur meteora hæc. 289 Paro-
tides ex horum diſtenſione cum anxioſo comate in cephalalgia. 290. Et ex tu-
moris euaneſcentia dum ſpiritus magnus & febris acuta. 291. Alui profuſio ex
horum tumiditate cum murmure. 292. Obitus à parotidibus ex pluribus graueo-
lentibus cum diutino præcordij dolore. 293. Sed & hæmorrhagia, dum egeſtio
alui ſubuiſcoſa. 294. Ideo vtilis phlebotomia, & alui fluor in laboribus præcor-
diorum. febris damnoſa, hæc in quarto typho. 295. Quin & egeſtio ſanguinis
ſola vtilis in æſtuoſo abdominis dolore. 296. Et in faciei bono colore ſalutaris
hæmorrhagia. conuulſio. coxæ dolor. 297. Sed horum ſolutio mala ſine ſudore
& hæmorrhagia. tranſitus inde ad coxendicum. 298. Sed à palpitatione ven-
tris ecſtaſiam inducente hæmorrhagia horrifera. palpitationis occaſiones. diffe-
rentiæ. 299. Solutio ſine ſudore dolorum exilientium ad præcordia maligna. 300.
Mentis emotio à palpitatione circa umbelicum, hinc & pituita laborioſa pene-
tratio. 301. Elatio ex alui ſuppreſſione in tabidis, & liquida deijcientibus ma-
la. 302. Parotides ab alyſmo in præcordio. 303. Sed & empyema à ventris du-
ritate cum labore, & febre horrifera. 304. Et in ſiccum hydropen tranſitus à
dolore lumborum & umbelici non ſoluto auxilijs. 305.

SECTIO XIV.

De Lumborum paſsionibus. pag. 338.

GRumoſi ſanguinis egeſtio à lumborum dolore tertiano. 306. Nam ſanguiflui
307. Et hinc hæmorrhagiæ larga. 308. Huius ſurſum reptantis ſigna. 309.
Sed & initia morborum à dorſi dolore difficilia. 310. Vtilitas à vomitu ſpumo-
ſorum à veratro. 311. Diſtorſionum verò ſpinæ ſolutio à ſanguinis fluxione. 312.
& in dolore prægrandi lumborum hæmorrhagia, ſi & cardialgiæ. 313. Con-
uulſoriæ mentis aberrationes inde. 314. Mala hinc oculorum peruerſio. 315. Et
dolor pectoris afflixus cum torpore. nam obitus à febre. 316. Id & à recurſio-
nibus ex lumbis dolentibus. 317. Et conuulſorio modo, ſi ad caput. 318.
Mala & alia non leuia. hinc & maculæ. 319. Et conuulſorium quid, ſi &
cardialgia. 320. Et malignæ ægritudinis ſignum ſæpè impetens ſine cauſa. 321.
Et cum ſopore anxioſo malus. 322. Et ſuppuratio ex multitudine menſium in
fæminis. 323. Quin & icterus, ſi & lateris labor ſine cauſa. damnoſa his phle-
botomia. 324.

SECTIO XV.

De Hæmorrhagia. pag. 348.

PEſſima diebus criticis ex hęmorrhagia perfrigeratio eximia. hęmorrhagiæ ratio: huius exitus timoroſus. 325. Sed praua ſi è diuerſo. 326. Et maligna ex thromate cum inhorreſcentia. 327. Et ex hac mala alui affectio. 328. Mala etiam quartanarijs. 329. Vt & ſurditas poſt hanc cum nigrorum egeſtione. hæc cruenta pernicioſa. ſolutio à ſurditate. 330. Quin à plarimis hæmorrhagijs mala tandem alui affectio. ſignum ab aquoſa vrina. 331. Inde & hæmorrhoides cum alui dolore. 332. Difficiles autem ſtillationes in ſurditate, & torpore. vtilis vomitus, & alui turbatio. 333. Talis hæc in refectionibus poſt plures hæmorrhagias ab initio. 334. Ab harum violenta ſuppreſſione conuulſio. ſolutio à phlebotomia. dictum de rectratione. 335. Difficiles vndecima die factæ ſtillationes. 336. Et ab vberi hæmorrhagia ſingultus, aut conuulſio malum. 337. Decolores pueri & malaciam patientes id à ſanguinis corruptione, aut exolutione hæc non à ventriculi labe. 338. Pernicioſæ in diuturnis paruæ fluxiones. 339. Solutio vertiginis ab hæmorrhagia. 340. Sed maligna perfrigeratio hinc cum exiguis ſudoribus. 341. Quia & in torpida perfrigeratione mala phlebotomia. 342. Et ab hæmorrhagia lienteria quoque ſi rigor cum alui ſuppreſſione. 343. Epileptica quoque mors à ſuppreſſis hęmorrhagijs ſiticuloſis ſtatis erumpentibus temporibus. 344. Et paraplecticum quid ſi parum ex hęmorroidibus cum vertigine. ſolutio à phlebotomia. 345.

SECTIO XVI.

De Palpitatione, Tremore, & Conuulſione, pag. 359.

IN palpitantibus per totum num obitus ex aphonia? tales palpitationes ab arterijs. 346. Tremoris conuulſorij in ſudoribus ſolutio à rigore, duplex huiuſce tremoris cauſa. 347. Faciles conuulſiones non antea expertæ in hyſtericis. 348. Vilia ſputa conuulſoria ſine ſudore. conuulſoria ſputa quęnam. 349. Signum delirij & diuturnitatis oculus intentè ſcintillans in conuulſis. 350. Parotides in conuulſorijs exacerbationibus catochis. 351. Et conuulſio ab his, ſi & anxius tremor cum alui mala affectione. 352. Solutio huius, & tetani à febre. 353. Sed lethalis conuulſio trhomati ſuperaccedens. 354. Minime verò pernicioſa pueris: ſed talis poſt ſeptimum annum. 355. Eius ſolutio à febre acuta. ab vrina vitriformi. ab alui fluore. à ſomno. 356. Mala diuturna aphonia. inde paraplegia, ſeu apoplexia. ſolutio horum à lotio multo cumulato. & à ſudoribus paulatim fientibus. damnum à cumulato ſudore, & à phlebotomia. 357. Mala extrema in tetano, & opiſthotono. 358. Solutio ab vrina genituræ ſimili. 359.

SECTIO XVII.

De Angina. pag. 368.

ANginoſorum extrema mala. diuerſum quid ſuffocatio à difficili ſpiratione. 360. Spes ſalutis in iſtis. cautio in eryſipelate 361. Tranſitus anginæ ad pulmones lethalis. 362. Et repentina ſtercoris excretio à forti ſtrangulatu. 363. Mala quoque ſputo ſubarida. 364. Vt pernicioſi tumores in lingua ſine cauſa euaneſcentes. Itidem & dolores. 365. Optandum citus exitus ſputorum coctorum. 366. Pernicioſi ad caput dolores abſque ſigno in febre. 367. Vt & ad crura progredientes. 368. Quin & clandeſtina mors ab hypochondrij dolore exacriſia cum impotentia, & torpore. 369. Nec ſolutio à dolore ad pectus & ad ventrem progrediente abſque puriformi excretione. 370. Et in vniuerſum pernicioſa omnia non manifeſtum dolorem facientia. diuturni labores ad crura procedentes. 371. Multitudo craſſorum, & viſcoſorum mala. obitus in his paraplectico modo à purgatione deorſum. 372. Et pernicioſa ad latus progreſſa angina. praua deglutitio violenta. & violenta reuomitio potionum cum tuſſi. 373.

SECTIO XVIII.

De Pleuritide, Peripneumonia, & Empyemate. pag. 376.

SPuitiones pleuriticorum ad interitum. huius mali idea. cauſæ. 374. Diuturna ad interitum afflictio in pleuriticorum modo incaleſcentibus. 375. Aſt ſiccæ & ſine ſputu pleuritides difficiles. duplices hæ. 376. Grauiores quoque quæ ſine ſpaſmatis. 377. Harum inditia à linguæ colore. 378. Itidem ab eius bulla. 379. A ſputu matureſcente. 380. Et ab alijs ſignis. 381. Salubrioresulioſæ, & ſanguineæ ſimul. 382. Lethales dolores molles ab initio, mox exacerbati. 383. Strepitus in his multus. facies triſtis. oculus ictericus, & caliginoſus. cuncta hæc ad exitium. 384. Purgatio ſuppuratorum à pleuritide ſpacio quadraginta dierum. tempus ruptionis opportunum. quæ pleuritides in empyema. 385. Sputum optimum in his. & malum. 386. Prauum itidem. 387. Quando ſanguineæ ſpuitiones tutæ, aut ſecus. 388. Sed omne ſputum ſoluens dolorem, bonum ſecus prauum. 389. Purulentum ad interitum. 390. Reliqua inditia bona aliunde petita. 391. Empyema vtique à doloribus ſuis non ſolutis auxilijs. 392. Peripneumonicis abſceſſus quandoque vtiles. 393. Sed & empyema inde. 393. Securior hæc ex pleuritide. 395. Sed promptus ab his malis obitus in exercitatis corporibus. ratio à cutis denſitate. 396. Grauedines anteuenientes, aut inſequentes malæ. ſternutatio aliàs non incommoda. 397. Peripneumoniæ grauitas à lingua. poſitu doloris, ſideratione. 398. Signa in ſuppuratis ad interitum. ad ſalutem. 399. Futuri autem empyematis ſignum à ſputu. 400. Purgatio puris ſpacio quadraginta dierum, aliàs phtiſim. hæc etiam abſque ſputu ſanguinolento. 401.

401. Mala in lateris dolore ſtillatio ſanguinis. 402. Recidiuatio in ſuppurati. ad interitum. 403. Pernicies quoque à ſputis purulentis. 404. Et lethales ſpumoſi ſanguinis ſpuitiones ab hepate. talis omnis è pulmone. 405. Obitus in empyematicis pus cænoſum & graueolens à concuſſione proferentibus. 406. Itidem ſpecillum veluti ab igne colorantibus. duo extrema hęc empyis auxilia. 407. Phrenitis à lateris dolore non pleuritico cum mentis emotione. id conſenſione diaphragmatis. 408. Prærubrę ſtillę in morbis pulmonum malæ. 409. Vt cum raucedine ſputa viſcoſa ſalſuginoſa. mala elatio iuxta pectus. & ceruicis dolor in attenuatis. 410. Hęc cum tuſſi & aluo liquida pus edit. 411. Vrina in his prius craſſę ante quartam attenuatę lethales. 412. Horrendum in ſicca peripneumonia ſputum paucum coctum. 413. Delirium à dolore lateris euaneſcente in ſputu bililoſo. 414. Ad ſuppurationem tendunt ſudorificę febres intermittentes. 415. Et à ſurditate ſuperaccedenti cruenta egeſtio. tandem nigra. 416. Et à diuturna febre in lateris dolore empyema. 417. Signum huius & horrores frequentes. 418. Huius quoque circa pulmonem ſigna. 419. Ortopneam autem à duro hydropiforme. quid iſtud. 420. Difficilia ſpaſmata omnia, ſed periculoſa circa thoracem. 421. Sevitas ab his aliunde ſe extendentibus cum ſanguinis vomitu. 422. Quid vtile ſanguinem ſpuentibus. 423. Vbi puris collectio. 424. Deiectio huius ab aluo lethalis. 425. A vulnere quoque non integrè ſanato empyema. locus Hipp. 426. Obitus in ſeneſcentibus ab empyemate peripneumonico. in iunioribus ab reliquis. 427. Indicantia puris copiam. 428.

SECTIO XIX.

De Tabidis, pag. 417.

Vomitus ſpumoſi ſanguinis è pulmone. diſcrimen ex eius quantitate. 429. Tabidorum ſputa gratiter olentia in ignem ad exitium. 430. Sic & in mare ſidentia in æneo vaſe pituita & puris diſcrimen experimentum cur in mare. in æneo vaſe. 431. Alui profluuium à capillorum defluxu. inde mors. 432. Delirium à ſputorum ſuppreſſione. hinc hęmorrhoides. 433. Periculoſiſſima tabes à ruptione craſſarum venarum. & à catarrho à Capite. 434. Ætas ad has ab anno decimooctauo vſque ad trigeſimumquintum. 435. Mala pruriginoſa corpora poſt aluum ſuppreſſa. 436. Vt in habitibus tabeſcentibus fluxiones ad gingiuas, & dentes malę. 437. Itidem precordia eleuata. 438. Obitus in his poſt diutinam ægrotationem à rigore. 439. Signum habitus phtiſin à puſtulis amburentibus. 440. Pernicies ſi ſpirandi difficultas: & ſpuitio multa crudorum. 441.

SECTIO XX.

De Hepaticis. pag. 424.

Hepaticorum ſummè pernicioſa ſputa: quis hepaticus morbus. 442. Mala ex hoc colliquatio cum raucedine, & tuſſi. 443. Purulenta in his tandem egeſtio. huius euentus ſigna. 444. Aſt ſolutio doloris de repente circumcirca aprehendentis à febre. notabilis hiſtoria. 445. Sputio ſanguinis ex hepate ad interitum. 446. Et exitus puris amurcoſi, phlegmon in gibba quoque hepatis. curatio per vſtionem. 447.

SECTIO XXI.

De Hydrope. pag. 428.

Hydropes ex acutis tum ab hepate, tum à laterum mollitudine. hydropis idea. vnde malum. differentię. abſque iocinoris labe. non perpetuò à frigiditate. ſed à calore etiam. 448 Stillicidia vrinarum in ſicco hydrope mala. vt & paruę hypoſtaſes. 449. Epilepſia quoque ſuperueniens pernicioſa. conſenſus horum malorum. 450. Mala deſinentia in hydropen. 451. Pernicioſa vrina pauca turbida in hydrope febriente. febris ab aqua. 452. Huius exitus citra cruditatem in initijs vtilis. ortus hydropis duplex. 453. Mala in ſicco hydrope tormina circa tenue inteſtinum. epilepſia quoque. 454. Deſperatus hydrops recurrens poſt remiſsionem. 455. Solutio ab aqua prorumpente in aluum ſecundum venas. huius dicti intellectus duplex. 456. Indiſtincta ſignorum enumeratio. 457. Leucophlegmatię ſanatio ab alui profluuio. diſtincta hęc ab hydrope. 458.

SECTIO XXII.

De Dyſenteria. pag. 436.

Quid à dyſenteria ſuppreſſa. ſalutaris quandoque hęc. differentię. documentum hinc. 459. Malus in his vomitus bilioſus à principio. vtilis quando. 460. Quid à dyſenteria ad purulentiam ducta. 461. Inſaniam ab hac. 462. Lienoſis comoda non longa. quibus vtilis. quando ad perniciem. obiectio ſoluta. 463.

SECTIO XXIII.

De Lienteria. pag. 440.

Abſceſſio ad articulos à lienteria. deiectio ab hac & aliorum recrementorum, cibaria non putrefacta quæ. 464. Rigor ex abſceſſionibus malum. veratrum

quibus

quibus lienteriæ. 465. Tranſitus huius in tabem ſi cum lateris punctura, & difficultate ſpirandi. 466. Mala voluuloſis ſurditas & vomitio. duplex voluuloſa paſſio. 467.

SECTIO XXIV.

De Veſicæ morbis. pag. 444.

A*Veſicæ dolore quid, huius ſolutio. qua in ætate malum hoc. veſicę vrinariæ conſtructio. cauſę lotium intercipientes. 468. Mictio facilis in calculoſis quando. calculorum cauſæ. 469. Aſt quando maxima meiendi difficultas. huius ſolutio. tubercula vnde. ac horum ſolutio ſolùm à matureſcentia. 470. Deſperata exolutio in clandeſtina mictione, cauſæ huius exitus, vt & exolutionis. 471. Interitus à volvulo in vrinæ ſtillicidio ſeptima die. ſolutio à febre cum aceruata vrina. vrinæ ſtillicidij modi. etiam in veſica vacua. 472.*

SECTIO XXV.

De Sideratione. pag. 450.

S*Ignum futuræ ſiderationis. multiplex eius deſcripſio. 473. Sideratio vnius lateris in impotentibus à vlneri el, ſi non ſolutio à febre ſine rigore. 474. Vtilitas in ſideratis ab hęmorrhoidibus. pernicies à frigiditate, & torpore. 475. Aſt mortiferus ſudor in anguſta ſpiratione. ſolutio à febre ſuperaccedente. 476. Et pernicioſę ſiderationes de repente exolutorio modo accedentes. itidem & progreſſu temporis facta. 477.*

SECTIO XXVI.

De Melancholia. pag. 453.

L*Enis mors à triſtitia taciturna & hominum auerſione. atræ bilis opera. hęc & à bile flaua & à ſanguine. mixtim quandoque. 478. Solutio in mente motis ex timore cum perfrigeratione à febre ſudoroſa, & ſomno ſilente. 479. Abſceſſus ex inſania ad raucedinem cum tuſſi. 480. Amauroſim in furioſis conuulſis. 481. Pernicies in taciturna ecſtaſia. quid inde. iræ vtilitas. 482.*

SECTIO XXVII.

De Signis ab externis partibus deſumptis. pag. 457.

C*Coxendicum morbus, aut renum dolor, aut vrinę ſtillicidium in ſanis hieme leui de cauſa frigiditatem, & grauitatem circa lumbos patientibus cum al-*

ui ſuppreſſione, & ventriculi bono habitu. 483. *Arenoſa vrina, in quibus pruriginoſa afflictio ad inferas partes. mentis torpor ex his pernicioſus. dubitatio hac de re. ſolutio. quibus calculum in veſica.* 484. *Obitus in habentibus circa articulos Et inguen rubicundas puſtulas.* 485. *Ictericorum mala. alui eruptio à ſingultu.* 486. *Damnum à phlebotomia in lateri dolore non pleuritico.* 487. *Mala aut optima ſigna à calore, & frigiditate partium, & à mollitie. à liene deorſum vergente quid.* 488. *Conuerſio facilis, & leuis bona. grauitas totius corporis. manuum inſuper ac pedum pernicioſa.* 489. *Mors à liuiditate digitorum. minor pernicies à nigredine. ſpacium inde.* 490. *Teſtis & pudendorum reuulſio mala. ſed commoda quandoque in ſeuis affectionibus. conſenſus pectorum, mammarum, geniturę, vocis. cur tumor in genitalibus. voluptas inde in coitu.* 491. *Vtilitas flatuum ex ventre. & damna. ſternutationis cauſa. vt & crepituum.* 492. *Lethale vlcus liuidum & ſiccum. & cum virore pallidum. liuor vnde, & pallor. & ſiccatio quoque quando in his madefactio vtilis.* 493. *Decubitus qualis bonus. qualis peſſimus.* 494. *Lethalis perpetuus hiatus, & ſomnus cum incuruatione crurium. hiatus cauſa. differentię. hiatus & ſtultitiæ eadem vocabula.* 495. *Quid ex decubitu in ventrem.* 496. *Et ex nuditate pedum, ac manuum abſque calore.* 497. *Erectus decubitus pernicioſus in acutis vigentibus. quæ vtilitas ab æquali decubitu.* 498. *Tempus ſomni opportunum. cur ſomnus in animantibus noctu. tempora diei analoga temporibus anni.* 499.

SECTIO XXVIII.

De Trhomatis, & morbis per ætatem. pag. 472.

Conuulſio è diuerſo ab inciſione temporum. diſcrimen à capitis vulneribus. 500. *Quid à cerebri concuſſione. huius externæ occaſiones.* 501 *A vulnerato cerebro febris & bilis vomitus ad perniciem. troſis & diacope idem. locus Hipp. emendatus. cur inde mala hæc.* 502. *Ruptiones oſſium circa ſuturas cognitu difficiles. quibus de cauſis hæc. locus emendatus.* 503. *Inditia ad has rupturas venandas.* 504. *Putredo in omento exciſo.* 505. *Et in gracilibus inteſtinis diſſectis non coalitus. item nec in neruo. nec in geno tenui parte. nec in preputio. nec auctio in oſſe, aut cartilagine. vnde coalitus partium.* 506. *Aſt conuulſio trhomati ſuperueniens mala.* 507. *Vt & bilis vomitus præſertim in vulneribus capitis.* 508. *A diſſectione autem craſſorum neruorum claudicatio, ſi vulnus obliquum. idem à pręciſis muſculorum tendonibus. qui nam craſſi nerui.* 509. *Mors à vulnerato cerebro. ſpinali medulla. hepate. diaphragmate. corde. veſica. vena craſſa.* 510. *Item ab artèria vulnerata. à magna pulmonum plaga, ſi plus ſpiritus è vulnere quam per os. ſed ſignum hoc non perpetuò ad interitum.* 511. *Item mors à vulnere inteſtinorum non quocumque, ſed magno, & tranſuerſim inflicto. reliquis in partibus tutiora vulnera. ſed id cum cautione intelligendum.* 512. *Obſcuritas viſionis à thromatibus in ſupercilio. quid malum hoc auertat.* 513. *Fiſtulę quæ difficilimę, & quę curatu faciles.* 514. *Morborum ante puber-*

pubertatem non ſe exerentium enumeratio. vnde morbi. 515. Itidem & poſt annum quadrageſimumſecundum. 516.

SECTIO XXIX.

De Mulierum paſſionibus. pag. 489.

MAli ante partum muliebres menſes aquoſi. vnde alitio fętus. inde recrementa in tunicis. non inutilia hæc. 517. Non bona in pręgnantibus ora feruido aphtæ vlcere affecta. inde alui profuſio. huius cauſa. 518. Pernicioſi dolores in aborſione ex laterum mollitudine ad inteſtinum tenue ſine purgamētis. vberiores purgationes ex abortu, quam ex partu. 519. Item difficilia repentè ſuppreſſa poſt multam concitatam purgationem. effluxionum à partu differentiæ. 520. Et plerumque mali in prægnantibus dolores capitis ſoporoſi cum grauitate, & conuulſione. 521. Et pertinaces dolores ad ſupernam partem & inteſtinum tenue aluos humectant. obitus hinc ex recidiua. 522. Aborſionis ſigna ex ſuſpirijs & colliquatione. hinc purulenta poſt partum. cur decidat fętus. de laboribus in grauidis dictum Hipp. 523. Et mala alui humectatio ſi & alia circa indicationem. 524. A ſuppreſſis purgationibus epilepſia. alui profuſio. hęmorrhois. cum menſtrua ſtato tempore erumpant. mala ab iſtis purgamentis non eiectis. 525. Malus in prægnantibus dolor. alui ſubductio. rigor. minus mala limoſa purgatio, quia inde partus facilior. ſed moleſtia poſt. 526. Rubores à facie ſublati in pręgnantibus tabeſcentibus, ſi ſanguis ſtillet. 527. A ſurditate, & dolore lateris acuto ex albis à partu ſuppreſſis cum febre mentis aberratio pernicioſa. purgamenta alba vnde. 528. Poſt partum moleſtia ex albis mordacibus, ſi prius ſalſuginoſa. inde vteri plicatio, ſingultus, & obitus. 529. Menſes cur ſuppurent, etiam ex eorum abundantia. 530. Acuta pernicies in hyſtericis à duritate admodum doloroſa. quid in vteri phlegmone. 531. Et in vterum gerentibus prauę fluxiones aphtiferę doloroſæ. peſſimæ hęmorrhoides. progreſſus fluxionum acriū. 532. Obitus in longis febribus ſi in aluo tumefacta rubor ad pudendum cum alborum repentina purgatione. 533. Menſes à principio apparentes tollunt conuulſionem, ſi abſit febris. 534. Quando periculum conuulſionis in grauidis. 535. Facilis partus à cholera ſine febre. cum hac mala. 536. Aquoſa ante partum erumpentia inutilia. 537. Fluxio ſalſuginoſa ad fauces in grauidis praua. 578. Et periculoſum ante partum crebiter rigere, & indolenter partu leuari. occaſiones indoloroſę enixionis. 539. Nam & ad vterum aphtiferæ fluxiones procedunt. 540. Hinc tumores difficiles circa tenue inteſtinum. vnde abortus, aut conuulſiones, ſi non gemelos ſignent. 541. Menſium expectanda eruptio ſi horror, laſſitudo, & capitis grauitas. 542. Sed ſuppuratio ex menſium multitudine ſi torpor ad manum, ariditas, & ſitis carentia. 543. Ad femur impetus ab albis de repente ex abortu decurrentibus. difficilis in his tremor. 544. Alui humectatio in grauidis ex aphtis. 545. Rigor ante partum in pręgnantibus. 546. Torpefactoria exolutiones difficiles à partu delirium hinc. & ſignum multitudinis menſium. 547.

Signum

Signum inſtantis partus à dolore ſtomaci. difficilium enixionũ occaſiones. 548. Menſium inſtantium ſigna non leuia. 549. In prægnantibus puellis ſpirituoſis mammarum ſuppuratio. malę purgationes à principio. 550. Sed ſolutio inſanię à febre acuta turbulenta cum cardiogmo non bilioſo. 551. Et in ſterilibus ſanguinis vomitus ad conceptionem. 552. Et ſolutio caliginis à menſibus plurimis. 553. Et ſputatio cruenta non fęculenta mammarum ſoluit laborem in febribus. 554. & faciles conuulſiones in hyſtericis non febrientibus. 555. Sed à laborioſa febre cum rigore menſes, vt à ceruice doloroſa hęmorrhagia. 556.

SECTIO XXX.

De Vomitu, & Sudore. pag. 516.

V*Omitio quę non moleſta, & quæ deterior. innaturalis perpetuò. huius occaſiones. auxilium à vomitu. quando vtilis. 557. Colores pernicioſi. & mortiferi. vnde hi. praui quandoque ad ſalutem. 558. Et exacerbatio anxioſa ſine vomitu moleſta itidem & lancinatio. 559. Aſt exigui vomitus à bile præſertim in vigilantibus. 560. In nigris autem vomitibus ſurditas non nocet. quia non inde ea expectanda mala, quę à ſurditate. 561. Mali pauci celeres, bilioſi meraci in alui copioſa ſubductione, & lumborum pertinaci dolore. 562. Furioſum ex vomitibus cum anxietudine, clangore, oculi concretione. mors aphona hinc. 563. Mala & ſitis carentia poſt ſiticuloſam vomitionem. quid inde. 564. Itidem à meris ſingultus. conuulſio. id ipſum à nimijs purgationibus, quis meracus humor. differentię. effectus. 565. Saliuario ante vomitionem. non tamen perpetuò vomitus à ſaliuatione. 566. Mala à veratro. ſed & vtilia. 567. Nigrorum vomitio à frequenti recidiuatione vomitoria. 568. Sudoris bonę, & malę conditiones. 569. Sed nullius vtilitatis in acutis cum febre. ſudoris erumpentis differentiæ. 570.*

SECTIO XXXI.

De Vrinis. pag. 530.

C*Eleris demiſionis ſigna ex vrinis. vnde hę quæ ſigna inde. 571. Et ſubrubra quid ſi ante, ſeu poſt ſeptimam. peccata humoribus occurrentia quatuplicia. 572. Et ſignum à nubecula vnde hęc. 573. Tenuis & bilioſa vrina ſine hypoſtaſi cum aſſidua mutatione ad diuturnitatem. non ſine periculo ſi circa iudicationem. aquoſa & alba in diuturnis difficilis, nec tuta. vnde hæc. 574. Nubeculæ quę commodę. quæ difficiles poſitus nubium multiplex vnde. 575. Periculoſa vrina in acutis bilioſa non ſubrubra, item habens craſſioris farinę partes cum alba hypoſtaſi. varia item ſubſtantia, & colore, præſertim in reumatiſmis à capite. bilioſum à pingue per exuſtionem. crimnodees vrinæ à liquatione. hę ad exitium, vel ad diuturnitatem. 576. Periculoſa ex nigra in tenuem bilioſam tranſ-*

ductam

*ductam. item diuulſa à ſila hypoſtaſi. Item ex compactis innatantibus hypo-
ſtaſim habens ſubliuidam, limoſam. quid inde prædicendum. nigrarum vrina-
rum differentia. quid promittant abunde. 577. Nullius vtilitatis coctæ pau-
latim citra rationem. 578. Tales quoque prærubram florulentiam æruginoſam
habentes. quid florulentia. diuerſa vrina rubra à cruenta. rubrarum diffe-
rentiæ præſagia inde. 579. Alba & pellucida vrina praua, præſertim in phre-
niticis. colorum varietas in vrinis vnde. albarum differentię. 580. Praua ef-
fluens mox à potu maxime in pleuritic. & peripneum. occaſiones cur ſic effluat. 581
Praua item quę ante rigorem oleoſa. oleoſarum differentię, & cauſę. praua
perpetuò, & curſi ante rigorem. 582. Itidem praue in acutis viridantis palloris
non conſiſtentes. viriditatis occaſiones. 583. Perniacioſę cum nigra ſubſidentia.
ſed in pueris tenuis magis quam craſſa. doloroſa quę grandinoſa genituræ ſimi-
lis. conuulſiones cur inde. 584. Pernicioſa etiam clam emiſſa. 585. Item in pe-
ripneumonicis in principio cocta poſt quartam attenuata. 586. Et in pleuriticis
cruenta caliginoſa cum hypoſtaſi varia indiſcreta, lethalis. pleuritis dorſalis.
quę, & quid tenebroſum in vrina. 587. Et in hiſdem confeſtim praſina nigra
cum hypoſtaſi, aut furfuracea, lethalis. vireſcentis coloris differentiæ. cauſæ.
588. Valde alba in ardentibus cum ſtupiditate peſſima. 589. Et abſceſſio à cru-
dis vrinis in diuturnis. 590. Et febris ab vrina liberaliter emiſſa pinguedinem
habens in hypoſtaſim. 591. Diuturna cruenta à principio. recidiua à perturbata
cum ſudore. cephalalgia ab alba iumentorum ſimili. conuulſio à pelliculoſa.
rigor à ſputiforme hypoſtaſi. colliquatio ab aranea tela. 592. A nigris nube-
culis in erraticis quartana. phrenitis à decoloratis cum nigris innatantibus in
vigilia & turbatione. hydrops à cineroſis cum diſpnea. 593. Alui liquatio ab
Aquoſa, ſen turbata arenida aſperitate. vnde aſperitas hęc. 594. Sudor à tenui
vrina deinceps denſata. talis cur. 595. Horroris inconſtantis in tertianis horri-
ficis à nigris nubeculis. 596. Et conuulſio à membranoſa cum horrore ſubſiſten-
te. 597. Et labor & mutatio ab hypoſtaſi de repente euaneſcente. & rigor cir-
ca criſim, ſeu mutatio in quartanam, tertianamuè à ſubſidentia turbata reſiden-
te. 598. Et in pleuriticis multa ab vrinis. 599. In parotidibus verò citò ac pau-
liſper coctę inutiles. 600. Quid conuulſorium à veſica intercepta. interceptio-
nis occaſiones. diuerſi ni quid veſicę & lotij interceptio. 601. Mictio calculo-
rum, aut vrinarum craſſarum à repentino renum dolore cum vrinarum ſuppreſſio-
ne. qualis dolor in renibus. cauſę. id in ſenibus fortaſſis tremor cum febre. 602.
Et ſtranguria ab vrinę ſuppreſſione cum grauitate in imo ventre. vel alius mor-
bus conſuetus. 603. Aſt in ileoſis obitus ab vrinę interceptione. 604. Et reci-
diua, aut ſudor à denſitate diuulſa. 605. Limoſæ autem in longis febribus exi-
guis & erraticis mictiones vrinarum tenuium. 606. Et longitudo ſi varię inter-
dum ſint. 607 Sed pernicioſę immemoribus fluentes. tales turbatę. 608. Mu-
tatio grumoſarum & paucarum in copia tenuium prodeſt. Sed hoc ab initio.
quia vrina celeriter hypoſtaſim habens citò dijudicat. cauſa imminutę vbertatis.
huius differentię. præſagia. quid grumoſa. 609. Imminentis caſus in epilepticis
ab vrinis ſignum. 610. Stillę exiguæ ſanguis in vrinis & aliàs peſſime ſi ſæpe.
mictio cruenta, & mictio cruoris diuerſum. quid. 611.*

SE-

SECTIO XXXII.

De Aluinis egeſtionibus. pag. 569.

Qualis optima deiectio, vnde hæc.612. Ad criſim craſſeſcit. cur liquida aluus. Sed & hæc ad criſim quandoque ſi prius adſtricta. 613. Exitus vermium cum recrementis ad criſim commodus. vnde hi. horum differentię. autumnus fermus & cardialgicus.614. Mala in acutis ſpumans deiectio vndequaque biliosa. & pręalba. peior pultacea ſtercoroſa. item ſopor, & omnis depletio naſorum immeritò. Spumę cauſa. 615. Mala hæmorrhagia in aluum exceptione, dum parua velut caprarum globuli deijcit. aluus cur dura.616. Inutilis glutinoſa, meraca, alba deiectio. item multum fermentata ſubpituitoſa. praua autem innatans ex concretis ſubliuida, purulenta ſimul & biliosa. glutinoſum vnde.617. Et ſplendidioris ſanguinis mala præſertim in doloroſa aliqua paſſione. 618. Inutilis ſpumans circumfuſa bile. ictericia inde. 619. Mala in biliosis ſpumoſa florulentia. num in doloribus. quid florulentia hęc.620. Et praua tenuis valdè ſpumans cum aquea biliosa hypoſtaſi. deiectionum liquidarum differentię. 621. Itidem & purulenta. vnde.622. Etiam nigra cruenta. ſimilitudo inter nigra deiecta, & nigro ſanguine.622. Inutilis varia abundè bile colorata. ſecus in pharmacia. huius differentię. cauſę. documentum Hipp. de iſtis. 623. Talis & obſcura mollis in febre. & ſicca friabilis decolor. quid obſcurum. emendata ſententia poſt nigra deiecta aluus liquida ad interitum. 625. Sed & mala liquida & paulatim & aceruatim fiens. quid inde. liquidarum deiectionum modi duo.626. Inutilis liquida ſuboſcura perfrigeſcens. quid inde. & valde aquoſa in acutis mala pręſertim in non ſitientibus. vnde ſqualor.627. Inutilis in profluuio pręrubra. valde pallida cum virore. alba. ſpumoſa. aquoſa. mala parca & glutinoſa. leuis & cum virore ſub pallida. in veternoſis liquida peſſima.628. Lethalitas à ſanguinea grumoſa multa. & ab alba liquida in ventris tumiditate. cur ſanguis grumeſcat.629. Praua nigra veluti ſanguis & cum & ſine febre. Itē variegata omnis. & à bile valde colorata. ex euentu vtilis quandoq. nigra. cur biliosa egeſtio.630. Exacerbatio à deſinentibus in ſpumoſas meracas. præſertim in conuulſis, hinc parotides 631. Longitudo à liquidis & rurſus compactis meracis ſtercoroſis. delirium à valdè rubicundis. difficultas in ictero ab alba ſtercoracea, vt à liquida quæ ſepoſita rubeſcit.632. Malignitas in hæmorrhagijs à viſcoſa nigris variegata. non bona diiudicatio à valde alba.633. Buccarum diſtentio à turbulenta cum frequentibus progreſſionibus. ab hac rubores faciei abeunt. quid cum turbulentia, & ſine.634. Signum laboris à ſtercoracea cum tenſione. dyſenterię, aut doloris circa lumbos pituitoſa acutè cum cardiogmo. hinc conuulſorium ſi reſtitet liquata. & pernicies à rigore.635. Frigidi ſudoris excluſio à nigra. tales ſi exſudent.636. Aſceſſus ad articulos ſi turbata reſtitet cum vrinarū paucitate, & tenuitate. 637. Difficultas in quartanarijs incipientibus à frequenti deiectione inutili cum rigore.638. Icterus à frequenti egeſtione pauca ſter-

coracea

coracea ſub viſcoſa cum precordij & lateris dolore. & hæmorrhagia, & ſanguinis ſplendidioris egeſtio ſi dolor ad lumbos. Pernicies in ſopore & cephalalgia cum inalgeſcentia. & parotides ſi viſcoſa biloſa.639. Mali tumores dolenter aſſurgentes aluo fluente. Solutio horum non repenſata maligna & vomitiones perniciosæ ac ferinę.640. Timor inſanię a larga, ſubrubra graueolens ex flammeis, & valdè rubicundis ſolutio.641. Et alui mala affectio & ſqualida cute. hinc carnes purulentę, prerubræ vt plurimum. vnde hę.642. Parotides ab ardoribus, ſi ſtercoracea moliat in aluo biliosa. quid aluus biliosa.643. Surditatis ſolutio à biliosis egeſtionibus. vt è contra.644. Signum alui malè affectæ à puſtulis ſerpiginoſis. cur efflorescant hę.645. Alui humectatio ab eclyſi dolorem ſoluente. cauſa huius euentus.646. Et alui turbatio à ſuppurationibus ſedis dolorificis.647. Lethales deiectiones multiplices. vnde noſcantur.648. Lethalis quoq; exitus ſine ſeſu cur ſic excæc. dictu Hipp. Gal. incuria.649. Signu laboris ventris ructus retractio cum tuſſifero anhelitu, & difficultate bibendi.650. Prauę in quartanis rubrę ęruginoſę egeſtiones. obitus hinc ſi & alia.651. Pernicies in diuturnis extenuatis tremulam aphoniam habentibus à repentinis alui exolutionibus indebitè, ſed miliores in his tenues horrifera. vtilitas ab his in ętate ante vigorem.652. Signum nigrarum egeſtionum, & vomituum grumoſorum in his à pruriginoſis affectionibus. item à tremulis affectionibus cum morſu, & cardialgia. vomitus anteit.653. Signum talium quoque exacerbatio ſub criſim in alui turbatione.654. Sed interitus à ſudore multo ſi in aluo diutine affectu ſibi ſaltudinum, & vomitus biliosorum.655. Inutilis tenuis vbertim eliquatus ſanguis in defluxione ab aſſumpto medicamento.656. Nulla ſuppuratio in duritate circa ventrem cum ſudore, & febrili horrore & inappetentia, ſi aluus parum ad purgationem humeſcit.657. Soporoſos torpidos cum febre non valde comitatur aluus turbata ſalſuginoſo modo. quid ſit ſic turbari.658. Quinam è x aluo liquidæ proptè ad inſaniam. quid vtile.659. Signum alui malè affectæ ab aduſtis egeſtionibus cum tenſione.660. Et ad hydropem tranſitus.661. Et alui proruptura à lingua tremula. Sed non in omnibus.662. Et exacerbationum febrilium.663. Sed mala perfrigeratio ex aluis liquidis cum ſudore. diuerſum quid liquari, & turbari.664. Et lethalis ſanguis è gingiuis in liquida aluo.665. Sed pura egeſtio ſuperueniens ſoluit acutam febrem cum ſudore. pura quia corpus ad integritatem adactum.666.

Digitized by Google

ERRATA.

Liber me non præſente excuſſus multis ſcatet erroribus, raptim hos habeas, ne hæſites in intellectu verborum; reliquos aut feras, aut emendes, rogo.

PAg.1.lin.29.vigentq.lin.30.non defuit.lin.33.ſitu fermè. p.2.l.14. è Dodonea. p.3.l.10.vna.p.4.l.3.ne latum.p.5.l.3.tetradem.p.7.l. 21. medic. .p.9.l.18.quonam.p.10.l.23.habeat.p.16.l.18.quartana.p.18.l.7.& hoc.l.16. nutricatu.l.21.auctio.l.25.nanciſcitura.p.19.l.19.diſpergit.l.26. nutricatum. p.20.l.5. corrugat.l.6. eademq;l.18.valuulæ.l.35.exordiar.l.36.ex glutinoſa.p.21.l.11. in iocinore ſanguinis.l.19.ſuccis.l.22.aſſumat.p.22.l.6.curſu.l.18.duos ſurculos mittit.l.19. gibboſã. p.23.l.4.numeroſis.l.38. humor is.p.24.l.3.ſugere.l.16. feculentum.l.23. ſugunt. l.24.auida.l.29.voraces.l.30.intumuit.l.38.tument.p.25.l.2. & potiſſimum.l.3. ſe diſtribuat.l.21.turgeſcenteſq;l.35.diſtentus.p.26.l.12.opus.l.17.euaporat.l.21. efferuntur.p.27.l.5.craſſitie.l.24.vetantium.l.25.tumet.l.36.deſcenderent. p.28.l.4. vt.l.10.lotiũ.l.38.tumet.p.29.l.7.venoſi.p.30.l.11.cõtactu.l.23.euomentem.l.30. ordinatam. p.31.l.6. tranat.l.30. pituitoſæ. p.32.l.2.partibus.p.33.l.32.quia l.34. meantium.p.34.l.20.tranet.l.28.compertiſſimum illud.p.37.l.29.tenuiſſima ſe.p. 38.l.8.fori.l.27.colorem.l.33.Doctiſſimi.p.39.l.30.adaptent.l.34.impelleret. p.41. l.12.ligaturam.p.42.l.17.auriculo l.22.cibariis.p.43.l.23.pulſu.p.44.l.30.31. quia p.46.l.32.cuncta.p.47.l.29.laxetur.l.38.auidam.p.48.l.11.tumet quibuſdam.p.51. l.17.notiones.p.52.l.6 diuturni morbi.p.59.l.6.quia.l.22. quodcunq; p.60.l.22. quia.p.6[illegible].18 immutantibus.p.63.l.5.calido.p.64.l.40.inlectus.p.65.l.32. medicinæ.p.66.l.4.quartana.p.67.l.16.referat.p.68.l.19.facit.l.26. ea, quæ nunc.l.36. vniuſmodi.l.39.præcepta.p.69.l.25.intimis.p.71.l.18.tertia quaq; tertianaria.l.19 erunt.p.72.l.3.ratione non.l.15.affligunt.l.25.ex cauſarum varietate diuerſa prodeant ſymptomata, plurimis erroribus anſam præbitura, ni ſint prorſus ſecreta. p.73.l.4.ichoroſæq; p.74.l.19.lenis.p.75.l.6.lenis.l.31.vna.l.37.nimirum. p.76. l. 36.laborant.l.40.quæq; p.77.l.33.exeret.p.79.l.26.tum. p.80.l.7. concitationem. p.93.l.9.laſſitudinoſis.p.95.l.34.diuturnius. p.96.l.21. obrutus. l.23.cui.l.30.auditione.p.98.l.5.ipſi.l.12.humor.l.17. miſcella.p.99 l.16.fit.l.20.agat, quod. immutat.p.104.l.10.gnauiter.l.26.acutiſſimè.p.105 l.13.& naſcuntur.p.106.l.34.effluxurum ſe ad.p.110.l.19.huic.p.117.l.15.decernat.p.118.l.12.ocyus & perfect[illegible]. p.120.l.14.huic corpori ſe.l.15.vt vtraq.l.16.poſſit.p.123.l.8.quia.p.124.l.26.Minor.p.125.l.9.quod, vt.l.19.ambæq; l.23.leuationem l.37.ſigna.p.126.l.11.cuiſis. p.128.l.33.occurrũt.l.34.cõfuſius.p.129.l.29.deceſſiſſe.p.130.l.3.dies ſeptẽdecim. l.9.Euargeti Deiphani.l.13.fientes.l.14.hoc genus. p.131.l.9.induunt.l.33.dolore lateris fiente.p.132.l.23.paiant.p.135.l.15.corporis veniunt. p.137.l.40. conſueto.p.137.l.3.fellea.l.15.properans.l.22.venoſus.p.142.l.16.ſub finem hebdomadum.p.144.l.23.vtrumq; p.148 l.32.ea tamen.p.149.l.20. quia.p.150.l.28 auertere.p.154.l.36.eoſq; p.160.l.6.coctarum.p.161 l.27.eſſet.p.162.l.39.occluſis.p.165. l.16.tumorem.p.166.l.14.aduentantes.p.173.l.13.partes circumiacentes.l.26.corporis.p.174.l.28.viſcus.p.175.l.36.edit humor.p.177.l.13.ſopor.p.178.l.15.rigore.

l.26.

l.26.perſeuerantē.p.179.l.33.diſtentionē.l.38. mulieribus.p.181.l. 16.ſolidarum. p.184.
l.20.autem pus.l.28.narrat.p.186.l.18.ex fractura.l.23.à diſtentione. p.187. l.24. die deci-
maquarta.p.190.l.4.perſeuerauerint.p.191.l.38.ſopor acceſſerit. p. 192.l.2.captant.p.193.
l.26.allio.p.194.l.25.animalitatis.p. 197.l.5.recalefacti,p.198.l.35.ſuppremus ventriculus.
p.199.l.7.exundauerit.p.201.l.9. eſt imminens in.l.34. inconſuetū motū.p.202. l.24.ægro
tantis oppreſſo.p.203.l.19.pugna ad.p.206.l. 16.gerit.p.208.l.19.leuis eſt.p.209.l.17. per
abſceſsū. l. 24.tàm dirè.p.210.l.23.torpores editi.l.35.attenuatis.p.211.l.23.morbo editi.
l.24. indicāt.p.235.l.5.acuta.l.28.ſopore adiuncta.p.237. l.9.ſuppurant. cōſtituunt.p.240
l.13.vt ſæpè.p.242.l.10.ad inteſtina.l.18.colorē.p.243.l.15.dietę.p.248.l.31.febris.p.250.
l.35.nonnūquā.p.251.l.22.iniuſſu.l.30.ipſo.p. 260.l.23.morbos.p. 264.l.12.tremore.l.21.
quieſcunt.p.266.l.5.ægros.l.29.ſinuū fons eſt diſtētus. p.269 l.34.poteſt.p.270.l. 19.pōde-
re.l.28.quo.l.30.halitus.p.271.l.21.n.p.272.l. 15.iudicationē.p.275.l.18.partim.p.280.l.9
ipſi.p.282.l.33.quia.p.283 l.15.obmuteſcētes.p.284.l.4. accidunt.p.285.l.32.vt inutilē.p.
289.l 33.muconi.p.293.l.7.viſa.l.29.mauis. p.294.l.27.lippitudo.p.304.l.14.quæ tandē.p.
306.l.9.paucas.l.24.mala.p.309.l.23.aphonia.p.310.l.19.vtilis.p.312.l.24.circūuolutionē
p.314.l.30.inhęrēs.l.38.quę à.p.319.l.15.ſalſuginoſi.p.320.l.4.per ceruicē.p.321.l.9.iſtud
in.p.326.l.2.eſſet.l.8.collecti.p.329.l.27.& vita.p.330.l.2.mordicātes.p.331.l.33.effluxio-
nē.p.332.l. 5.fiſtulatione.l.34.cōtumax.p.335.l.21.palpitātiū.p.337. l.3. tabeſcentibus.p.
338.l.24.ſinus.p.339.l.6.partis.l.15.interaneis.p.343.l.22.cū.p. 344.l.26.dolores pleuriti-
ci,ac.l.34.vomit[illegible].p.346.l.29.ſtabili.p.347. l.7.iudicatoriā.p.349.l.5.ab inordinato.p. 350
mirus.p.355.l.9.In.p.357.l.4.effluuia.p.358.l.7.abeāt.l.33.corpore.p.363.l.13.fiūt, quia.l.
15.ardoris vi.p.364.l.30.luxatio.l.35.fracti.p.367.l.21.luxatę.l.32.diſtētionum.p.372.l.14.
tatione.p.373.l.8.dēt.p.375.l.9.pulmones.l.10.ſputitiones.p.381.l.21. prēmi dāt.p.382 l.
2.humores.p.384.l.3.ſumūt.l.4.ſi bis.l.16.ictericus.p.387.l.36.cruoris ſeu bilis.p.394.l.4
diſtorqueat.l.39.morbis.p.395 l.2.exercitamētis.l 26.tū pręſagia.p.396.l.38.nūc explica
re.p.412.l.10.& è iocinore.l.37.diſtētione.p.414.l.12.pars hęc.p.416.l.26.quę ſi facilis.p.
418.l.27.ſuppuratus.p.420.l.18.flacceſcāt.p.424.l.34.hę è iocinore ad.p.425.adacto, ſū-
máq;p.427.l.28.quia dū.p.428.l.18.affectionū.p.429.l.26.abſcedētes.p 433.l.24.qui re-
miſit.p.422.l.10.ac ſubinde.l.22.Aph.12.l.35.tabeſcētiā.p.444.l.18.grumoſus.p.446.l.2.
in totū l.31.nā perpetuò.p.448 l.36.diſtētę.p.453.l.14.de.p.462.l.23.prōptē.l.27.colorē.
p.464.l.23.mirè.p.473.l.6.colore l.12.atq;ſic.p.475.l.24.quū.p.475.l.23.morbi.p.476.l.
8 ferula.l.10.ea.p.479.l.26.Nerui.p.484.l.28.quę in.p.488.l.2.correſpōdent.l.5. ſuccorū
vigentiū.l.10.expansā.p.490.l.16.manētq;l.18.enatāt corpora.manētia.l.19.ſua configu-
rēt.p.504.l.34.ſoporoſi.p.505.l.10.tēpore.l.29.licet nō.p.506.l.3. μικρὸν. l.33.rigore adue
niūt.l.35.rigorificus.p.507.l 13.fluxiones.p.508.l.12.abeat.l.26.expertes.p.511.l.5.praxi.
p.512. l.17. ἀκαταμηνβατον.p.514.l.3.ſi.p.515.l 18.ſolutu.p.516.l.28.cōpreſſio.p.518.l.31.
malè.p.519.l.2.nigrorē.l.8.liuet.l.11.tendētis.p.520.l.25.quia.p.521.l.35.ad os.p.524.l.
14.hypocōdrijs.p.525.l.23.quę bilē.p.528.l.11.frigidus.l.15.nūc.l.30.viles nēpe.p.531.l.
6.craſſitiē.p.538.l.10.paululū.p.545.l.4.charopa.l.6.pilli.p.549.l.20.habentē.p.553.l.12
occaſionem præbent.p.555.l.29.de.l.31.habente rigorē indicante.l.33. ſimiles. l.34.tur-
bantur, appareant.p.556.l.6.innatans.p.557.l.35.natiui.p.559.l.8.faceſſere.p.560.l.3. ma-
neant.l.30.in hac certiſſimus.p.562.l.18.ſpirituoſum.l.28.mala.l.30.interceptæ.p.563.l.
8.offendit.p.565.l.7.lienoſæ.l.25.integram p.573.l.4.maligna ſint.p.575.l.3 .in globulos.
p.576.l.13 .quia à ſolo.l.18.ratione fermēti aſsūpti.l.23.liuor enim in pituita.l.25.abit.p.
577.l.24.lucido.p.578.l.18.apparēt.p.580.l.31.quo ad.l.35.& is.p.582.l.26.ξανθρὸς.l.33.ca-
lore.p.583.l.28.ἀθρόον.l.29.φλαῦλα. p.585.l.26.interſit inter.p. 589.l.18.ſtomacus.p.591.
l.11.delentq;p.594.l.9.quia paucum iſtud partim craſſitie hæret.l.11.Aſt à bile.p.601.l 37
exerentem.p.603.l.12.præter.p.606.l.11.aqueamue.p.607.l.28.labore.p.610.l.16.dicta-
tum nos terret.l.17.à qua.

Digitized by Google

Digitized by Google

ARCANI OPERIS NATVRÆ
MORBOS VNIVERSIM DECERNENTIS
LIBER PRIMVS

Integram Criſeos normam complectens.

Digitized by Google

Digitized by Google

LIB. PR. ARC. OP. NAT.

SECTIO PRIMA.

TEMPVS VARIVM, QVO MORBORVM CIRCVITVS METIVNTVR.

1 HVmana mens ſuæ dignitatis conſcia rebus vulgaribus haud acquieſcit; ſed altius euolans intimas rerum origines perſcrutatur, vt in tot ſcilicet, tantiſque delitians virtutibus ſuæ felicitatis apicem attingat. Sapienter idcirco Homerus hominis ad ſummum felicitatis culmen properantis effigiem ſub Vliſſis perſona ob oculos ponens, priuſquam hic poſt multos exhantlatos labores proprios inuiſeret lares; voluit, vt penitius Ithacenſem Antrum ſcrutaretur, quia ibi Mineruæ ſacra Olea deſcenſum hominibus, Dijs aſcenſum præbebat. Illud quippe humanæ menti contingit, vt dum altius ſe in naturæ penetralia inſinuat, ſub diuinitatis effigie emergat, cum Deorum munus ſit cuncta introſpicere, & in veritatis regno delitiari. Inde ſciendi hominibus innatum deſiderium, quo cæteris antecunt animantibus, & parum à Cælitibus depreſſi ſuam ſortem haud dedignantur. Cœterum quia non exigua occurrunt offendicula, quæ animis euolantibus pennas detrahunt, & Vliſſem hunc ad felicitatem properantem non in naturæ antro, ſed in Polyphemi ſpelunca ſubmergunt: inde eſt, quod plerique hominum, aut vili obterpeſcentes ocio, aut promptè occurſantibus acquieſcentes, altiorem ſpeculationem ſeu ſpernunt, ſeu prætermittunt. Sunt tamen qui temerario etiam conatu ſuas ſupra vires ſe eleuant, & non infimo, ac medio contenti itinere Solis ſe ſublimitatibus æquare nituntur, qui licet pænas tandem meritas luant; poſterorum monumentis nobilitantur, vigenſque adhuc, & vigebunt eorum nomina. Quandoquidem ſi vis in arduis, non debuit tamen voluntas mentis ſuæ conſciæ originis facultatem exerens. Non mihi ergo quis culpam imponat, ſi in abdito hoc Criſeos negotio aliud philoſophandi iter aggrediar, & quæ iam inueterata ſint ferme perierunt, rediuiua offeram. Quippe ſunt hæc è gremio ipſius naturæ deprompta, &

ab Hipp. diuinis ſuis prolata voluminibus: tot tamen inuoluta tegumentis, vt nimis operoſum, fortaſſe, & inutile aliquibus viſum circa hæc tempus conterere. Solus ex his quorum antiqua monumenta ſuperſunt Galenus multis libris hac de re philoſophari aggreſſus eſt: Sed (eius mihi parcant manes) dum oſcitanter Hipp. ſcripta euoluit, monſtruoſa quędam protulit adinuenta, quæ in deuia, ac laberynthis implicita loca nos ducunt. Inde noſtratum digladiationes exortæ, quæ & tenebris veritatem offendunt, & miſerandis cladibus homines officiunt. Emergat igitur ſub luce nouum hoc ex Hipp. in re tam ſeria deſumptum excogitatum, per quod ſi non veritas tota pateſcet; aditus quidam ad illam habebunt generoſi in ſtudijs Athletæ. Illud quippe nobis compertum, non aliunde huiuſce rei notitiam venari oportere, quam ex Lucis Hippocraticis, à quibus tanquam à Rodonea Silua hæc emanarunt Oracula prius autem de Criſeos nomine hæc permittamus.

2 Deſumptum fuiſſe Criſeos nomen Galeno placuit. à forenſibus quæſtionibus, in quibus accuſator de capite culpam merentis agit, iudex ſententiam dicit: iudicium propterea Criſis eſt. Metaphora certè longius quam par eſt petita,& medicis negotijs haud integrè conſonans. Nam ſi vitrix eſt natura, ipſa accuſatrix & iudex erit: Sin autem victor ſit morbus,petitor ipſe, & iudex conſtitutus de ægrotantium capite iudicium ferret. Interturbatus ex in forenſis ordo metaphoram inſulſam reddit. Alijs placuit ſecretionem Criſim ſignificare. Quippe bonum à malo per Criſim ſecernitur. Sed vana, & hæc acceptio: nedum enim ad ſalutem, ſed ad interitum fiunt Criſes. Dum autem properant ad interitum ægri, ſecretio nulla occurrit, quia vera ſecretio ſit, dum coctio integra ſe offert. Falluntur idcirco, qui nomen hoc ab excretione ducunt. Nam multæ interueniunt Criſes, quæ mutationes inſignes exhibent, ſed excretiones nullas proferunt. Rectius illos ſtatuiſſe credimus, qui Criſeos nomen à certamine ſumunt: quippe in magnis affectionibus, dum inſignis interuenit mutatio, oportet natura, & morbus decertent, maneatque penes alterutrum victoria. Sic eſt, vt nox Criſim antecedens turbulentis motionibus corpus exagitet, quia tunc morbus, vt naturam expugnet, omnes ſuas vires exerit, eamque impetuosè inuadit. Certamen ergo eſt Criſis digladiantibus ſeſe motionibus velitatum, finemque diuerſum ſortitur, vt vires decertantis ſe habuerint. Sed vt cumque vocabulum deriuetur, parum intereſt: Siue enim iudicium ſit, Medicus iudex erit ex ſignis tanquam ex aductis tabulis de ægrotantium incolumnitate, iudicijque celeritate, ac modo decretum promulgans: Siue certamen ſit, Medicus ſpectator vires arteſque pugnantium

libraus

librans de certaminis euentu coniecturam ferret: ſiue demum ſecretio, & expulſio ſit, per ea quæ oculis ſubijciuntur, ratiocinabitur de ſequentibus artifex.

3 Sed iam ſatis de nominibus. Illud ad Criſeos indagandam naturam pro comperto ſumamus, non aliunde Criſim dignoſci, quam à repentina in morbis facta mutatione, quæ inſolens non per æquè nec in omnibus occurrit. Affectiones enim ſolidis hæreſcentes repentinis haud ſubiacent mutationibus, ſed ſtabiles ſunt, inquit Hipp. lib. de loc. in hom. nec tam facilè cedunt, vt faciunt illæ, quæ per vaſa vnam cum ſuccis pererrant: aſſidua quippe ignis motione citantur, & in motum impelluntur celerem aut tardiorem, vt caloris vis, eorumque ſe habuerit natura, in morbis propterea à ſuccis pendentibus repentinæ mutationes occurrunt, quia humores ſunt, qui multis aguntur motionibus. Aſt non omnis ſuccorum motus ad Criſim facit: nam ſi hi ordinato curſu properent, maneantque perpetuò in vno tenore, paulatim ad ſuum finem tendunt. Tranquillitas namq. dicebat Hipp. lib. Præcept. morbi longitudinem ſignificat. Cæterum ſi per inſolitas mutationes ducti decreſcere, increſcere vè morbum faciunt, eumque ſubinde aut in vltimam perniciem, ſalutaremuè ſolutionem ducunt; tunc Criſes verè committunt. nam licet Criſis propriè ſalubrem ſolutionem faciat, vt eſt ab Hipp. proditum lib. nup. cit. nihilominus criſes quoque dicuntur reliquæ mutationes. lib. enim de Affect. dicebat Hipp. iudicari in morbis eſt, quum morbi augeſcunt, aut marceſcunt, aut in alium morbum tranſeunt, aut deſinunt.

4 Repentina ergo eſt criſis, & inſolita in morbis à ſuccis pendentibus mutatio, ad ſalutem vel ad interitum tendens: Salutem aut interitum afferens. quatuor idcirco erunt Criſis differentiæ his verbis ab Hipp. 3. in 1. Epid. comprehenſæ. Oportet, inquit, animaduertere in his temporibus iudicationes futuras eſſe ad ſalutem, aut perniciem: aut inclinationes ad melius, ſeu ad deterius. Ex quibus differentijs perfectæ Criſes ſunt, quæ integram ſalutem, aut exitioſum afferunt interitum: imperfectæ quæ morbum in peius, aut in melius ducunt. hiſque ſe adaptant illæ, quæ morbum in alium transferunt: inclinant enim morbum ad interitum, vel ad ſalutem. de euentu proinde hæ præindicant, vt priores omnino decernunt.

5 Cùm igitur criſis omnis inſignis quædam ſit mutatio; tria in ipſa veniunt conſideranda, mouens nimirum, mobile, & tempus quo motus metitur, de tempore prius, quia omnibus expoſitum experimento innoteſcit, & ad abditas contemplationes viam nobis ſternet. cui enim

notum non eſt, ſtatis quibuſdam temporibus naturalia cuncta in ſuas actiones ferri, à quibus relatum quidem vnguem deuiant, niſi violentum quid ſe apponat? temporis namque eſt numerica vis, quatenus ordinibus certis, ac ſtabilibus cuncta diſponit, à quibus recedere eſt ipſam exterminare naturam omnium effetricem motionum per ſtata tempora numericis ordinibus diſpoſita. Sint ergo hæc de temporibus Criſeos opus dimetientibus non inutilia ad omnem noſtram tractationem, nam pleniùs de iſtis in tractatu de ortu, & interitu rerum.

6 Leginius aput Hipp. 1. Prognoſt. iiſdem morbos diebus iudicari, quibus ſanantur, ſeu intereunt humana corpora, quod accidit, ait ipſe lib. de ſept: part: eadem temporis lege, qua ipſamet corpora formantur, increſcunt, & per ætates mutationes ſubeunt. Natura enim quem ſemel progrediendi modum aſſumpſit, eum incolumen, & inuariabilem ſeruat, vt per eoſdem ſtatos procedat circuitus in decrementum,& interitum per quos informationem, incrementum, ſtabilitatemque proceſſerat. Conſiderantur autem hæc tempora ſecundum dies, hebdomadas, menſes, quadragenarias, & annos. Per hæc enim ſpacia notabiles in humanis corporibus mutationes procedunt nunquam à ſuo diuariantes ordine, niſi violentum aliquod occurrat. Fœtus namque in materno ſinu contentus per hæc tempora ſtabilitis ordinibus ad ſui complementum tendit, vt paſſim videre eſt aput Hipp. lib. de Nat. puer. de princip. & alibi. At dum enixus eſt, per hæc ſimiliter mutari teſtantur Hipp. hæc 3. Aph. 28. Pueris, inquit, maximam partem morbi iudicantur alij intra dies quadraginta: nonnulli intra ſeptem menſes: quidam intra annos ſeptem: alijs ipſis etiam ad pubertatem accedentibus. Qui vero permanſerint, neque pueris circa pubertatem, neque fęminis quum menſtrua erumpunt ſoluti fuerint, inueteraſcere conſueuerunt. Sed nunc opus non eſt de iſtis temporibus lungam facere enarrationem: ſufficiat illud, vt veriſſimum præaccepiſſe, mutationes cunctas humanis occurrentes corporibus ſtato metiri à natura tempore, nunquam ſuopte nutu à ſuo diuariente ordine, quod & Criſi accidit, quia opus iſtud eſt naturæ ſtato ordine agentis, vt deinceps palàm fiet. Huiuſce vero temporis primę ac ſimpliciſſimæ partes ſunt dies à primo vſque ad ſeptimum; mox ſuccedunt hebdomadæ, ex quibus deinceps menſes, quadragenariæ, & anni, quemadmodum hebdomadæ ex diebus conſlantur, hac propterea de cauſa hebdomadæ in hac temporaria diſtributione primum locum obtinent.

7 Singula itaque hebdomada duas habet partes, quarum anterior tetras eſt, quia perpetuo dies quatuor continet; poſterior trias, quia plerumque tres dies habet. Ratio huius diuiſionis eſt, quia fermè in omnibus

bus ſeptimanis adeſt numerus vim antecedentium colligens, & indicans de ſequentibus; & hic eſt omnis quaternio, qui tetradem triadi iungit vinculo communi, præſertim in tribus primis hebdomadis, in quibus propterea quaterniones habent vim indicandi, & decernendi, vt deinceps patebit in alijs: autem ſeptimanis quandoque accidit, vt nullus ſit communis numerus, & tunc hebdomada erit octo dierum, licet reuera ſeptem tantum ſint dies, quia numeri has diſſociantes partes coincidunt in vnum eundemque numerum, vt v. g. trigeſimus coincidit cum trigeſimoprimo, & ſic de alijs. Minus tamen in diiudicando iſtæ ſeptimanæ habent valoris, & ad has propterea diuturni morbi ſe extendunt, qui & minus & malè plerumque diiudicant. Quod autem dictum eſt de partibus hebdomadon ſeſe colligantibus, ſeu abiungentibus; idem dicendum venit de ipſis hebdomadis ad inuicem comparatis; nam aliæ ſeſe vinculo communi componunt, aliæ communi ſunt nexu deſtitutę, prima namque hebdomada diſiuncta eſt à ſecunda; ſecunda annexa eſt tertiæ: quarta diſiuncta eſt à tertia, ſed ſe vnit quintæ, & ſextæ: ſeptima abiuncta eſt à ſexta, ſed vnionem facit cum octaua & nona, ab hac recedit decima, ſed huic ſe adiungit vndecima & duodecima, cui diſſidet decima tertia, quæ vinculo ſe adſtringit decimæ quartæ, & decimæ quintæ, decima ſexta ſolitariè ſe habet, ſequentes aliæ ſeſe adiungunt, vt in ſequenti tabula.

Tabula hebdomadon ad diem CXX.

I. —	1. 2. 3. 4.	X. —	61. 62. 63. 64
	4. 5. 6. 7.		64. 65. 66. 67.
II. —	8. 9. 10. 11.	XI. —	67. 68. 69. 70.
	11. 17. 13. 14.		71. 72. 73. 74.
III. —	14. 15. 16. 17.	XII. —	74. 75. 76. 77.
	17. 18. 19. 20.		77. 78. 79. 80.
IV. —	21. 22. 23. 24.	XIII. —	81. 82. 83. 84.
	24. 25. 26. 27.		84. 85. 86. 87.
V. —	27. 28. 29. 30.	XIV. —	87. 88. 89. 90.
	31. 32. 33. 34.		91. 92. 93. 94.
VI. —	34. 35. 36. 37.	XV. —	94. 95. 96. 97.
	37. 38. 39. 40.		97. 98. 99. 100.
VII. —	41. 42. 43. 44.	XVI. —	101. 102. 103. 104.
	44. 45. 46. 47.		104. 105. 106. 107.
VIII. —	47. 48. 49. 50.	XVII. —	108. 109. 100. 111.
	51. 52. 53. 54.		111. 112. 113. 114.
IX. —	54. 55. 56. 57.	XVIII. —	114. 115. 116. 117.
	57. 58. 99. 60.		117. 118. 119. 120.

8 Ratio huiuſce diſpoſitionis pro nunc talis ſit, quod quarta primæ ſeptimanæ maximam vim habet, & indicandi, & decernendi, ideoque aut ſoluit morbum à prima die, aut per manifeſta ſeſe tunc promentia ſigna indicat de ſeptima, vltra quem terminum non ſe extendunt morbi, qui ſolutoria ſigna apertè quarta die monſtrauerint. Cæterum ſi ſigna hæc tunc temporis non occurrant, incompletaue hæc ſint, niſi complemẽtum exhibeant in altera hebdomada, nihil habent valoris quæ in prima apparuerunt hebdomada, quia ergo morbus vndecima ſeu quartadecima Criſim habet, abſque hoc quod in prima hebdomada ſigna Criſima ſe oſtentent, propterea nihil habet commune ſecunda cum prima hebdomada. tertia vero ſecundæ ſe adaptat, quia decima ſeptima indicat de vigeſima, & diiudicat, quicquid vndecima deſignatum fuit, ſeu decimaquarta, eſt enim ſeptima ab vndecima, & quarta à quartadecima, ſi nimirum hebdomada tertia ſit ſecundæ vinculo communi annexa. Quod apertis verbis proditum ab Hipp. 2. Aph. 24. dum ait. Septenorum quartus eſt index, alterius ſeptimanę octauus principium Eſt autem & vndecimus contemplabilis: ipſe enim quartus eſt alterius ſeptimanæ, rurſus vero & decimus ſeptimus contemplabilis; ipſe ſiquidem quartus eſt à quartodecimo, ſeptimus ab vndecimo. Vndecimus ergo ſecundæ ſeptimanæ quartus eſt, ſed non eſt ſeptimus à quarto, quia hebdomada ſecunda abiuncta eſt à prima, aſt decimus ſeptimus quartus eſt à quartodecimo, & ſeptimus ab vndecimo, quia duæ iſtæ hebdomadæ ſeſe adiungunt communi nexu, quemadmodum & ſequentes ad quadrageſimam vſque nam in quinta ſeptimana particulæ ſemotæ ſunt, & quaterniorũ vis in vigeſima perit: morbi idcirco deinceps decernuntur per hebdomadas, vicenos, & quadragenarias, ad centeſimũ vigeſimũ vſque vlterius menſibus, & annis metiũtur.

9 Quadragenariæ omnes ſex habent integras hebdomodas, validè ſubinde diiudicant, quoniam quum integros compleant circuitus, mutationes quoque inſignes faciunt, vt in puerulis obſeruatum lib. de Aet. legimus. Menſis duplicem habet menſurationem: nam ſi quatuor integras contineat hebdomodas inæqualem habebit dierum computationem, quum, vt dictum eſt, non integri dies ſumantur in omnibus hebdomadis, primus propterea & ſecundus menſis conſtabit quilibet diebus viginti ſeptẽ, tertius habebit dies viginti ſex: quartus iterũ habebit dies viginti ſeptem, & ſic deinceps inæqualiter menſes ſe habebunt. Altera ſupputatio eſt, vt menſis quilibet habeat quatuor ſeptimanas cum dimidit, quatuorque menſes compleant numerum dierum centum & viginti. Annus pari quoque ratione ſecundum menſes hebdomadarios conſtantes ex quatuor integris ſeptimanis, ſi tredecim ex iſtis menſibus ſumamus dies habebit

bebit tercentum quadraginta octo circiter: quod ſi ſumamus menſes conſtantes ex quatuor hebdomadis cum dimidia, duodecim menſes dabunt dies tercentum ſexaginta, quæ eſt ſupputatio parum à communi diuerſa. Hippocrates tamen lib. de Aet. Septem annos conſtare tradidit decadibus hebdomadarijs triginta quinque; hoc eſt hebdomadis tercentum quinquaginta: quælibet autem decas continet dies ſeptuaginta; Annus ergo hebdomadarius habebit hebdomadas quinquaginta, dies nempe tercentum quinquaginta, quæ ſupputatio à prima menſium parum diuariat.

10 Conſtat ex dictis cur 3. Prognoſt. Scriptum ab Hip. fieri non poſſe, vt morborum circuitus quilibet integris diebus exquiſitè menſuretur, quia, addit ipſe, nec annus nec menſis integris menſurari diebus natura apti ſunt. in hebdomadis enim dies ſeu coincidunt, ſeu ſe adiungunt; & vnionem quidem faciunt, qui partes diſcretas communi nexu vinciunt; coincidunt qui partes abiungunt. hinc eſt quod hebdomadę alię conſtant ſeptem, aliæ vero ſex tantùm dies aſſumunt. nam ſi à tertia hebdomata ablata ſit decima quarta dies, quia etiam ſecundam hebdomadam finit, habebit vtique dies ſex. Sed quia ſeſe annectunt hæ communi nexu, ideo tertia aſſumit partem ſecundæ, & ſic dies ſeptem habet, non ergo in media ſupputatione dies, menſes, & anni integri ſumuntur, extatque dierum elegans facta ſupputatio duplex.

Prima dierum ſupputatio.

	dies	horas
4	3	9
7	6	18
11	10	3
14	13	12
17	16	21
20	20	6
24	23	15
27	27	

Secunda ſupputatio dierum.

	dies	horas
4	3	9
7	6	19
11	10	5
14	13	15
17	17	1
20	20	11
24	23	21
27	27	7.

11 Sic ergo dies ſe habent; ac de ſuo integro ſpacio aliquid quandoq; detrahunt, quandoq; addunt, prout nempe morborum periodus ſuum tempus ſeu præripiunt, ſeu protrahunt: iudicium tamen habebunt iuxta periodorum progreſſionem; nam quum criſis mutatio quædam ſit facta ob certamen, quod editur, dum per inſultus ingraueſcunt mala: ergo vt inſultus tempus præripiet, aut protrahet, ſic iudicium ea aduentabit die, quæ ſurripit, aut adiungit, & hæc ratio eſt, cur morbi paribus ſeu imparibus diebus iudicentur, quia ſcilicet inſultus non minus ingraueſcunt paribus, quam imparibus diebus. hac autem de re eſt Hipp. enarratione digna ſententia 3. in 1. Epid. Quæ vero, inquit, paribus diebus (loquitur de continuis febribus, & de morbis, qui in has eueniunt) exacerbantur, paribus iudicantur: quorum autem exacerbationes in imparibus fiunt, imparibus ſoluuntur. Eſt autem, proſequitur, primus iudicatorius ex circuitibus diebus paribus iudicantibus quartus dies: deinde ſextus; decimus: decimus quartus: decimus octauus: vigeſimus: vigeſimus quartus: vigeſimus octauus: trigeſimus: trigeſimus quartus: quadrageſimus: ſexageſimus: octuageſimus, & centeſimus: vigeſimus. ex circuitibus vero in imparibus diebus iudicantibus primus eſt dies tertius: deinde quintus: ſeptimus: nonus: vndecimus: decimus ſeptimus: vigeſimus primus: vigeſimus ſeptimus, & trigeſimus primus. lib. de ſept. part. inter dies pares repoſitus eſt quadrageſimus ſecundus. vt autem facta hæc ab Hipp. dierum enumeratio innoteſcat, videndum quid ſit exacerbari diebus paribus, aut imparibus ad præſignandam futuram in iiſdem diebus ſolutionem.

12 Sunt febres, quæ ſtatis periodis redeunt: ſunt quæ continenter affligunt. & primæ quidem ſeu alternis diebus, ſeu quarta quaq; die ingraueſcunt, conſultè enim nunc quintanas, ſeptimanas, & nonanas febres ommittimus, de quibus ſuo loco. febres quarta die periodicantes habent inſultus paribus diebus, paribus proinde decernuntur. nam quartanarum febrium aſſiduitatem habentium dies criſima eſt decimaquarta. quæ vero tertia die periodicant, quum diebus imparibus exacerbantur mutationem inſignem habent diebus imparibus; ſicq; vndecima decretoria eſt in tertianis febribus continuis. hinc in Coacis dictum, quod febres tritæophyæ erroneæ ſi in pares dies ſe transferant, difficilem habent iudicationem, & de iſtis periodicis febribus tam continuis quam interpolatis conſtat, cur paribus ſeu imparibus diebus inualeſcant, ſeu mutentur. dubitationem mouent continentes febres nullam habentes ſtatam periodicationem: attamen & in iſtis accidunt repentinæ exacerbationes morbum vertentes ſeu in melius ſeu in peius,

quæ

quæ ſtatis quibuſdam paribus ſeu imparibus diebus factæ, indicationem promittunt ad futuram paribus, aut imparibus diebus. Accipiamus Philiſci hiſtoriam. is febre ardente lienis cum inflammatione correptus ſexta morbi die deceſſit, quia huic ſecunda, & quarta die omnia exacerbata ſunt. conſonum igitur, vt mors ſeptimam præriperet, quia morbus ingraueſcens diebus paribus, debuit die pari decerni. Pythio in Thaſo decima obijt, quia ſecunda, & ſexta omnia exacerbata ſunt. Alter etiam Pythio iuxta Telluris templum degens decima ſanatur, quia exacerbationes die ſecunda factæ exceptæ ſunt ſexta varijs ac ſub rubris ſputis incoactam præ ſe ferentibus coctionem, integraque mox diiudicatio ſe diſtulit in quadrageſimam facto abſceſſu doloroſo ſedis cum ſtranguirioſa mictione. Sic ergo & in verè aſſiduis febribus vt exacerbationes fiunt paribus ſeu imparibus diebus; criſis paribus ſeu imparibus diebus expectanda. 2

13 Cœterum quum etiam verè aſſiduæ febres aliæ procedant ordinatis circuitibus, aliæ erroneo modo ſe habeant, videndum, qui nam ſint febrium circuitus, & quænam pacto hæ erroneæ fiant. nam cuncta hæc ab Hipp. 1 illo Epid. propoſita fuere, dum ait. Erroneæ porrò febres & quartanæ & quintanæ, & ſeptimanæ, & nonanæ in quibus circuitibus iudicentur conſiderandum. Quantum ad primum 3. Prognoſt. agens Hipp. de circuitibus febrium continuarum acutos, graueſq; excipientibus morbos. Febres, inquit ſimpliciſſimæ, & ſignis firmatæ ſecuriſſimis die quarta, aut citius deſinunt: malificientiſſimæ vero, & ſignis affligentes difficilimis die quarta, aut citius perimunt. primus ergò circuitus in hunc modum deſinit: ſecundus verò ad ſeptimam producitur: tertius ad vndecimam: quartus ad decimamquartam: quintus ad decimamſeptimam: ſextus ad vigeſimam. Addit deinceps tres alios circuitus non amplius per quaterniones, ſed per hebdomadas procedentes, & ſeptimus proinde circuitus ducitur in trigeſimamquartam: octauus in quadrageſimam: nonus in ſexageſimam. & ſic habemus nouem febrium continuarum circuitus; quorum ſex priores per quaterniores ad vigeſimam vſq; procedentes veri & legitimi ſunt, tum quia plerumque integrè diiudicant, tum quia reliqui circuitus inde ſe componunt. nam à quinta circuitione iterũ producta ſeptimus oritur circuitus. à tertia duplicata fit ſextus quaduplicata octauus, ſextuplicata nonus, ac per reuolutionẽ horum circuituum, criſimi alij diiudicantes dies, qui radicales ſunt, emergunt, vt puta octuageſimus & centeſimus vigeſimus, in quem nonanus circuitus ſe reuoluit, vt in adiuncta tabula videre eſt. vltra autem hãc metam febrilis non ſe extendit aſſiduitas criſim ſubitura; ni deinceps


Digitized by Google

morbus ſe renouet cum virium firmitate, quod fieri vix datum. iſtis autem circuitibus metiuntur continuæ febres tertianæ, quartanæ, quintanæ, ſeptimanæ, & nonanæ. nam Hipp. aperta verba ſunt lib. de Aet. aſſerentis, quod tertianæ aſſiduæ febres decernuntur vndecim diebus tertia nempe circuitione: quartanæ continuæ criſim ſubeunt decima quarta die, quarta nempe circuitione: quintanæ demum duabus hebdomadis cum dimidia, quinta nempe circuitione iudicantur. ergo per hanc eandem circuituum progreſſionem ſeptimanæ febres erunt, quæ in ſeptimum feruntur circuitum: nonanæ, quæ in nonum, vt commodiori loco plenius oſtendetur. Erroneę vero dicuntur hæ febres, vel quia prima circuitione non ſolutæ vlterius progrediuntur, & hac ratione quartana continua à decimaquarta in vigeſimamſeptimam ſe extendens erronea, hoc eſt, non legitima erit, quod & de alijs continuis febribus dicendum. altero modo verè erroneæ dicuntur, dum ſe transferunt in inſolitos dies, nec conſuetum à morbi prima inuaſione ordinem ſeruant, de quibus erroneis mox.

14 Per hãc ergo circuituum progreſſionem habemus, quod tertianus circuitus, dum vltra vndecimam ſe extendit, venit ad vigeſimam, inde tranſit in quadrageſimam, ac deinceps in centeſimam vigeſimam finem ponit, quartanus circuitus properans à quartadecima ducitur in vigeſimam ſeptimam, mox in octuageſimam labitur, vt vltimum terminum deinceps habent in centeſimam vigeſimam. Quintanus circuitus decima ſeptima non ſolutus ſe reuoluit in trigeſimam quartam: deinde in ſexageſimamſeptimam, mox in centeſimam, qui dies vltra trigeſimam quartam cum ſint haud legitimè decernentes; hinc ratio innoteſcit, cur tam pernicioſæ ſint quintanæ febres, vt ſuo loco plenius. Septimanus pariter circuitus à trigeſima quarta eodem ordine cum quintano circuitu procedit, cui aſsẽtit ſic properãs, vt mox patebit. Nouanus demũ circuitus ſe reuoluit in centeſimã vigeſimã, quæ vltima eſt febrium aſſiduarum meta. Hinc Hipp. 3. in 1. Epid. ſtatum harum febrium deſcribens, ſeptimana febris, inquit, longa eſt, & non lethalis: nonana adhuc longior, & non lethalis: tertiana citò iudicatur, & eſt ſecuriſſima: quintana autem peſſima omnium eſt: tabeſcentes etenim, & tabidos mox ad futuros interrimit, quod ipſum ſemitertiana facit acutos morbos concomitans, ſeque inſuper tabeſcentibus, ac diutinè ægrotantibus adiungens. Sed de iſtis febribus ſua in tractatione plenius, ſufficiat nunc rudem hanc habuiſſe notionem, vt iam dicti innoteſcant circuitus, per quos inſurgunt radicales dies integrè diiudicantes.

15 Illud quoque ex dictis ſumamus, quod dies Criſimi alij ſolùm decer-

Tabula circuitiium febrium continuarũ ad CXX.



cernunt, alij inſimul & præindicant, decernunt tantum, qui diſiunctas cõplent hebdomadas: præindicant in ſimul reliqui omnes, nã quarta decernit primum circuitũ, & indicat de ſecundo: is autem ſolùm decernit, vndecima decernit tertium circuitũ, & indicat de quarto: is autem decernit, & inſimul præindicat de quinto, & ita per quaterniones ad vigeſimã vſq; per hebdomas vero, vicenarias, & quadragenarias deinceps, quo enim lõgiùs circuitus ſe protrahunt, tardiùs præindicant, & decernunt: inde eſt, quod circuitus quartanus non ſolutus decima quarta reuoluitur in vigeſimã ſeptimam, mox in octuageſimam, ac tandem in centeſimam vigeſimam. Tertianus quoq; circuitus tranſit ab vndecima in vigeſimã, ab hac in quadrageſimã, deinceps in centeſimam vigeſimã. Par ſit de alijs circuitibus iudiciũ ſuo ordine procedẽtibus, nã aliquando cõtingit, vt aliã induãt naturã, & tunc per circuitus procedunt iam aſſumptæ naturæ ſe adaptãtes ſolitariè aut cõmixtim, vt adiuncta mala viguerint, & hęc eſt ratio, cur diutino morbo afflicti homines tandẽ decedant tabidi, quia nẽpe in quintanam febrem labuntur, quæ tabidos anteit, & inſequitur ad perniciem.

16 Hęc de radicalibus diebus ordinatos circuitus dimetientibus ſatis, venemur nunc reliquos dijudicantes dies, qui ex iam ſtabilito circuituum ordine non occurrunt. Accipiamus autem Hipp. in Coac. de pleuritide dictum. Quibus pleuriticis, inquit dolores molles ſunt, quinta autem ſeu ſexta exacerbantur, ij magis ad duodecimam perueniunt, & nõ valdè ſeruantur, cuius euentus vt innoteſcat ratio, in examen veniant & hęc eiuſdẽ Hipp. 3. Prognoſt. Inter initia (inquit loquens de iam dictis febrium circuitibus) horum difficile eſt præſentire eos, qui maxima parte temporis iudicandi ſunt, hoc eſt, non ſine difficultate præſcij ſumus, quando aduentura ſit Criſis in illis morbis, qui molliter incepti; ſtatim ſolutoria non præmandant ſigna, & cauſam reddit, quia, inquit, ſimillima ſunt illorum principia, hoc eſt, nullam tunc temporis edunt inſignem mutationẽ, quæ poſſit de euẽtu præindicare. Dat tamen normam, qua id venari poſſimus. Sed a primo, inquit, die animaduertendum eſt, conſiderandumq; ſingulis additis quaternarijs, nec te latebit, quo nam verſatur morbus, hoc eſt, oportet animaduertere, quonam modo ſe habeat a prima die morbi cõſtitutio, & tunc dum inualeſcit, inſigneſq; dat mutationes per quaternariã progreſſionem apertè cognoſcimus, quò morbus vergat, tum quantum ad ſalubritatem ſeu perniciem, tum quantum ad celeritatem attinet, ſeu diuturnitatem. Sed clarius id expreſſum legimus 1. in 2. Epid. dum ait. Initia morborum conſiderandum an ſtatim floreant; manifeſtum autem incremento: ipſa autem incrementa periodis, & iudicationes inde manifeſtæ, & in ipſis periodis exacerbationum, ſi prius aut non, & an plus tem-

doris

poris an non,atq;ſi magis an non.In exemplum ſit prçallegata Hipp.ſententia. Pleuritis quæ molliter incepta ſexta die inualeſcit, nona per primum circuitum ſuæ prauitatis ſigna monſtrabit,per alteram ergo circuitionem,quæ finit hebdomadam a ſexta,habebit integram iudicationem, duodecima nempe ad interitum,& iſti dicuntur erronei inſultus, quia nõ procedunt per conſuetos circuitus a prima die,ſed erroneè aliquantiſper procedentes tandẽ (niſi mors tempus præoccupet) in ſemitam redeunt. Hinc illud celebre documentum non eſſe erroneas febres curandas priuſquam conſiſtant: quippe morbi curationem reſpuunt, dum extra ordinem ſuarum circuitionum ſunt. Naturæ enim opus eſt ipſa ſanitas: natura autem ſuo fungitur munere per ſtatas circuitiones,vt in ſequentibus palam fiet. Sic ergo inſultus erroneo modo procedentes iſtis menſurantur circuitibus, per quos deinceps alij dijudicantes dies inſurgunt ordinibus ſe adaptantes naturæ. vt mox patebit.

17 Accipiamus ergo quartanarium inſultum inualeſcentem ſecunda morbi die. Is ductus per quintam, octauam,& vndecimam, redit in ordinem decimaquarta die. grauius ergo hic inſultus inualeſcet quinta morbi die, ſed octaua ſummè diſcriminoſa erit: vndecima præſignabit, quid ſperandum decimaquarta.

2. 5. 8. 11. 14.

18 At ſi inſultus hic quartanarius tertia morbi die inualuerit, in ordinem redit ſolùm vigeſimaſeptima per quartanariam reuolutionem, ideoque diſcriminibus plenus erit tum nona, tum decimaquinta, qua die Hermoptolemus peripneumonicus deceſſit nona iam perfrigeratus.

3. 6. 9. 12. 15. 27.

19 A quarta die extra ordinem ad quadrageſimam vſque fertur, ſed vigeſimaoctaua eſt, quæ reuoluit circuitum inceſſu dierum parium repoſita, quia protrahit a vigeſimaſeptima.

4. 7. 10. 13. 16. 28.

20 A quinta vero die primus circuitus cadit in decimamſeptimã,propterea is facilè in quintanũ degenerat,deinceps ſiue ſolitariè,ſiue cõmixtim procedens ad ſolutionis deſperationẽ, quia nunquam ſe obuiant circuitus. ſummè autẽ diſcriminoſa erit tum trigeſima, tũ trigeſimaquarta.

5. 8. 11. 17. 30. 34.

21 A ſexta die prima circuitio cadit in decimamoctauam, ſecunda in trigeſimam: deinceps alij non occurrunt dijudicantes dies, ſed & iam dicti ſummè dircriminoſi erunt.

6. 9. 12. 15. 18. 30.

22 A ſeptima demũ primus circuitus cadit in vigeſimã, ſecundus in trigeſimãquartam, quartus in ſexageſimam: propterea circuitus is deinceps procedet, aut per tertianum à vigeſima in quadrageſimã, mox in cẽteſimamvigeſimam: aut per nonanũ pariter in candẽ diem: aut per ſeptimanum in ſexageſimamſeptimam, deinceps in tabidam deſperationem.

7. 11. 14. 17. 20. 34. 40. 60. 67. 100. 120.

23 Pari quoque ratione tertiani circuitus procedunt, nam vt in vniuerſali circuituum tabula oſtenſum, procedit hic circuitus recto ordine ab vndecima in vigeſimam, mox ſe reuoluit in quadrageſimam, ac tandẽ pe quadragenarias ducitur in centeſimam vigeſimam. Hipp. namque 2. in 1. Epid. Quibuſdam, ait, morbus iudicabatur vndecima: reuertebatur decimaquarta: iudicabatur perfectè vigeſima: ſi vero aliqui ſuperriguiſſent circa vigeſimam, is iudicabatur quadrageſima. conſtat autem quod tertianæ continuæ ſunt illæ, quæ vndecima iudicium ſumunt, non integrè ergo ea die ſolutæ deinceps iam dicto ordine procedunt. Cæterum ſi morbi die ſecunda inualeſcat is circuitus diſcriminosè per quintam, & octauam ductus, vndecima in ordinem redit.

2. 5. 8. 11.

24 A tertia vero die ſumit ordinem quadrageſima, ſed vigeſimaprima eſt, quæ circuitum reuoluit, & ipſa decretoria inter dies impares, diſcriminoſa autem duodecima complens circuitum primum. A quarta die pariter quadrageſima in ordinem tranſit, ſed trigeſimaprima tertium reuoluit circuitum, & ipſa in cenſu dijudicantium repoſita.

3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 21. 22 31. 40.

25 Procedens autem circuitus tertianus à quinta in decimam quartam tranſit, quæ dijudicat quartanum circuitum; mixtim idcirco properantes circuitus tertianus quidem cadit in vigeſimamquartam, quæ decretoria eſt; quartanus vero ad vigeſimamſeptimam ſe extendit, quod ad ingens facit promerendum diſcrimen. Pariter & à ſexta vigeſima

quarta

Digitized by Google

quarta circuitum reuoluit, quem prius excipit decimaquinta præſignata nona, ac duodecima non ſine diſcriminibus.

5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14 15. 24. 27.

26 A ſeptima tandem reuolutus circuitus tertianus tranſit in decimamſeptimam, vt quintanarum circuitionum naturam aſſumens ægrum in deſperatam tabeſcentiam ducat, ni vergat ad atrabilariam naturam die vigeſimaſeptima.

7. 11. 14. 17. 27.

27 De quintano circuitu iam dictum ſi recto ordine proceſſerit erroneè autem inualeſcens à ſecunda die per quintam, & octauam venit in decimamſeptimam, à tertia in decimamoctauam, à quarta in decimamnonam, quæ abeſt à cenſu dijudicantium, finem tamen hi omnes circuitus ponunt in trigeſimamquartam.

2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 34.

28 A quinta tranſit in vigeſimam, a ſexta in vigeſimamprimam, vt tertianarum circuitionum aſſumens naturam deinceps ordinatè procedat, aliàs vllum ordinem ſeruans in trigeſimamſeptimam, ac deinceps reuoluitur, quod ipſum facit circuitus a ſeptima in vigeſimam ſecundam.


5 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 37.


29 Ex hac circuituum erroneo modo procedentium diſpoſitione confuſæ noſcuntur febres miris inuolutæ accidentibus, quarum per hanc temporariam artificioſam diſtributionem pateſcunt progreſſiones nondum ab alijs animaduerſas. qualem autem afferat in medico opere vtilitatem percipient a toto hoc volume teretes aures. nam clara hæc fient per ea quæ ſequuntur.

30 Sed priuſquam ad alia properemus videndum, num intermittentes febres. & ipſę ſtatos habeant circuitus, quum harum periodi vt dijudicent, oportet in Criſimos dies cadant, alioquin incompleta erit ſolutio. Sic ergo eſt, quod intermittens quartana binis periodis complet hebdomadam, quo tempore obſeruatum ſolui plerumque mitiſſimas

quar-


quartanas:ſed vlterius progreſſa per vndecim inſultus deuenit in trigeſimam quartam: deinde per alios vndecim in ſexageſimamſeptimã: mox in centeſimam ducitur, vt tres reuolutiones interueniant a prima ad octoteſimam, quæ reuolutiones vndecies ſumptæ annum adimplent, qui vltimus eſt quartanarum terminus, ſi verè opinatus eſt Hipp.






31 Notatione autem dignum quod in prima & ſecunda reuolutione ſeptima & quadrageſima complent hebdomadam: in tertia vero reuolutione illud ipſum nonageſimaquarta facit: ſed quia ſeptima, & quadrageſima ſunt dies verè dijudicantes, ideo in iſtis diebus quartanæ febres quandoque deſiſtunt, aut inſignem mutationem ſubeunt; vt plurimum tamen per vndenarium circuitum procedunt, & inde ratio deſumitur cur ſuperſtitioſum illud antiquitus famigeratum amuletum quartanam febrem tollat, litteris enim ſignant barbarum hoc vocabulum ABRACADABRA hoc ordine, vt quolibet inſultu vna detrahatur littera, quæ vndecim cùm ſint, accidit vt facta integra reuolutione febris non raro deſiſtat, quoties nempè vllum interuenerit erratum, ratio à tempore deſumpta eſt, quia per eam reuolutionem habemus dies integrè dijudicantes, in quibus quartanarij ſe adiungunt inſultus, & hebdomadarum complementa, quod vnicè ad Criſim facit.

32 Cæterum quoniam quartana febris non raro duplex, ſed triplex eſt, nonnſque inſultus ſuper accedens aut preuenit, aut ad conſuetam periodi cautionem ſubſequens eſt; videndum, quomodo ſuis in progreſſionibus ſe habeant inſultus. ſi itaque ſecunda die acceſſerit inſultus, quia hebdomadon complementa in diebus legitimis apparent tum decima quarta, tum quadrageſimaſeptima, tum octuageſima; propterea in iſtis diebus & duplex redditur, & ſoluitur complexa quartana, quia vndecim vbique interueniunt inſultus.



33 Sed tertia die, inſultus ſuperaccedens difficilem ſolutionem habet, & per tertianum circuitum, vndenariamq. progreſſionẽ (niſi decimaquar-

ta die ſe expediat) finē ponit in centeſimamvigeſimā. Fuit autem ſingulare obſeruatum in nobili quadā muliere octimeſtri fętu grauida, cui febriles acceſſiones hoc procedebant ordine. prima die aderat matutinis horis inſultus anxioſo cum horrore, partiumq. extimarū perfrigeratione inſigni. demittebat, at non integrè febris altera die matutinis horis: mox prope meridiem alter aderat inſultus exigua cum in horreſcentia, & perfrigeratione, ſed ſummè æſtuoſus. exſudabat aliquantiſper veſpertinis horis cū ardoris demiſione; ſed hora deinceps noctis tertia inualeſcebat intenſiſſimus horror non multùm anxians, nec perfrigerans, inſano tamē exceptus ardore, euaneſcente matutinis horis ſudore vbertim excluſo. nullus ea die aderat inſultus, prorſus à febre libera: poſtera die vnicè inualeſcebat febris, altera bis, & tertia immunis à febre manebat, quem periodorum ordinem ſeruauit ad decimamquartam vſq; qua die nigrorum prius facta conferta deiectione, ac deinceps copioſo excluſo ſudore cōualuit. erat mulier hæc ſuaptè natura moroſa, ſed animo tunc ſummè angebatur, & ex anni tempeſtate multæ graſſabantur quartanæ; iudicatum idcirco triplici teneri quartana tali procedente ordine.



34 Porrò tertianarum febrium periodi quonam ordine decurrant, non tam promptum eſt determinare. nam 4. Aph. 59. Exquiſitis tertianis ſeptem ad ſummùm tribuuntur periodi: in Coac. hi ad nouem extenduntur. 2. in 6. Epid. hæc ſcripta ſunt. Febres quæ vna die intermittunt altera ſuperrigent vnà cum iudicatione ex quinque ad ſeptem circuitus durant. & 2 de morb conciſſius tempus apponitur. Si tertiana, inquit, febris tenuerit, ſiquidem non omiſſis tribus inuaſionibus quarta corripiat, pharmacon deorſum purgans bibendum dato. ſoluunt ergo tertianas febres etiam tres periodi. cæterùm vt omnis tollatur hæſitatio ſciendum, quod harum febrium circuitus procedunt per inſultus, qui ſolutionem afferunt, dum cadunt in die legitima. nam ſanitas non niſi ope naturæ accedit, quæ nunquam à ſuis ſtatis ordinibus recedit, niſi in præceps labatur: periodorum autem in tertianis decurſantium prima quidem ſe extendit in diem tertiam morbi: ſecunda in quintam: tertia in ſeptimam: quarta in nonam: quinta in vndecimam: ſexta in decimamtertiam: ſeptima in decimamquintam: octaua in decimamſeptimam: nona in decimamnonam. à tertia ergo periodo, quæ finem habet in ſeptimam tertiana febris ſe transfert in quintam, in diem nempe vndecimam. à quinta in ſeptimam, quæ protrahit à quartadecima; ac

tan-

tandem à ſeptima in nonam quæ ſurripit à vigeſima. decernitur ergo tertiana febris aut ſeptima morbi die, quoties nempe tenuiſſima bilis in ambientia corporum delata vtili ſecernitur ſudore; vel iterum facit: aut vndecima continuarum quoque febrium tertianarum decretoria per excluſionem in quam bilioſorum aliqualem obtinentium craſſitiem, ex aluo proinde ſe exonerantium. quò enim diutius ſincera bilis in corporibus manet; impurior redita conatui naturæ obſiſtit. hinc monitum Hipp. dari pharmacon in tertianis tertia periodo non ſolutis, ſed quarta inualeſcentibus, ne ſcilicet ſincera bilis per aſſumptam commixtionem morbum in diuturnitatem ducat. compertum idcirco diligenti obſeruatione tertianas febres haud integrè ſolui ſeptima, aut nona periodo, quia ſeptima protrahit à legitima die, nona vero ſurripit. dictum propterea quod tertianæ febres à quinta periodi veniunt ad ſeptimam cum indicatione, & vna nempe, & eadem ſit iudicatio quinta vtiliter incepta; complementum mox habitura ſeptima, ſi bilis ob aliqualem craſſitiem primis obluctauerit impulſionibus. Sed de illis plenius ſuo loco, quemadmodum etiam de complicatis febribus, quæ tum diuerſam, tum vnicam naturam redolent. nam harum cognitio pendet ex cognitione ſuccorum diuerſimode offendentium, de quibus in propria tractatione.

SECTIO SECVNDA.

NATVRA IN ALIMENTVM INTENTA, VT HVMANVM CORPVS SERVET.

1 CVM iam in ſuperioribus ſtabilitum ſit tempus, quo Criſimi metiuntur circuitus, illudque deſumpſimus ab hebdomadis, & earum partibus; nunc per hæc tempora harum motionum author emergat, ac noſtrarum ſpeculationum alterum ſit exordium hoc. Duplex adeſt Criſis, vna ad ſalutem bona, ad interitum altera mala: quatuor enim in ſuperioribus enarratę differentiæ in has coincidunt. Eſt autem bona Criſis, quando natura ad victoriam properat, aut ipſam iam adepta eſt: mala dum aut ſuccumbere debet, aut iam ſuccubuit. actio idcirco eſt Criſis aut naturæ vincentis humorem

morem morbificum : aut morbifici humoris naturam ipſam proſternentis. videndum igitur, quonam ordine naturæ ſe habeat œconomia erga humores : deinde quibuſnam rationibus humores ipſi naturæ bellum indicant, ipſamque proſternere nitantur. & quantum ad primum.

2 Præſtantius ipſius naturæ opus in animantibus corporibus circa alimentum verſatur, vt illud in membrorum ſubſtantiam ducat,& ad hoc ad noſtrum facit propoſitum, quoniam Criſis motus eſt ſuccorum tam alitionem præſtantium, quam ipſam reſpuentium,dum munere naturę hi ex aſſumptis cibarijs in corporum nutritionem ſe transferre nituntur. controuertitur autem aput antiquos de hoc opere : nam Eraſiſtrato placuit cibum in ventrem atteri, ac, vt dicebat Hipp. 1. de dieta ab vna anima diuidente cuncta parari, per quam attritionem cibaria tandem faceſſint in partium ſubſtantiam. Pliſtonico vero Praxagoræ diſcipulo viſum cibaria in fætorem duci, mox quæ diſſimilia erant nouis mutationibus ſimilia fieri, vt nutricanti ſint apta . Aſclepiadis vero ſequares ſtatuerunt aſſumpta alimenta nullis perpeſſa mutationibus in membra duci,illorumque partes ſuis adhærere gentilitijs nullo alio naturæ interueniente opere. Hipp. demum coctionem quæſiuit, quæ proprij rerum coctionem ſubeuntium caloris eſt perfectio in vnoquoque humido, vt author eſt Ariſt.4. Meteor:rectèque opinatus eſt Hipp:nam quum nutritio actio quędam ſit: auctio autem in generationem tendat, vt è contra diminutio in corruptionem : omnis autem generatio fit, dum in ſubiecto humore inſitus perficitur calor ; ergo nutritio non corruptio, ſed caloris aſſumptorum erit perfectio. Cæterum cibaria perfectionem hanc nanciſci attritionem ſubire debent,vt nimirum minimæ horum particulæ inſiti caloris opus recipiant,propterea benè Eraſiſtratus. nam dentium attritione mutationem quandam ſubeunt alimenta, quæ tamen non ſat eſt, ſed coctio interueniat oportet, cuius ope liquantur, & in vnum corpus coguntur multiplicia cibaria : & hoc liquamentum ſtomaci virtute factum ſuccus concoctus dicitur, non quia integram, veramque ſit adeptus coctionem, (iſtud enim complementum ſumit , dum partibus ſingulis appoſitus eas adhæſione reficit) ſed incoactam , & quæ ſi vltimæ compararetur coctioni, crudor eſt . & hac ratione Aſclepiadis ſequaces rationabiliter decreuere , cruda cibaria in membra duci, pituitoſaque adhærere pituitoſis, bilioſa bilioſis &c. quod & ab Hipp.4. de Morb.proditum legimus. profert enim alibilis ſuccus coctionis ope ea, quæ in ipſo commixta latitabant: eſtque coctio ſecretio quædam vi caloris concoquentis facta,qua mediante particulæ omnes corporum ſibi alimentorum congruam portionem aſſumunt, reliquum inutile abſpellunt : propterea dum alimen-

tum abſumitur, corpus augeſcit, ſi quod additur opportunum eſt, quonam autem modo,& ordine hæc in noſtris fiant corporibus nunc perpendamus.

3 Aſſumpta, diuque detenta cibaria caloris concoquentis ope ventriculus in cremorem transfert; in ſuccum nempe album & craſſum, quem mox inteſtina excipiunt, (vaporoſum enim coctionis vi elatum iam cerebrum ſuſceperat.) vt venæ à porta per ipſa inteſtina propagatæ vtilem cremorem ſugant; ſinant autem in ea recrementa, quæ fœdum olorem adepta, mox è podice profluunt. quod autem in venis aſſumptum eſt; aquoſum quidem, & acidum Lien ſumit, reliquum per exiles ductus à porta in cauam ſe transfundit, & per vniuerſa membra ſe diſtribuit, bile iam ſepoſita tanquam ſanguini aduerſaria. Sanguiflua itaque vena, ſimul atque e iocinore tanquam è ſuccoſa tellure egreditur; inſignem ramum mittit in inferas partes, qui ponderoſiorem ſanguinem aſſumens inchoroſum ſuccum per renes tranſcolat: reliquum pro alendis inferis partibus vndique diſtribuit. Alter inſignis ramus ſurſum elatus amplum canalem dexteræ cordis auriculæ impertit, qui ſenſim in dextero ſinu ſanguinem transfundit; reliquum deinceps per ſuperna diſperſit. Sic ergo alimentoſus ſuccus ab interaneis ſuſceptus toti corpori per hos impertitur canales, vt varijs interuenientibus animaſtica editis facultate mutationibus inde corporum membra cuncta ſe nutriant, muniaque alia expetita præſtent.

4 Quod autem vaporoſum à ventriculo cerebrum ſuſceperat in pituitam denſator, partiſque virtute coctionem natum, quod recrementoſum eſt multis ſe deponit ductibus: quod vero alitioni opportunum aſſumitur, vt deinceps in partium nutricatur cedat, & hac ratione cerebrum pituitæ fons reditum cuncta ea peragit, quæ in infimo machinantur ventre. nam viſcera in abdomine contenta ſi alimentoſum ſuccum trahunt: & cerebrum à ventriculo vaporoſum ſumit. ſi viſcera cremorem transformant in ſanguinem, & cerebrum dum vaporoſum craſſefacit, fugit quod alimentoſum eſt. ſi viſcera ſe ponunt bilioſum, & cerebrum illud in aures tranſmittit. Si Lien aquoſum allicit humorem, & lachrymales oculorum carunculæ aqua replentur: ſi venæ ſanguinem in membra diſtribuunt, & cerebri ſinus pictuitoſum ſanguinem aſſumunt in ſui aliarumuè partium vtilitatem. demum ſi infimus venter per podicem craſſa reiectamenta deponit, & cerebrum per palatum & nares inutile pituitæ pondus deplet. ſicque cerebri diſtributa eſt œconomia intenta in corporum tutellam. quæ autem circa cor peraguntur talia ſunt.

5 Sanguis è caua in dexteram auriculam immiſſus, tranſit deinceps in arterioſam venam, vt per pulmones delatus tum ipſis alitionem præ-

beat, tum vt per arterioſam venam in ſiniſtrum cordis ſinum dilabens, tandem per aortam ſe in vniuerſum corpus diſtribuat, opuſque iſtud totum germana cordis facit facultas, quæ dum à cuſpide in baſim ipſum corrupat, contentum in ſinubus tum in aortam, tum in arterioſam venam propellit vna eodemque impulſione: ſicque arteriæ repletæ pulſant ipſo cordis concidente motu. eſt autem adeo exigua ſanguinis copia in ſiniſtro cordis ſinu reperta, vt anſam Eraſiſtrato dederit opinandi ſanguinem ſuapte natura in arterijs non contineri. Eſt autem naturæ in cordis machinatione admirabilis ſedulitas: receptacula enim quædam ipſi fabrefecit adnata, quæ ſanguinem totum è vaſis ſinubuſq; egredientem, ijsuè ſe inſinuantem continent, & eum poſtmodum tempore, & modo diſtribuunt: auriculæ dicuntur hinc inde poſitæ, quarum dextera, dum cauam venam fulcit; ſanguinem ſumit, cumque in dexterum ventriculum, mox in arterioſam venam tranſponit: ſiniſtra vero recipit ab arteria venoſa, ducit in ſiniſtrum cordis ſinum, mox diffundit in aortam. ne autem in tam vario opere vno eodemq; peracto cordis motu vlla naſcatur confuſio, in caua vena membranoſæ valiculæ iacent, quæ ſanguini in auriculam aditum præbent, regreſſum prohibent: è contra in vena arterioſa eædem valiculæ ſanguini è corde egredienti aditum præſtant, regreſſui obſtant. ſimiliter in aorta ſumere à corde ſinunt, regredi vetant; ac à venoſa arteria profluere in cor datum, refluere minime: & ita cor, quod ſibi proficit, è venis recipit: quod in membrorum vtilitatem cedit, per arterias emandat hic autem ſanguinis è venis in arterias tranſitus toti corpori communis eſt: quippe vena omnis amicabili nexu arteriam habet adiunctam, vt per cæca ſpiracula ab hac in illam, & ex illa in hanc ſanguis ipſe meet, viciſſimque mutuam ſibi tradant operam, in quem vſum mox dicetur. opere enim prçcium eſt prius, quç in hac corporis conſtituta œconomia non parum controuerſa eſſe poſſunt, ſi non veris ſaltem probabilibus rationibus ſtabiliamus.

6 De lienis itaque officio duo hçc enucleanda occurrunt. Primum, quod lien ſuccum melancholicum non à iocinore, ſed à ventriculo, inteſtinorumque plexibus aſſumit. Alterum, quod vtilem ſuſcepti ſucci partem in arterias tranſponit, vt ſpiritibus ſtabilitatem, & refrigerium impertiat. eſt autem, vt hinc exordior, lienis corpus ſpongiforme, ac fibroſum, quoniam explutinoſa ſeminis ſubſtantia formatrix virtus illud aſſumpſit; ideoque frigida quadantenus temperie donatum aqueum in ſe allicit humorem,quo gaudet, & miniſterium ſuum adimplet, ſi ritè tum, ipſe lien, tum quæ accedunt ſe habuerint. erratum enim non leue committunt, qui exiſtimant ſuccum in liene delatum ſuapte natura craſſum

&

& fęculentum eſſe. nam chylus totam fęculentiam in interaneis depoſuit, & ſi quæ in eo manet craſſicies, eam ſanguis exhibet venoſus: melancholicus autem ſuccus, quem lien aſſumit, ſi naturalis eſt, aqueam redolet naturam, quæ omnium grauiſſima eſt.

7 Non ſumere autem Lien à iocinore melancholicum ſuccum inde apertè cognoſcimus, quod truncus venæ portæ, priuſquam ſe in hepatis corpus intimet, inſignem ramum mittit in lienem, qui & ipſe ſurculos quamplurimos per inteſtina, ventriculum, meſenterium, & omentum diſtribuit, ac in corpus mox lienis totus diſpergitur. Si ergo, vt volunt illi, in iocinoris viſcus ſanguinis elaboratur compages, quonam accidit modo, vt priuſquam inlecti liquores hepar attingant, melancholicus ſuccus in lienem properet, cùm nulla adhuc facta ſit ſuccorum ſecretio? necesse ergo, vt ab exiguis iocinoris venis denuò melancholicus ſuccus ſubſideat, quem Lien deinceps per ſpleneticum ramum trahat. ſed iſtud abnegant naturæ opera. quod enim ponderoſum & craſſum eſt, dum remeat, ſidet in fundo. ergò ponderoſus ſuccus melancholicus non ad ramum vſque ſpleneticum, ſed ad inteſtina deſcenderet, ſicque mixtus accedentibus ſucco denuò ſe efferret. nec eſt, vt ad lienis vim attractricem recurras, quoniam actiones naturales parti ſuſcipienti, reique ſuſcipiendæ ſe accomodant: cùmque ſpongiforme corpus omne promptè tenui imbuatur ichore: difficilius autem, quod craſſius eſt, aſſumant; conſentaneum vtique, vt lien non à iocinore, ſed ab interaneis, & non craſſum ac fęculentum, ſed aquoſum humorem recipiat.

8 Quod autem res ita ſe habeat, oſtendit quarundam potionum à ventriculo ad veſicam vrinariam promptiſſimus tranſitus, qui præpeditus facit, vt lien ſe diſtendat, & in tumorem eleuet. quæ autem potiones promptè meant tenues, & acidulæ omnes ſunt. conſortio quippe naturæ (nam melancholicus ſuccus ſi Hipp. credimus, & aqueus & acidus eſt) ſtatim à ſpongioſo liene ſuguntur: quod ipſum amaris, ſalſiſque minime accidit potionibus: hæ namque aut per inferam aluum ſe exonerant, aut in iocinore, veniſque ſe intrudunt. in exemplo ſint Thermales aquæ. Tetucianus, vt vocant, liquor, quia ſalſedinem & amarorem gerit, ni ſe per inferam aluum deponat, inlectus tandem à iocinore, & ſtato tempore per venas diſtributus, membra corporum pruritu, ſimilibuſue affligit paſſionibus. Aſt ſi quis acidulũ liquorem potet, vt putà montis Ortenis, eum vnius horæ ſpacio per veſicam deijcit, qui ſi in curſu maneat lienem replet, & diſtendit, mox ventrem in hydropis ſtatum adigit. quod ipſum fieri diuerſa vinorum conditione bibaculi quotidie experiuntur. ſignum ergo eſt, quod acidæ potiones naturæ conſortio à liene ſuguntur proti-

mus, quæ poſtmodum per arterias in vrinariam veſcicam prontiſſimè ſe deponunt. non tam ocyus permeant, quæ iocinori accedunt. quippe craſſo hæc ſucco ammixta tardiorem motionem habent calore non impulſæ arteriarum, à quo ſucci ſuam omnem motionem recipiunt, vt ſuo loco oſtendetur. lento idcirco verſu per venas procedunt humores: per arterias verò concitato motu feruntur, potiſſimum ſi inconſuetus ſtimulus adſit. Sic ergo res ſe habet, vt Lien à ventriculo inteſtinorumq; plexibus aquoſam acidamq; cibariorum aſſumat partem, cui non nihil ſe adiungit chyli craſſioris, quem partis calor reformat in ſanguinem viſcoſiorem ac nigricantem ob calorem, quem ab arterijs habet impertitum.

9 In quem autem vſum lien aquoſum, acidumq; trahat ichorem; ſic coniectari licet. Spleneticus portæ truncus, ſi eius ſurculi omnes ſpectentur, eò tendit, vt varijs ex partibus latices ebibat, eoſque in lienis corpus ducat, nec lien vllibi, quod ſuſceperat, per eadem vaſa deponat. Simulaſq; enim vena porta ſe diſpergit in meſeraicum, & ſpleneti cum truncum, hic ſiniſtroſum properans, priuſquam ſe in lienis corpus diſpergat; ab eius elatiori parte duo ſurculi naſcuntur Gaſtrica minor, quæ in ventriculi poſteriorem partem gibboſum paucis ſe inſinuat ramis: ſed altera maior Gaſtrica dicta omnium ventriculo accedentium maxima totum ſupernè, ac infernè ambit, eiuſq; ſupremum orificium coronæ inſtar cingit, & adœſophagon vſq; ramos quoſdam mittit. ab humiliori verò parte naſcitur tum epiplois dextra, quæ gracilis deorſum ad dexteram omenti membranam inferiorem, & ad colon ei annexum ſurculos exhibet: tum epiplois poſtica, quæ maiori donata amplitudine in duos inſignes ramos diuiſa mittit ſurculos deorſum ad omenti membranam inferiorem, quæ colon inſtar meſenterij dorſo annectit, & ſic ramuli iſti partem inteſtini coli excurrunt. Inſuper ab eodem trunco exeunt ramuli pancreæ, qui à ſpacio inter vtramq; epiploidem nati tam ſupernè, quam infernè pilorum inſtar graciles in pancreas diſperguntur. Poſtquam ſpleneticus truncus iſtas diſſeminauit propagines, in ramum ſe diſcindit ſuperiorem, & inferiorem. à ſuperiori vas breue oritur, qui ventriculum petit, & in eius ſe inſinuat fundum (aliquibus viſum, vt ſupremum etiam attingat orificium) diuerſa in diuerſis corporibus magnitudine. A ramo inferiore duæ prodeunt venæ Epiplois ſiniſtra; quæ ad ſiniſtram inferioris membranæ omenti partem vno atq; altero ſurculo diſtribuitur, potiſſimùm quando epiplois poſtica anguſta eſt. (inde fit, vt quandoq; ramulus hic non appareat) Alia enata vena Gaſtro epiplois eſt ſiniſtra inſigni magnitudine donata, quæ deorſum reflexa fundum ventriculi ſiniſtra parte cingit, cuius exigui ramuli cum ramulis meſeraicarum venarum

ad podi-

ad podicem deſcendentium implantantur, & extremis ſeſe contangunt; ac ſuperiori membranæ omenti à ſiniſtris frequentes ramulos largitur; reliquum vtriuſq; rami numeroſi propaginibus in cauam & mediam ſplenis lineam variè implexum implantatur, ac per lienis corpus totum diſtribuitur. Pari quoq; ordine cœliacus arteriæ ſe diſpergit ramus, vt quemadmodum lieni tanta venarum copia inſeruit, preſtò quoque ſint arteriæ, vt munus ſuum adimpleant.

10 Eſt autem obſeruatione dignum, quod aorta per vniuerſum corpus diſperſa tenuiſſimo viſitur ichore repleta, quem poſtmodum per emulgentes in renes deponit. aſſignent autem huiuſce rei rationem, qui naturæ opera rimantur. neceſſe quippe eſt, vt arteriæ hos ichores ſeu gignant perſe, ſeu aliundè aſſumant. Si in arterijs latices iſti gignuntur, profectò id accidit, quia tenuiſſimi ſanguinis halitus frigore denſati in aquam fluunt. hoc autem eſt à ratione alienum: nam arteriarum calor temperiem ſuam indemptus vbiq; viget, nec poteſt integro naturæ opere ſic deprimi, vt inde calidi vapores in humorem fluant. Sed eſto: profectò ad exiguam liquoris cogendam quantitatem tanta vaporum abſumitur vbertas, vt arteriæ omnes haud pares ſint. quod ſi dicas, exiguum quid liquoris eſſe, quod in arterijs detentum per emulgentes ſe exonerat; aſſignes quæſo rationem, cur natura tam amplos fabrefecit canales, qui ſe in renes inſinuant, quum anguſtum vas ſufficeret ad emittendum pauculum hunc humorem? ſunt ergo ductus ampli, quia ampliſſima quoq; eſt multitudo liquoris ſe per arterias emulgentes excernentis. veroſimilius itaq; eſt quod arteriæ latices illos aliunde aſſumant. ebibunt ergo hos aut à corde, aut à iocinore, aut ab inteſtinis, aut à carnibus, aut à liene. à corde id nequit contingere: nam exigua eſt ſanguinis copia, quam ſiniſter cordis ſinus recipit, inibiq; contentus cruor propter caloris exundantiam craſſus & ater viſitur, nil propterea ſeu parum quid liquoris illuc manet. ac licet in cordis capſula perpetuò quid humoris exundet, iſtud certè contingit vel quia ab ebulliente in auriculis ſanguine vapores elati pericardij capacitatem adimplent, qui membranarum firmitudine denſati, dum cordis deferbet ardor, in liquorem fluunt. Sic enim ab Hipp. lib. de att. dictum, quod corporum cauitates ſanitatis tempore flatibus diſtentæ per ægritudinem ichore replentur iam dicta de cauſa: vel quia per mediaſtini membranulas potus lambitione quandam à pulmonibus ſuſceptus illuc ſenſim deſtillat, vt refrigerium cordi præſtet, irrigateſq; cor veluti in maris balneo: quocirca humoris is in capſula contentus nihil cum arterijs habet comercij. nec à iocinore arteriæ ichorem hauriunt, quoniam quæ ad hepar veniunt exiles ſunt, vt hepatis hum-

humorem pitiſſent potius, quam exſorbeant. ab interaneis nequeunt iſtos ſurgere ichores, quoniam fæculenta & craſſa eſt illuc hæreſcens cremoris ſubſtantia, vt ſubinde defecationem, attenuationemque exigat, priuſquam arterias penetret. è carnibus, vt prompta eſſet ſuctio, hæc tamen perpetua eſſe nequit, quoniam tempore valetudinis proſperæ carnes ſubſtantificis irrorantur ichoribus etiam ab arterijs emanantibus. reſtat igitur vt arteriæ per aſſiduam ſuctionem liquorem illum à liene ebibant, quum lien vt dictum eſt, ſit promptuarium aquoſitatum receptarum tum ab inſigni meſenterico trunco per ſpleneticum ramum: tum à ventriculo, alijſq; abdominis partibus per ſurculos hinc inde ductos. nam frigida cùm ſit lien temperie donatus exiguam proinde alimoniam expoſcat, quam ſuccorum vbertatem per tot, tamq; amplos ductus aſſumit, non totam in ſui alimoniam vertit, ſed ad alios vſus ſeruat. ficticium namq; prorſus eſt exiſtimare ſurculus quoſdam à ſplenetico ductos eiectioni inſeruire: quippe lien quod aſſumit non fæculentum, ſed tenue eſt, quum ab inteſtinis cremor in venas meſeraicas tranans omnem iam depoſuerit fæculentiam perinde ac faciunt ſucci per manicam traiecti. accedit quod venæ à ſplenetico ramo ductæ ventriculi ſupernam partem coronæ inſtar ambientes ſi tantum acidorum à liene in ventriculum deponerent, perpetuus in os acidus ſapor adeſſet, quod non niſi improſperæ contingit valetudini. non ergo venæ illæ in ventriculum ſuccum euomunt, ſed potius ab eo ſurgunt, vt ea ſit ab acidis appetitionis excitatæ ratio, quod nempe ventriculi venæ tunc accida ſuctione hiantes famis ſenſionem excitant, quia ventriculus ſe deplet; quod melancholicis contingit, dum venæ iſtæ vltra modum ſugunt. ſugunt autem quia lien exinanitur ob ardorem. ardor enim facit, vt arteriæ quæ vbertim ſeſe per lienem diſpergunt, multum liquoris aſſumant, propterea accidit vt melancholici phlogoſim patientes veraces, & bibitores ſint, ſed quibus lien duriter intumit, à potu diſſentiones occurrunt, cihorumq; abominationes. ſic ergo à ſuctione naſcitur inanitas, & inde appetitionis ſenſio, quam amara & ſalſa quoq; inacuunt deterſione cruditatum primis hæreſcentium vijs.

11 De hæmorroica autem fluxione res ita ſe habet. haud vtiq; conſentaneum eſt, vt à ramo Gaſtro epiploide ſanguis deſcendat in hæmorroidales venas, tum quia huiuſce venæ maior pars fundum ventriculi cingit: tum quia exiles ſunt anaſtomaſes inter hanc & meſeraicam venam. inſuper non omnibus ſument, reſeranturq; hæmorrhoides, ſed illis ſolum, quorum ſanguis in Porta iocinoris manens vitioſus eſt cùmq; inferior meſentericus truncus ampliſſimus ſit, humilioremq; meſenterij

ſedem

ſedem detineat, potiſſimum in coli ſiniſtram partem, ac rectum inteſtinum diſtribuat, & ad extremum deinceps podicem deſcendens venas hęmorrhoidales conſtituat; conſentaneum in quam eſt, vt hæmorrhoidalis ſanguis ab illo trunco exeat, & non à Gaſtroepiploide. ac licet fluxus hic tumidum lienem deprimat, conſecutione id quadam naſcitur, quia ab vno eodemq; trunco demitur ille humor, qui fouet, nutrit, & adauget lienis tumorem, quoties nempe illuc innaturalis accedit.

12 Eſt ergo genuinum lienis munus aquoſum hinc inde allicere, vt illud poſtmodum in arterias (quæ illuc ideo multæ & prægrandes) immittat ad hoc opus præſtandum eximium, vt nimirum immiſſus ſuccus ſua frigiditate arteriarum ardorem reprimat: tenuitate diluat nimium craſſeſcentem ſanguinem: acore tandem ſuo ſpiritibus ſtabilitatem impertiat. inde eſt, quod melancholici prudentius conſulunt, & ſunt ad riſus hilares propenſi, dum nempe aſſumpti liquores naturaliter ſe habent: et prudenter in quam ſuis ſegerunt in negotijs, quia ſtabiles ab hoc ſucco ſpiritus redduntur. riſus autem in hominibus accidit, ob eam quam cor ſubit expanſionem, quæ animantibus omnibus communis, in hominibus ſingulare hoc riſus opus exercet, quia peculiare eſt in his pericardium diaphragmati adiungi. acidus idcirco in arterijs humor intruſus, dum remorat à corde emanantes ſpiritus; facit, vt ſurgeſcentes ſinus ſe expandant, & conſecutione pericardium eleuent, ob quam elationem diaphragma ſe conſtringit, trahitq; exin ſuperiores muſculos, ridentiſq; ſic effigiem præſtat. nam ſi Platoni credimus, vt dolor ab immoderatione, ſic ab eadem voluptas. facit ergo, vt antiquitus proditum, ridere lien hac ipſa ratione, qua contingit etiam. vt riſus in ore ſtultorum abundet, dum nempe ſtultitia eſt ab vbertate naturalis melancholiæ profecta: nam ſunt melancholici, qui timent, merrent, & pallent, quia ſuccus is innaturaliter ſe habet. quæ autem huic muneri ſuperſunt aquoſitates, emulgentes arteriæ in renes deponunt, perinde ac faciunt venæ poſt vltimam ſuccorum diſtributionem. Cœterum ſi ad ſugendum non fuerint arteriæ pares, tunc viſcus illud intumeſcens quicquid continet, aut in ventriculum euomit, eumq; nimio torquet acore: aut in omentum deponit, vt hydropem excitet. aſt ſi vice aquei humoris lien craſſo ſucco intumeſcat, tunc ſtabiliter diſſenſus in tumorem ſe eleuat, ſcorrhoſamq; induit naturam, quæ mox in hydropen tranſit, dum nempe aqueus humor non amplius à liene ſugitur, ſed aut per epiploidem in omentum dilabitur, aut per cauam in carnoſis partibus diſpergitur, vt inter cutaneam hydropen creet. Præterea dum acidus humor nimiam moram in liene trahit, æſtuaſq; calore ferinam induit naturam, & exin-

deaut

de aut atrabilaria tormina occurrunt, ſeu phanatica deliramenta, prout is humor ſeu inteſtina ſeu arterias inuaſerit. Et hæc de lienis œconomia non inutilia fortaſſis, ſi æquo perpendantur animo.

13 De Cerebro hæc enucleanda occurrunt: à ventriculo alimoniam vaporoſam ſumere, quam in ſanguinem ſuis viribus transformat: conſequens alterum non aliunde ipſi per vaſa naturaliter quid accedere præter vitales ſpiritus à corde per arterias immiſſos. Sit autem noſtrarum ſpeculationum exordium hoc. quam coctionem ventriculus facit, liquatio eſt. vt enim in vnum ſuccum ſolida abeant cibaria, oportet liqueſcant, & hoc totum naturalis calor facit, dum per fermentum vnit, & liquat, per ſuum autem corpus elixationem edit, quæ vna ex ſpeciebus coctionum eſt. Ceterum quum pinguia, & oleoſa, vt proditum ab Ariſt. 4. Meteor. craſſationem, & attenuationem renuant, elixationem hanc quoque reſpuunt; & inde accidit, vt in omni elixatione pingue, & oleoſum innatet, ſeu euaporet. compertum autem, quod dum cibaria in ventriculo coquuntur, euaporet quid: pingue autem & oleoſum aliquid perpetuò in ipſis ineſt. ergo quum iſtud vnionem reſpuat maiori ſaltem ex parte in vaporationem duci conſentaneum. idq; chimicum opus palàm demonſtrat. per illud enim pinguia, oleoſa, & tenuiſſima ſublimius elata vnà cum aquea vaporatione denſantur. efferuntur itaque vapores iſti in caput, vbi coacti in pituitam abeunt. talis etenim eſt huiuſce humoris conditio, vt licet craſſitiem habeat, liquoribus ſupernatet, ſublimemq; ſuum poſitum ſeruat, quia ſuppremi ventris peculiare eſt alimentum. nutrit preterea, & reliqua membra, quia humor eſt ſemicoctus per vlteriorem naturæ actionem promptè in optimum alimentum faceſſens. quæ enim vaporatione efferuntur tenuiſſ & puriſſima ſunt: tota autem deinceps in excrementum duci haud conſonum.

14 Porrò aliquid ex his quæ ingeruntur in caput efferri, oſtendunt ea, quæ ſuapte natura caput feriunt. nam protinus ac aſſumpta, membrum illud grauant, diſtendunt, cruciant, ac in ſoporem homines ducunt, ſeu recreant. Inſuper conſtat, quod pituitoſa ingeſta ſtatim palato adhęrent, & caput ſimili humore replent: hoc autem tam promptum haud eſſet, ſi per multas variaſq; ambages ducta capiti poſtremò inuaderent. Illud quoq; compertum, quod dum grauatur, ſeu incaleſcit caput, aluus comprimitur, quia nempe magna cremoris pars tunc à ventriculo in cerebrum euocatur, & inde fluxiones vberes naſcuntur omnium quandoq; recrementorum vitijs conſpurcatæ. Vlterius non eſt videre, qua nam ratione tantum pituitoſorum capiti obuiet, niſi ventriculus vbertatem hanc ſuppeditet per euaporationem. nam ſi ſanguis ipſe tantam molem

in caput

in caput deferret; venæ quoq; partium inferarum eſſent pituita diſtentę. egreſſa enim è iocinore vnà cum ſanguine pituita per ramum cauæ deſcendentem deorſum vergeret, ſurſumq; elata cor ipſum præmeret, & iugulares venas ſua craſſitia opleret: obſeruatum tamen non ſemel puriſſimum quandoq; educi ſanguinem, dum ſolita cerebri emunctoria multum pituitæ promunt. nec ad cerebri recurrendum diſcraſia: quoniã talem eſſe nequit, vt optimum venarum ſanguinem in tam craſſum, & vberem recrementum ducat, ac quod prius integrè concoctum fuerat, in crudorem transformet. Sed eſto, è iocinore in caput is humor ſe tranſponat: profectò ductus per quos effertur, iugulares erunt venæ, quæ inſignes trunco cauæ aſcendenti ſe adaptant: harum itaque conſtructionem perpendamus, vt nùm id contingere poſſit, pateſcat.

15 Iugulares itaq; venæ in collo ductę ampliſſimas illic habent valuulas, quæ ſanguini deſcendenti aditum præbent, aſcendenti obſtant. & hoc mirabile certè eſt naturæ arcanum, ad quod antiquorum nonnulli fortaſſe reſpicientes autumarunt à cerebro venas exoriri, ſanguineumq; illuc elaborari ſuccum, vt is in partis prius alimoniam cedat, mox in ſubſidium cordis, partiumq; aliarum deorſum properet. valiculæ enim omnium venarum talem conſtructionem habent, vt cor verſus aditum præbeant, ſupernorum quidem vaſorum deorſum; infernorum vero ſurſum; & hæc eſt ratio cur è venis cephalicis eductus ſanguis protinus detrahat capitis plenitudinem, ſyſtrophaſq; ſoluat, eſtque illorum deridicula cautio cephalicas venas aperire veſantium, dum corpus vniuerſum plenitudine ſumet, ne inquiunt facta ſurſum attractione caput impenſius grauetur. quippe valiculæ iam dictæ appellenti ſanguini obſtant, dilabentibus autem fluxionibus aditum præbent. hinc eſt quod Hipp. morborum caput affligentium, ac phlebotomiam optantium curationem iniens venas peculiares capitis reſerendas monuit, voluitq; vt dum venæ diſtentæ ſanguinem in cerebrum ſuper euomunt, per inflictum fronti vulnus pars diſtenta reſpiret: & hoc non alia certè ratione, niſi quia venæ capitis non ab infimis plenitudinem ſumunt per venas, ſed benè eam conſuetis ordinibus alijs impertiunt. Lib. enim de oſſ. nat. & de Loc. in hom. variæ leguntur diſperſiones venarum, per quas depluentes fluxiones corpora multi formiter offendunt. nec edepol tam promptè, tamq; præcipiti curſu humores in ſubditas partes à capite deſcenderet, niſi conſuetus eſſet hic ſanguinis deſcenſus nullis obſtaculis obuiantibus. non deſcendit autem præcipiti curſu, dum naturaliter ſe habet, quia ſuapte natura vaporis ſub forma elatus leuitatem ſeruat: non deſcendit idcirco præcipitanter, niſi violentum quid occurrat. deſcendit ergo ſenſim per

ſim per

ſim per ſinus, ſeu trahitur cordis aliarumuè partium virtute; ſintque per Hipp. venæ hac ratione diſtributæ. truncus cauæ ad ſuperas delatus, effertur ad gutturis vſq; gulæq; medium, & deinceps ſe per humeros & brachia diſpergat: in gutture autem obuiant deſcendentes iugulares à capite, factaq; inibi cum caua vnione ſuccus qui procumbit à cerebro, partim ſe per ipſam cauam diſpergit: partim per venam ſine pari, perque alios ſinus à ceruice ductos in ſubdita membra dilabitur. & hæc mira eſt capitis ac reliquorum membrorum conſenſio, acciditque exin, vt dum cerebrum calore liqueſcit, bonum vbertim effluat, fiatque caput imbecile, dum ſeminalia vaſa indebitè humorem profundunt: pituitoſis quin etiam morbis opem fert coitus, quia capitis plenitudinem imminuit.

16 Vt ergo meſenterij radices ab infimo ventre alimentoſum ſuccum ebibunt, quem mox in cauam tranſponunt: ita quæ ſe per internas capitis venæ diſpergunt tenuiſſimos, pingueſq; iam denſatos vapores ſugunt, eumq; in pituitoſum vertunt ſanguinem, quem poſt alitionem internarum partium in conſpicuos iugulares truncos colligunt, vt is deinceps tum per externas capitis, tum per ſubditas partes ſe diſpergat. inde eſt, quod venæ capitis diſectæ parum quid cruoris emittunt, (niſi & arteriæ inſimul, maioreſq; ſint adaperti ſinus) tum quia internæ, molleſq; cerebri partes, & externæ capitis excarnes exiguo ſubſtentantur alimento: tum quia iſtud partis conditione prorſus perfrigeratum coaleſceret, ni præſtò arteriæ quampluri mæ ſuo eſſent calore. nec eſt, vt ſanguinis vbertatem arguas ex larga quandoq, profluente hæmorrhogia, quæ & propias capitis, & inferarum quoque partium ſoluit paſſiones: quoniam è narium venis effluens ſanguis, parcior eſt, quam ſi ex aliqua inferarum partium vena profluxiſſet. metaſtaſes autem quæ in caput efferuntur, per arterias potiſſimum irrepunt, quæ nullis interruptæ valiculis aditum quoquouerſum præbent, inſignis autem arteriæ truncus in cerebri ſe inſinuat corpus, diſpergitur per omnes ſinus, & in nares deſcendit.

17 Sed vt rem hanc plenius ſic ſe habere oſtendamus, opere precium eſt paululum ſtructuram vaſorum ad cerebrum ſpectantium non lippis ſed expeditis oculis perluſtrare, quoniam inde fortaſſis veritas eluceſcet. In craſſa ſeu dura cerebri mẽbrana duplex canalium ſe exhibet genus, quorum alterum excipit arterias ſe ſe per membranæ corpus diſpergientes. alterum genus canalium inſigne ac conſpicuum ſanguine repletum ſumet; & perinde ac ſi magnus venæ truncus eſſet, quampluri mos, & pergrandes ſurculos profert ſe ſe partim in ſubſtantiam cerebri diffundentes:

tes: partim extra caluariam ducti externis mox ſe adaptant iugularibus. iſtud canalium genus ſinus quoſdam efformat, qui duplici membrana tecti ventriculorum inſtar ſanguinem continent, eumq; per riuulos diſtribuunt. horum ſinuum quartus dictus ab humiliori cerebri ſede, (vbi & reliqui ſinus occurrunt) poſtquam inſignes hinc inde emiſit propagines, porrigitur tandem ſub fornice in amplum vas venoſus, à quo ducta propago plexum coroidem vnà cum arteriarum ramulis conſtituit. iacet autem plexus hic extenſus ad priores ventriculos contextus ex innumeris glandulis, & membranulis latiuſculis, & oblongis, ac ex ramulis exiguis venarum, & arteriarum, vt is adamuſim meſenterium repræheſentet: imo data proportione corpus iſtud magis glanduloſum eſt,& implexum, quàm ſit meſenterium. ab altera autem harum glandularum parte ſecundum totam longitudinem vaſculum quoddam appenſum iacet craſſiuſculum humore excrementitio plenum, quod inteſtinum meſenterio annexum refert, per quod vaſa anguſtiſſima feruntur. In meditulio quin etiam cerebri corpus viſitur gibboſum, & ventriculis inſtratum, leue, æquale, & candidius, ſed durius, quàm ſit reliqua cerebri medulla, Tylloides hinc & calloſum vocatum: ad cuius latera iacent ſinus vtrinq; qui & coroidem plexum conſtituunt. medulla autem cerebri, quæ aliàs leuis, & candida nullibi ſanguineo ſucco irrorata illic, vt dura eſt; Sic compreſſa ſtillat cruorem, quia nempe ad ipſos ventriculos exiguæ ſpectant venæ à plexu coroide ductæ.

18 Ex hac cerebri ſic conſpecta ſtructura, illud vt fortaſſe veriſſimum aſſumamus, quod elati vapores cerebro obuiantes ſimulaſq; ducti ſunt per palati foramina in anteriores cerebri ventriculos ſe ſe impingunt in illud corpus calloſum, vt exin in tenuem humorem fluant, quem plexus coroidis recipit, eumq; vitalium ſpirituum ope in ſanguinem efformat. qui quidem ſanguis, poſtquam pituitam per illud vas ipſa refertum recrementoſam ſepoſuit; colligitur totus in inſigne illud venoſum corpus, quod poſtquam & alias propagines, & ſinum ad falcem ſpectantem immiſit; in Herophilano torculari ſeſe alijs ſinubus adiungit, quorum inſignis à ceruice in frontem per duram membranam procedit: alter vero deorſum ad ceruicem venit, & iugularibus internis tam pertinaciter ſe adiungit, vt vnum vas appareat ijſdem contextum membranis, hac ſola diſtinctione, quod ſinus duræ membranæ amplum eſt, & duplici membrana tectum: iugularis autem vena arctatur quam maxime vſque quo ad eam peruenit diuiſionem, vbi alter iugularis ramus internus naſcitur ad anteriora cerebri ſpectans. reliqui ſinus à ceruice ducti totum caput internè ſanguine irrorant: nam ab elatiori ſinuum parte exeunt inſignes

ſignes

ſignes propagines à torculari quidem verſus frontem ſurſum ſpectantes; verſus autem ceruicem deorſum. in iſtis autem ſinubus cumulatim ſanguis exundat, qui à iugularibus in hos immitti haud conſentaneum. compertum namq; quod venarum ſurculi, quo magis à trunco recedunt, arctantur, & in exiles ramos abeunt. contrarium autem viſitur in ramo hoc iugulari, qui intra caluariam ſe porrigit in ampliſſimum ſinum ſe in alios inſignes diducentem. nec eſt vt dicamus iugularem venam ſanguinem fundere in ſinus tamquam in alienum vas. nam vt ſuperius dictum, tam pertinaciter iugularis truncus ſinu adheret, vt nulla ratione abiungi poſſit: quocirca vaſa hæc non ſolo contacta vnitatem faciunt; ſed vnum continuum vas eſt à ſinu ſe in iugularem coarctans tum quo ad amplitudinem, tum quo ad tunicarum duplicationem, perinde ac faciunt arteriæ, dum in exiles ramos abeunt: perinde etiam vt facit truncus cauæ ſe à dextero cordis ſinu disiungens. conſentaneum itaque eſt, vt iugularis vena ab hoc ſinu emergat, mox cauæ ſe adiungat. & quia ſinus ampliores ſunt ipſis iugularibus venis, conſonum quoq; ſanguinem à ſinibus recipiant non in ipſos euomant, potiſſimum quum valuulæ obſtent huic immiſſioni.

19 Ceterum quia ſanguis in ſinibus contentus pituitoſus ſaupte natura eſt, & ipſi ſinus ab arteriarum abſunt comercio, prouiſum à natura eſt, vt fluxibilitatem, & calorem recipiat ab arteria iugulari interna, quæ ramum immittit in ſinus emouentem ſpirituoſum ſanguinem. Plexus quoq; coroides intexitur nedum ex propaginibus quarti ſinus, ſed ex arterijs ſumptis à trunco ſolitariè in anteriora cerebri ducto, qui inſignem quoq; mittit propaginem ad interna narium, vt per illud vas profluant hæmorrhagiæ quæ per factam metaſtaſim inferas partes deplent, exonerant quoq; quod ſanguinis à ſinuum fonte in arterioſum vas ſe inſinuat. hinc hæmorrhagijs plerumq; anteuenientes tum vertigines ob inordinata ſanguinis per ſinus motionem: tum ceruicis aggrauationes, dum ſanguinis fons copia diſtenditur, & grauatur. tum etiam mentis aberrationes, quia ſpiritus ſe ſe volutantes ardore æſtuant, & inæquales fiunt nam ad narium intima præter has inſignes arterias ſolùm exilia veniunt vaſa à dura membrana ducta, quæ dum vnguibus, alioue referantur irritamento parum quid cruoris emittunt. à ſinuum etiam propaginibus per ſuturas & alia foramina caluariæ exeuntibus emergunt externæ iugulares, alijq; oboriuntur ſurculi, qui à ceruice deorſum per ſpinam inſubditas partes ſe diffundunt, faciuntque miram capitis cum quibuſdam partibus conſenſionem, vt diligentiores Anathomici obſeruarunt, per ea quæ ab Hipp. lib. de oſſ. nat. & de loc. in hom. ſcripta leguntur.

20 Aſt

20 Aſt non omnes elati vapores abeunt in cruorem recrementa eiecta; ſed horum pars purior in intimiores ſe inſinuat concamerationes, ſonorumq; aerem procreat, & puriſſimum oculorum humorem nutrit. quippe ſingularis eſt neruorum opticorum conſtructio, vt hi cauum quid habeant, per quod puriſſimus liquor tramat, qui & nutrit, & perſpicuitatem ſeruat, quum ſint internæ oculorum partes venis & arterijs prorſus deſtitutæ. hinc eſt, quod ſi iſti obturentur ductus, perit viſio, quia non amplius oculo perſpicuus ſuppeditatur humor, impuruſq; is redditus viſionem extemporaneè aut ſtabiliter obtenebrat: è contra ſi vltra perſpicuitatem craſſitiem quoq; habeat, vt firmet ſuſceptos luminis radios oculus tunc lucet in tenebris, quod Lampydibus occurrit, quarum ſub cauda detentus humor vltra nitorem craſſitiem habet. ſic oculi quorundam ſerpertum noctu ſcintillant, & carbunculus gemma in tenebris lucet, quia cuncta hæc ſolidiſſima ſed perſpicua ſunt. contrarium accidit, ſi perſpicuus hic humor tenuis fuerit, ſintq; eum continentes membranæ poroſitatibus peruiæ. nam tunc non immanet lucis fulgor, debilemq; ſubinde viſionem reddit, niſi ſpecillis dilabentem fulgorem detinentibus obuiam eamus. hæc enim eſt cauſa, cur aliquibus à ſomno experrectis obiecta in tenebris viſibilia occurrant, quia ſomni nempe tempore perſpicuus oculorum humor craſſitiem nactus luminis detinet fulgorem tenebris obuolutum: ſed hæc obiter, ad propoſitum.

21 Quod autem ſuapte vi cerebrum ſuas perficiat coctiones, præter quam quod id partibus ſingulis cordis interueniente virtute commune eſt; peculiariter tamen iſtud in cerebro fieri ſuadent vberes fluxiones, quæ vt cumulatim defluunt, dum viget in cerebro crudor; ſic deſiſtunt coctione in ipſo cerebro facta. quumq; id recrementoſo, crudoque humori cerebri vi contingat, id promptius benigno accidat ſucco conſentaneum eſt, qui vaporis ſub forma aſſumptus facilem coctionem recipit, & in partis ſe transformat ſubſtantiam. pituitoſq; namq; tenueſque ſunt capitis partes intimæ, & quæ deforis ſunt, pituitæ effigiem & temperiem longè à cęteris ſemotam repræheſentant. hinc eſt, quod iucundis vaporibus aliquandiù nutriri datum, dum quod exhalat in cerebro ſuſceptum vtilem ſuccum gignit, qui & cerebri partes recreat, & in ſubditum cor per vaſa quid promptiſſimè demandat. Sic fit, vt in grauiſſimis morbis concidat facies, pereantq; ſenſus, licet caput læſionem vllam perſentiat, quoniam totum, quod alimentoſum eſt, in ſubſidium cordis ſingula membra immittunt: alibili proinde partes reliquæ ſucco deſtitutæ concidunt, ac ſe deprimunt.

22 Sanguis ergo è iocinore eductus quia ponderoſus, totus in infernis partes

nis partes procumberet, ni à natura valiculis eſſet prouiſum curſum remorantibus, per quas ſenſim diſtillat, vt per illam moram caloris à coniugatis arterijs emantis opus recipiat. quod autem cruoris ad ſuperas tendit, effertur tractione, quam facit cordis motus ſanguinem eleuans, perinde ac faciunt ſyphones. quocirca ſi per iugulares venas in cerebrum cruor ſe transferret, neceſſarium vtiq; eſſet, vt vel nullæ valuulæ curſum remorarent; vel aditum ſanguini aſcendenti præberent. (ſic enim factum vt in trunco cauæ aſcendenti nullæ ſint valuulæ) hic autem fieri nequit aſcenſus, tum quia tractio vlla à cerebro fit naturaliter ſe habente: tum quia valuulæ obſtant. non igitur caput per venas ab inferis alimentoſum ſuccum recipit, ſed potius hunc verſus cor ad exigentiam emandat, innaturaliterq; ſe habens multas facit depluitiones non ſine membrorum excipientium incommodo. hæc de cerebro, nunc cordis ſpeculemur munia.

23 Cor non voluntatis arbitrio, ſed ipſa cogente natura nunquam ab aſſiduis interquieſcit motionibus ad vitalitatis nempe auræ perennitatem. nam vitales ſpiritus ea aſſidua motione longè lateq; ducuntur ad ea munia præſtanda, quæ inſtinctu, & voluntate fiunt. vna quippe & eadem anima diuerſas inſtrumentorum variegantia operationes obiens vnum ductorem habet ſpiritum, qui & inſtinctu corpus regit, & voluntatis nutu diuerſa promit opera. quumq; à corde exeant hi ſpiritus cunctarum tribuentes incoamentum motionum; conſentaneum idcirco, vt in ipſo corde vitalis reſideat facultas, quæ temonis inſtar nauigium ducit, facitq; vt cor in ſui conſtructione muſculum repræheſentet firmiſſima vilorum contextione donatum, vt hanc aſſiduam, & irrequietam ſubſtineat motionem. Aſt quia muſculorum opus præcipuum ipſa eſt contractio, qua membra voluntatis nutu ducuntur: omnis autem contractio fit verſus eam partem, qua muſculus validius ſe adiungit: miraq; obſeruatione conſtat, quod muſculi fermè omnes membra verſus cor trahunt: partium namq; ſuperarum muſculi trahunt deorſum; inferarum vero ſurſum; erit propterea cordis actio præcipua ea, qua à cuſpide in baſim ſe contrahit: altera dum à baſi decidit in cuſpidem, erit potius quies, quam vera actio. hoc enim ipſum & reliquis accidit muſculis, vt dum contractionis opus inter quieſcit, vna cum interquieſcente muſculo membrum decidat. motionis autem quæ fit in corde cauſa ſpirituoſi ſanguinis eſt impulſio, cui ex neceſſitate famulatur ſuſceptio, ac dum per ſuam contractionem cor impellit, arteriæ ſpirituoſo ſanguine diſtentæ pulſant; eſtq; motus vnus cordis, & arteriarum. nam dum ad baſim ſe contrahit, eius dilatata latera pectus feriunt, ſinus arctantur, & arteriæ pulſant;

contrario

contrario tamen euentu. quippe cor quia pulſat, depletur: arteriæ vero quia replentur pulſant; idq; naturæ exigit ordo. nam reijci in ſuis receptaculis ſpirituoſus debuerat ſanguis: hoc autem fieri conſentaneum, dum cor validiorem nixum facit, qui quidem maior eſt, dum ſe contrahit, quam dum decidit; ergo ipſo contracto corde vaſa replentur: contrahitur vero dum verſus baſim corrugatur; ergo anguſtiores tunc redditi ſinus contentum in arterias reponunt. mirum autem eſt naturæ artificium: quippe vas magnum à dextero ſinu in pulmones ſanguinem deferens arterioſum fabrefecit, ne ſe diſcindat. è contra vas in ſiniſtrum cauum humorem è pulmonibus deferens, venoſum eſt, quia nil à corde ſumit, ideoq; nec pulſat, quemadmodum facit arterioſa vena. in quem autem vſum cor ſanguinem ſumat, dignum eſt inquiſitione.

24 Nutritionis opus quiete, aut ſaltem exili motione locali perficitur. ſic enim alibilis ſuccus eam mutationem ſubit, qua aptus fit, vt in partis ſubſtantiam degeneret. ergo quia ſanguis in cordis ſinubus contentus in inquieto motu eſt, nutrimentum cordi vllo pacto præbere poteſt. hinc à trunco cauæ coronaria fuit educta vena, qua cordis corpus totum tegitur, vt ſanguis ab aſſidua ebulitione ſepoſitus nutritionis opus integrè adimpleat. quia ergo ſinus non faciunt ad cordis nutritionem, ideo ſuſceptum cruorem totum in tutellam omnium membrorum emittunt cordis impulſione. facultas namq; princeps ſpiritus miniſtratores habet, qui per arterias in minimas etiam particulas delati vitalem calorem impertiunt, membraq; omnia ad ſua obeunda munia diſponunt, & impellunt. hinc eſt, quod per vniuerſum corpus diſperſæ viſuntur arteriæ, ac ex earum peculiari quadam interceptione membra aliqua vitæ operibus deſtituuntur. Quod enim fieri obſtructis neruis Galeno placuit, nos arterijs interceptis vnà cum Hipp. tribuimus, quia nerui non aliter ad motionem conducunt, quam faciant vincientes funes. his enim tanquam inſtrumentis vſa motrix facultas ſeſe à corde per arterias in vniuerſum corpus diffundens totam corporis machinam eleuat, deprimit, varièq; circumducit, vt ſunt ad motionem membra diſpoſita. trahunt ergo nerui, qui muſculi à ſpiritibus in actionem impelluntur, ex quorum ſpirituum per arterias meanticum interceptione motus perit, imminuitur, ſeu deprauatur vllo abſq; dolore, vt in Apoplexia, paraplegia, Epilepſia, alijſue ſimilibus affectionibus contingit. quoties autem motus doloroſè affligitur, tunc aut muſculi corpus totum, aut nerui reſiccatione ſeu humiditate nimia diſtenti labem recipiunt; violenter ſubinde ſuam verſus originem ducti cruciatum adferunt. Sic ergo à corde emanantes ſpiritus vitę, miniſteria adimplent, ad quorum generationem, diffuſionemq; cor perpetuò

petuò attendit, quia ſi tantillum horum interquieſceret defluxum animal periret. dignum ergo inquiſitione, quænam effetrix ſit ſpirituum cauſa, & quanam hi ratione formentur.

25 Effetrix ſpirituum cauſa cordis eſt facultas ei à parentum ſeminibus impertita, dum formatrix vis præcipuam in illud viſcus ſedem ſtabiliuit, vt per irrequietam agitationem optimum in ſe trahat ſuccum, & eum in ſpiritus efformet. non enim cor monetur, quia ſanguine ſe repleat; ſed repletur, quia mouetur à facultate ipſi à natura indita, quæ ſuam vim ſpirituoſo quoque ſanguini impertit, vt illud ipſum motionis opus arterijs etiam commune ſit. materialis autem ſpirituum cauſa puriſſimus eſt cruor, qui tenuior ac calidior redditus per impulſionem arterias diſtendit. Sumit autem cor cruorem hunc in dextero ſinu à caua vena, quo quidem cruore ei quoq; adnata auricula tumet: aſt ſanguis is aſſumptus non protinus ſpirituoſam induit naturam, ſed maiori elaboratione indigus à dextero ſinu in ſiniſtrum tranſponitur, vt deinceps per aortam in vniuerſum corpus ſe ſe diffundat.

26 Cęterum quinam ſint illi ductus, per quos à dextero in ſiniſtrum ſinum venit ſanguis; controuertitur adhuc. Alijs namq; viſum, vt per parietem interſecantem ſinus cęcis ductibus peruium tramet. Alijs vt à liene cor arteriarum ope ſanguinem hunc recipiat. Alij canalem quendam excogitarunt è caua prope coronoriam in arteriam venoſam ductum. Alijs demum placuit, vt à dextero ſinu per venam arterioſam ſanguis è caua ſuſceptus in pulmones ſe transferat, & exin per venoſam arteriam demum in ſiniſtrum ſinum deſcendat, vt nempe per hanc circumlationem pulſificam vim aſſumat, quam poſtmodum arterijs omnibus ab aorta diſtributis impertit. quod poſtremum aſſertum ſumimus vt veriſſimum, quia compertiſſimus eſt ille iter, nec à naturali cordis conſtructione aborret. quippe in dextero ſinu ſuſcepta, & per arterioſam venam pulmonibus impertita ſanguinis copia maior vtiq; eſt, quam pulmones exigant in nutritionem: amplum enim eſt vas aſſiduè diſtentum, & ipſa pulmonum ſubſtantia rara, aſſiduiſq; citata motionibus paucum ſubinde nutrimenti indiga, iſtud à ſanguine recipit contento in exiguis venulis, quum, vt iam dictum, ipſa nutritio non motu ſed quiete perficitur. quicquid ergo exuberat ſanguinis oportet, vt aliò ſe diſtribuat. obſeruatione autem conſtat quod exiguæ venoſæ arteriæ propagines anaſtomaſim faciunt cum propaginibus ductis per pulmonum corpora è vena arterioſa; ſuntq; ramuſcula illa venoſæ arteriæ tenuiſſimo cruore repleta, quem vas illud à corde ſumere nequit, quia valuulæ propè cor exiſtentes ſanguinis è ſiniſtro ſinu in illud vas tranſitum impediunt. ergo

non

non niſi per illas anaſtomaſes arteria venoſa cruorem recipit à vena arterioſa; perinde ac faciunt in iocinoris viſcere cauæ, & portæ radices, & in liene ſpleneticus truncus cum arterijs. facit autem hoc natura neceſſitate impulſa, vt vno nempe eodemque opere & pulmones nutriat, & ſanguini ſpirituoſam donet naturam, dum ei puriſſimum aerem adiungit. quum igitur circunducatur ſic per pulmones cordis cruor, accidit vt vitalitati obſit quam maxime pulmonum vitioſitas, quod ab Hipp. ſub obſcuris verbis proditum, dum 1. de Diet. tradidit, quod ſicut ſe habent pulmones tardior ſeu promptior fit cordis circuitus, & exin eius munia tardius ſeu promptius ſe exerunt; monuitq; vt ſtolidi, & inſenſati curentur pulmonum reſiccatione. Sic eſt, vt mens à peripneumonia per quam facilè turbetur non itidem à pleuritide ſolitariè ſumpta: quamquam enim ſuccingens membrana parum ſit à corde abiuncta, quia tamen non per ea, vt per pulmones tranſeunt cordis vaſa, ideo à peripneumonia mens turbatur, turbatioque hæc pleuriticis ſuperaccedens, pleuritidis in peripneumonicam tranſitum demonſtrat, vt proditum ab Hipp. 2. de morbis.

27 Vt autem firmius hic conſtabilitus ſit tranſitus, cordis machinamenta, dum fętus adhuc in materno ſinu eſt; oculis perluſtremus. res autem ita ſe habet. quatuor cordis vaſa in adultis diſſeparata in fętu hoc ordine ſe adiungunt. vena caua cum ſiniſtri ventriculi venoſa arteria, & vena arterioſa dextri ventriculi cum aorta ſe componunt. priuſquam enim caua dextero ſe inſinuet ventriculo ſtatim ac coronarium ſurculum protulit, tam arctè venoſæ arteriæ ſe adaptat, vt vnum fermè appareat vas. in ea autem coniunctione ouale reperitur foramen ſatis amplum, cui aſſidet membrana tenuis dura pellucida, & foramine maior, quæ aditum ſanguini à caua in venoſam arteriam ſeſe effundenti præbet, regreſſui autem in cauam obſtat. iſtud foramen in adultis coaleſcit, in ſiccis corporibus ocyus, tardius in humidioribus. Altera vnio venæ arterioſæ cum aorta fit per canalem conſpicuæ longitudinis, qui ab arterioſa vena, vbi in duos ramos hinc inde pulmones petentes finditur, obliquè ſe transfert in eam aortę regionem vbi neruus ſiniſter ſexti paris circumuoluitur, & recurrentem conſtituit. canalis hic nullis interceptus eſt valuulis, ſed obliquè procedit, & in adultis tempore tabeſcit, & reſiccatur prorſus. munus certè aliquod naturæ hoc machinamentum adimplet. conſtat autem, quod in fętu pulmones humiditatum copia tumeſcentes interquieſcunt, ſeu exiliter ſe expandunt, quocirca tam promptus eſſe nequit tranſitus ſanguinis per exiguos vaſculorum ramulos pulmonum corpora pererrantium. fętus inſuper quia puriſſimo è materno ſinu ſuſcepto ſan-

guine nutritur cordi exiguam motionem præbet. quippe ſanguis à viuifico calore fotus vndiq; ſe diffundit: neceſſitate autem coacta natura è caua per inſignem illam anaſtomaſim in arterioſam venam nonnihil ſanguinis immittit, vt hic mox in ſinu leuo ſuſceptus ſpirituoſam induat conſiſtentiam ſe deinceps in vniuerſum corpus per aortam diffuſurus. at quia is copia exundare debuit: (inde enim fętus coaleſcere, nutriri, & incrementum capi debuerat) hanc autem vbertatem nequeat ſiniſter ſuppeditare ventriculus, canalis ille ſupplet, per quem ſanguis à caua in ſiniſtro ſinu, mox per arterioſam venam pulmonibus impertitus cumulatim in aortam ſe inſinuat, amboq; ſinus in vnius operis machinamentum conſpirant. quippe ſanguis ſuſceptus è materno vtero ſpirituoſus ac tenuiſſimus illis non eſt circumlationibus indigus, quibus ſubiacet, dum ex impuris aſſumitur cibarijs. & hæc eſt illa neceſſitas, qua natura coacta illas vaſorum fabrefecit adiunctiones, & non quam ſomniarunt alij exiſtimantes totum illud opus in ſubſidium pulmonum tendere, cùm rationabilius ſit compenſari ſic deficiens ordo, quem defectum præbent tum pulmonum grauitas, tum motus cordis imbecillitas.

28 Sic ergo de tranſitu ſanguinis à dextero in ſiniſtrum ſinum aliorum corruunt opinata. abſonum namque vt per ductus quos illi inſepti denſa & compacta carne fingent, hunc ſanguinis fieri tranſitum. quippe exigua eſſet ſanguinis pertranſeuntis copia non par gignendis ſpiritibus. præterea quum nulla in illis cęcis ductibus interueniant obſtacula, non minus à dextero in ſiniſtrum, quàm à ſiniſtro in dexterum ſanguis mearet, quam autem viam excogitauit Botalus, non in omnibus peræquè occurrit. à Liene verò arteriæ aquoſum, acidumque ſuccum recipiunt, & per improſperam valetudinem prauum quid etiam iſthinc cordi obuiat, quod & ſpiritus conculcat, & cor ipſum opprimens periculoſas paſſiones edit. obſeruatum quippe Epilepticum quemdam priuſquam in morbum rueret rugitum in ſiniſtro præcordio, & palpitationem exhibuiſſe: mox in riſum, inconſuetamq; hillaritatem ductum, deinceps calamitosè decidebat. acidum enim à liene ſpiritibus obuians, dum cor expandit, iucunditatem creat: at ſi prauum quid deferat, deinceps bellum indicit, & internectionem molitur, vt in prauitatem ſe habuerit.

29 Sed cur ſanguis tum venarum tum arteriarum rubet, cum ex albo cremore aſſumptus ſit? id enim vlteriori fieri coctione non eſt conſentaneum. coctus enim quilibet humor, & attenuatus candidius nitet, & membra ſingula detracto ſanguine albida ſunt. Dicamus nos colorari corpus omne ammixtione, ſubtractione, aut propriæ ſubſtantiæ immutatione. humanum etenim corpus flaueſcit ammixtione flauæ bilis ſe

per

per corporis ambitum diffundentis. pallorem ſeu liuorem contrahit, dum ſpiritus ad interna recurrunt. nigreſcit demum pars aliqua ſi in fœtorem tendat. Similiter ergo ſanguis iſtis rubet de cauſis: aſt non retractione coloris, quoniam rubor medius eſt color ad nigredinem tendens, quem candor nequit ſic obruere, vt poſtmodum per huius abſcentiam in aperto prodeat. altero igitur duorum modorum ſuccus alibilis colorem accipit, ammixtione nempe purpurei coloris, ſeu propriæ ſubſtantiæ immutatione. Cœterum ſi rem altius ſumamus, quum ex alba ſeminis corpulentia animantium corpora formentur, & hæc ipſa priuſquam è materno vtero ſanguinem ſugant, ſic delineantur, vt cordis viſcus rubore ſuffuſum exhibeant; profectò colorem illum proferunt hæc ſemina non ammixtione materni ſanguinis, ſed ob alterationem eorundem ſeminum, quæ nulla ex ſpeciebus coctionis fit. nam per vlteriorem coctionem ſanguis in albam partium ſubſtantiam fertur: ſanies transformantur in pus: lac, & albidum ſemen donant rubicundi latices; idcirco, quæ tunc ſemini interuenit ad ruborem mutatio non perficitur coctione, quia hac nitidius albeſcit. quæ nam igitur mutatio eſt, quæ ſemini talem colorem tribuit? certè vligo eſt, qua humor omnis rubeſcit, potiſſimum ſi antea candore nitebat. id compertum in ipſo ſemine, qui ſi diutius ſuis ſtagnauerit in vaſis vligine quadantenus rubet, perinde ac faciunt reliqui ſtagnantes liquores. hanc autem vliginem in materno quoq; vtero contrahere debet ſemen, quoniam ad cuius gignitionem perpetuò anteuenit corruptio, per quam ſemen prolificam ſuam vim exerit. Sed quia corpus eſt diuerſarum partium, non totum in ſimul putreſcit, ſed eius tenuior, calidiorq; pars labem hanc prius promit, à qua cor viſcus nobiliſſimum, animorumq; receptaculum conſtituitur. quippe eſt hæc prima delineata particula, quæ ruborem exhibet ſuſceptum ab ea ſeminis vligine, quæ prius in tenuiſſima per ſe exhibuit ſubſtantia. & hoc naturæ exigebat ordo, vt quemadmodum ab vno fonte in animantibus iam perfectis vitalis facultas ſanguineis deferentibus ſpiritibus emanat; in corporum quoq; ex ſeminibus conſtructione formatrix facultas debuit ſe à corde proferre, & vitalium ſpirituum penicillo partes delineare quocirca prius à ſemine vitales promanant ſpiritus vligine aſſumpti, qui membra in ſemine latitantia proferunt, eaq; animi virtute diſtinguunt. rubent ergo formatores ſpiritus iſti ſuapte natura, quia à tenuiſſima ſunt ſuccorum vligine aſſumpti, quæ & ipſa calorem exhibet, vt faciunt reliqua, quæ in fœtorem abeunt. iſtis deinceps ſpiritibus vniuerſum corpus rubet, ſi promptè à corde hi emandentur in membra: vt è contra linet, palletq; ſi ſpiritus defecerint paupertate ſeu retractione. ac quod carnoſis parti-

bus; promptius alimentoſis contingit humoribus, qui purpureum colorem contrahunt ammixtione horum ſpirituum. ſimulatque enim albidus alimentorum cremor venit in meſeraicas venas promptę ſunt arterię, quæ ſpirituoſum ſanguinem in venas transfundunt, vt caloris ope venæ ipſæ per exilia oſcula craſſum, frigidumque alioquin ſuccum alliciant, & ſugant, rubeſcentemque colorem, & fluxibilitatem ſuccus ipſe recipiet. Experientia namque compertum, quod tubuli calore foſi humorem ſublimius ducunt, quem demittunt deficiente fotu. quod ipſum meſeraicarum ſuctioni contingit, pereunte ſi pereat arteriarum calor, & inde hepaticus oboritur fluor, ſi nimirum venæ cremorem ſugant, ſed ob caloris imbecillitatem eum ad cauam vſque ducere nequeant. decidit namque humor diluta rubedine imbutus, quia exiguum quid ſpirituum ab imbecillis arterijs tunc aſſumpſerat; ſpirituoſus etenim ſanguis eſt, qui tanquam præcipuum, & adæquatum animæ inſtrumentum vitæ munia adimplet, & cunctarum operationum author, ſeu executor eſt. Vt ergo ab iſtis ſpiritibus in meſeraicas venas ſuſceptis quadantenus rubet cremor, ſic & in alijs venis à caua ductis intenſius rubet, tum quia lien aquoſum iam ſe poſuit: tum quia cumulatior ab arterijs in cauam eſt ſpirituoſi ſanguinis tranſitus: idq; ex artificioſa naturæ machinatione palam dignoſcitur: iungitur enim vbiq; amicabili nexu venis arteria, & in illis venis, quæ à caua prodeunt, valuulę ſe offerunt, quæ obſtant ne ſanguis ſuopte pondere ſubſideat. ſic enim per eam moram venarum ſuccus calorem ab arterijs recipit, cuius ope is ad deſtinatas partes deinceps ſe diffundit. quippe ſanguis ſuapte natura, vt proditum ab Hipp. lib. de cord. alget, calorem, & fluxibilitatem enim m recipit à ſpiritibus. quod autem à dicta vligine calorem ſanguis recipiat ſub obſcuris verbis proditum ab Hippoc. lib. de Aliment. dum ſaniem eſſe voluit venarum alimentum, ac ſi cruor ſaniei naturam habeat, quia nempe à ſeminis vligine ſuam conſiſtentiam ſumpſerat, & in hanc ſubinde etiam in venis degenerat, ſi ſtagnet.

30 Sed altera non minus nobilis in hoc cordis munere ſe offert ſpeculatio. quantum nempe ſanguinis qualibet pulſatione cor in ſinubus recipiat, & è ſinubus emittat: controuertitur enim, & extat nochiſſimi Herueij ingenioſum excogitatum, quo aſtruere nititur aſſiduam ſanguinis circumlationem ab arterijs in venas adeſſe, & ab iſtis denuo per pulmones in cordis vaſa, vt hac aſſidua motione ſanguis totus per cordis ſinus non bis, terue, ſed centies & amplius in diem duci putauerit, ad quam adſtruendam poſitionem ipſe Herueius ductus eſt propter inſignem eam ſanguinis quantitatem, quam ſingula pulſatione cor emitti imaginatus eſt. Cęterum quoniam excogitatum hoc totam noſtram de Cali-

bus

bus machinam funditus euertit, hæc pauca in Eximium Virum pro veritatis indagine liceat nobis proferre non iniucunda fortaſſis, nec inutilia.

31 Eſt autem primum Herueij aſſertum. continuè ac continenter ſanguinem è caua in arterias tanta copia pulſu cordis imitti, vt cibaria aſſumpta eam ſuppeditare nequeant. ad quam poſitionem adſtruendam duo aſſumit. vnum eſt, quod ſinus ſiniſter expanſus, ac repletus eam ſanguinis quantitatem continet, quæ in hominum cadaueribus duas, aut tres vncias non excedit. Alterum: contractione cordis ex contento in ſinubus ſanguine in arterias imitti quartam, quintam, ſextam, vel ad minimum octauam vnciæ partem, quæ ſingula pulſatione in aortam eiecta non amplius valuulis obſtantibus in ſinu redit. & quoniam ſemi horæ ſpacio cor plus quam millies pulſat, conſequens eſt, quod ſpacio ſemi horæ vltra decem libras ſanguinis ſiniſter ventriculus euomat in aortam, quam vbertatem cruoris nec cor, nec aſſumpta alimenta ſuppeditare queunt. oportet ergo dari circuitum, quo ſanguis ab arterijs per venas in cor remeet.

32 Quam firmæ autem ſint iſtæ aſſertiones, quæ nunc in examen ponuntur fortaſſis oſtendent. & in primis recolligendum, quod tranſitus ſanguinis à dextero in leuum ſinum fit non per adapertum tubulum, ſed per inconſpicuas anaſtomaſes occurrentes inter exiguos ramulos vaſorum ſeſe in pulmonum corpora obuiantium quocirca ſenſim, ac leni quodam ſuctu tranat liquor craſſitiem aliqualem præſeferens. nam ſanguis in trunco venoſæ arteriæ repertus omni fermè ichore deſtitutus apparet, vt apertè inde deſumas exiguam eam eſſe ſanguinis quantitatem, quam ſiniſter ſinus à dextero recipit, nec fieri tranſitum niſi per longam moram, dum cor ſuum munus naturaliter adimplet. arctior idcirco deferens in ſiniſtrum ſinum canalis eſt, quemadmodum tum auricula, tum ſinus ipſe, vt nimirum inſtrumenta hæc ad exiguam ſuſcepti ſanguinis quantitatem ſe adaptant.

33 Perpendamus mox ſanguinis ab hoc ventriculo emanātis exitum, qui fit cor de contracto, & luce clarius apparebit, eam quantitatem vix perceptibilem eſſe, quam ſingula pulſatione cor in aortam imittit. nam ſi multum cruoris impellerent, arteriæ multitudine hac diſtentæ abſciſſioni eſſent obnoxiæ, vimq; pulſificam ammitterent. quam enim vbertatem, vt voluit Herueius, per amplum canalem arteriæ ſumunt, deponere tam promptè in venas nequeunt. quoniam in exiguis arteriarum ramulis contentus ſanguis, vt potè à caloris fonte ſemotus; craſſitiem aliqualem & ponderoſitatem habet, (hinc ramuſcula arteriarum ſunt ſimplici tunica tecta) ac in iſtis exiguis ramulis anaſtomaſes ſunt, per quas

naſcitur venarum, & arteriarum conſortium. data ergo temporis proportione maior eſſet ſanguinis arterias ingredientis copia, quàm ſe hinc in venas tranſponentis. nec eſt, vt ad innatam recurras venarum ſuctionem, quoniam vt aliàs dictum, ſuctio fit caloris ope: is autem calor plus in arterijs quàm in venis viget; maiorem ſubinde arteriæ quàm venæ ſuctionem facerent. Sed hoc non contingit, quia ſola impulſione ab vno in aliud vas ſanguis truditur: hæc autem impulſio arterijs propria eſt, eo quo poſſunt modo: non poſſunt autem exiguæ arteriæ impellere niſi ſenſim tum ſui virtute, tum ſpirituoſi ſanguinis conditione; ergo arteriæ vbertate aſſumpta, & non depoſita diſtentæ ruptioni eſſent obnoxiæ. ſed & ad motum pulſatilem edendum eſſent ob hanc vberem ſanguinis ſumptionem ineptæ. nam ſpiritus, dum fluctuant, corpus arteriarum mouent. non fluctuarent autem hi, ſi vas totum ſanguine eſſet diſtentum: propterea ſagax natura parum cruoris in arterias immiſit, vt exercere ſuum hoc munus poſſint.

34 Obſeruandum præterea, quod arterioſus ſanguis ſua diſtendit vaſa vi quadam impulſus, qua ceſſante impulſione ſubſidet ſanguis pauſantq; arteriæ. hinc eſt, quod aorta prope cor in cadaueribus ſanguine diſtenta viſitur, quia ſanguis aliunde ſe diſtributurus impulſione deſtitutus procumbit ad valuulas vſq; impellitur autem motu ſpirituum ſe ſe à ſiniſtro ſinu in aortam inſinuantium, quod accidit, dum contracto corde ſinus arctantur. ergo quotieſcunq; decidit à contractione cor, vt ſe repleat; tunc etiam quicquid prope cor in aorta eſt ſanguinis procumbit ad valuulas vſque, vt denuò per nouam ſpirituoſi ſanguinis ſuſceptionem altius ſe in arterias inſinuet, perinde ac ſi protruderetur à folle. inde eſt, quod quum admodum celeris ſit, quam ſiniſter ſinus facit, expreſſio; expreſſuſq; humor in canalem ſe inſinuet per anguſtias valuularum detinentium quod ex cordis decidentia procubuerat; neceſſe inquam eſt, vt vix perceptibilis ſit ea ſanguinis quantitas, quæ ſe in aortam ſingula pulſatione inſinuat, quum obſtet ingredienti, quod iam ſuſceptum fuerat. hac propterea de cauſa cenſendum fabricatas fuiſſe auriculas, vt nimirum egredientem ac ingredientem ſanguinem contineant (palpitant ſubinde) ſenſim mox ſe diſtributurum in anguſtias vaſorum. idem eſto de dextero ſinu iudicium, niſi quod maior eſt à dextero emiſſi ſanguinis quantitas, vt nempe & pulmonum nutricatui inſeruiat, & ſiniſtro ſinu ſuccum ſuppeditet. inde factum, vt auricula, & ſinus ampliores ſint, ampliſſimus quoq; venæ arterioſæ truncus ijſdem de cauſis. opus autem cordis exigebat, vt in ſiniſtro ventriculo ſenſim ſtillaret ſanguis, ne ſeu protinus eiectus mutationem opportunam haud ſubiret, ſeu moram trahens copia & craſſitiæ motui cordis obſtaret.

35 Veri-

35 Veritatem autem hanc de quantitate ſanguinis ſe in aortam inſinuantis nobile experimentum confirmat. Sit arcto vinculo ligata arteria aorta parum ſupra cor: deinde intra ligaturam & valuulas vulnus ſit inflictum; ſanguis è vulnere effluens prima & altera pulſatione erit in ea quantitate, quæ conuenit capacitati arteriæ: ſed vlterius pulſare pergens, non niſi poſt tres aut quatuor pulſationes exiguum quid vulnus cruoris effundet, idque in cane non ſemel viſum. cur ergo nō totus venoſus, & arterioſus ſanguis è vulnere exit, ſi verum eſt, quod tam præcipiti motu fertur in cor? ratio profectò alia eſſe nequit, niſi quia ſingula pulſatione protruſi ſanguinis in aortam quantitas exigua eſt, primiſque pulſationibus exit, quicquid contentum intra ligatura, & valuulas erat, mox non ſe exerit niſi poſt multas pulſationes ſanguis, quia eius copia aortam ingrediens tam exilis eſt, vt priuſquam vacuum repleat, temporis multum interueniat: potiſſimum ſi vulnus aliquantulum diſtet à valuulis, ac licet cor vulnere anguſtiatus crebrius pulſet, eiecti tamen ſanguinis tam pauca eſt quantitas, vt vix aortam exterius diluat. & hoc experimentum vt veriſſimum Herueij excogitatum funditus euertit.

36 Quæ autem ab ipſo fuere experimenta adducta, videant quid ad rem faciant. nam quod è iugularibus arterijs adapertis totus effluat ſanguis, non conſonat. eſto enim, quod ſuperſit vita vſque ad arterioſi ſanguinis eiectionem totam; venoſus tamen, licet preſtò ſit in ſubſidium cordis, (ideo valuulæ ſanguinis curſum cor verſus non impediunt) nihilo minus iam dicta interueniunt obſtacula, quæ faciunt, vt decedat animal ſpiritibus deſtitutum, priuſquam venæ ſe depleant. dum enim ad interitum properat animal, cor & arteriæ minus ſe expandunt, minor proinde tunc interuenit ſanguinis è caua attractio. Notabilis inſuper eſt in iugulatis euentus: ſi enim vnà cum iugularibus arterijs venæ quoque ſubtus valuulas hiſcant, tunc totus & arterioſus & venoſus exit ſanguis, quia nempe per venas à partibus ſingulis in auxilium cordis ſanguis recurrit, quia valuulæ non impediunt: ſin autem iugulares venæ ſupra valuulas ſint adapertæ cōcidunt ſolùm exinaniti cerebri ſinus, quia valuulæ aſcenſum impediunt. at ſi vnà etiam arteriæ vulnere ſint adapertæ, occumbit animal, ſed non tam ocyus, idque quotidiano conſtat experimento, licet Galeno placuerit, quòd ex minima diſecta arteria ſemihoræ ſpacio totus ſe depleat ſanguis: in mactatis namque animantibus conſtat, quod ſi iugulares ſolæ arteriæ fuerint adapertæ, turgeſcunt adhuc ſanguine repletæ venæ, rubentque carnes recta deſtitutæ ablutione. hinc factum, quod ſuillam carnem albam cupientibus mactationem ineunt per vulnus in cor inflictum, quia tunc & arterioſus & venoſus ſanguis totus ſe colligit in cauum thoracis, quia

is vndique in auxilium cordis recurrit dato tam patenti aditu.

37 Quod autem Vvaleius adducit, an veritatem habeat perpendamus. ait ipſe, quod menſuram ſanguinis è vulnere, in aortam inflicto prope cor qualibet pulſatione exeuntis excedit pondus vnius ſeu duarum dragmarum. ſed videat eximius vir, quod ſanguis ab hoc emanans vulnere non à ſolo profluit corde, ſed & ab arterijs omnibus in ſubſidium cordis emandantibus, copioſè proinde ſe effundit: non ſic autem ſi refluxio cohibita ſit ligatura: tunc enim facto iam dicto experimento conſtabit, quod quantitas ſanguinis ſingula pulſatione aortam ingredientis infra grani pondus manet. vnde facta computatione inueniemus è corde in arterias imitti qualibet die duas circiter libras ſanguinis. parem veritatem continet, quod ipſe Vvaleius adducit, quod ex abſciſso cordis mucrone cumulatim profluit ſanguis. nam profluit, qui nedum in ſinubus ſed in auriculis iacet, idque promptè dato aditu, quia obſtacula non occurrunt, quæ in vaſis ſunt, præſertim quia deſter ventriculus ſumit à caua, & vbertim ſumit, ſi eius motus tractionis non interquieſcat. inde quoque eſt, quod valuulæ fluctuanti quodam motu pulſant, dum è ſinubus & vaſis ſanguinem recipiunt tempore mox ſuis diſtributurus ductibus.

38 Reliqua Heruei dicta ſic & ipſa concidunt. nam cur multum in venis parum in arterijs maneat cruoris, iam adducta eſt ratio. arteriæ enim ſenſim recipiunt à corde: venæ vbertim tument ſucco è cibario aſſumpto. nec dicendum emori cor, dum arteriæ depletæ totum ſanguinem in venas euomuerint, cùm par eademque ſit ratio, vt deſinat cor ſanguinem trahere, & arteriæ in cauam transfundere. ſiquidem dum attractrix cordis vis emoritur, deficit quoque impellens arteriarum, ideoque ſi antea ſanguine erant diſtentæ, in cadaueribus tales quoque ſe exhiberent: potiſſimum quum natura ſui prouida prius deſinat aliò impellere, quod proficit, quam trahere quod ei conduciturum eſt. ſubſtentari autem ſpirituoſo ſanguine vita conſtat. ergo veroſimilius eſſet, vt arteriæ magis quàm venæ in demortuis corporibus ſint repletæ. contrarium autem eſt, quia nempe arteriæ ſuapte natura parum quid ſanguinis continent.

39 Ceterum vehementius arteriæ pulſantes ocyus per hæmorrhagiam cruorem totum exhauriunt, quia tunc feruore æſtuant, impetuosè ſubinde arterioſus ſanguis prorumpit, ſed effluit arterioſus ſolùm, vt ſuperius oſtenſum. ſedantur autem largæ effluxiones ſanguinis leipothimię acceſſu, quoniam ſpiritibus deſtitutus ſanguis concreſcit, nec motum vllum edit, niſi denuò ſpirituum acceſſu recaleſcat. & quoniam in iſtis ſimilibuſue paſſionibus recurrunt adinteriia ſpiritus, partes extimæ frigeſcunt, & ſanguis ipſe concreſcit. & hæc eſt cauſa, cur ſi motus cordis ceſſauerit, nequeunt

queunt

queunt ex aperto iugulo mactata animalia cruorem proferre, quia nempe concreſcit ſanguis ſpiritibus deſtitutus.

40 Nihil etiam ad rem facit, quod eſt in ſerpentibus obſeruatum inſectilia enim fermè ſanguine deſtituta apertam non exhibent venarum & arteriarum deductionem. Accedit, quod violentum cordi obuians eum in innaturalem motum impellit, idcirco dum nimium ſe in longitudinem explicat, copioſiorem in dextero ſinu dexteraque auricula ſanguinis quãtitatem recipit, inde pondere oppreſſus difficilius ſe contrahit, albidior ſubinde apparet, perinde ac in meticuloſis: degrauatus enim emoritur, quare palleſcit. viuidum autem colorem recipit, ſi vena ſoluta liberè ſe expandat. nam quod in folle idipſum accidit in corde: aere enim ille repletus ac diſtentus cõpreſſione difficulter ſe coarctat, ſi foramen per quod reſpirat concluſum penitus maneat, quod ipſum in expanſione contingit. certum autem eſt cor à caua ſanguinem ſumere: ergo ſi vnum hoc munus interquieſcat, neceſſe eſt impediri quoque & alterum, quod emiſionem facit. Sic eſt, vt compreſſa digito ſeu vinculo arteria prope cor diſtenta appareat, & in ſui dilatatione cor liuidum colorem recipit, quoniam tunc interquieſcit prompta ſpirituoſi ſanguinis diffuſio, & quamuis exiguum ſit, quod eggreditur, ſpiritibus attamen tumet, quibus compreſſa arteria diſtenditur, & cor rubet. hæc de prima Heruei poſitione.

41 Eſt ſecundum eiuſdem aſſertum, continuè, æqualiter, & continenter ſanguinem in quodcumque membrorum pulſa arteriarum impelli, & ingredi maiori copia multo, quam nutritioni ſufficiens ſit, vel tota maſſa ſuppeditare poſſit. cui aſſertioni hæc in primis ſint aduerſaria. Quod arteriæ ſanguinem ſuapte natura contineant, etſi ab Eraſiſtrato denegatum, iſtud tamen vt compertum nunc ſumamus. de quantitate autem ſanguinis arterias replentis ambigitur. quippe ſi vera ſunt, quæ fuere ſuperius veriſimilibus ſaltem rationibus probata; conſtat exiguam eam eſſe quantitatẽ, vt pabulum ſolùm ſpiritibus præſtet, & venoſo ſanguini vitam, vt & reliquis membris, actionemque tribuat. Heruecio autem viſum, quod totus cruor viciſſim ac momentò arterias permeet, vt deinceps in venas tranſiliat, nec vnquam ab hac perpetua latione interquieſcat, ni motus quoque cordis deſiſtat. duriuſque ſubinde opinatus eſt Herueius, quam fecerunt Heracliteí, quum ipſi non ſubſtuliſſent alterationis motum, qui prorſus per hanc aſſiduam ſuccorum alibilium lationem ſublatus eſt. ſiquidem alterationis motus fit mutuis operibus vim ſuſcipientibus, ac impertientibus, quibus aſſidua aduerſariatur latio, ſi vera ſunt, quæ & ab Ariſt. de cœlo ob continuam lationem mutationem vllam ſuſcipiente dicta ſunt, & experimento in aquis aſſiduè fluentibus mutantes ſubinde impreſſiones reſpuentibus

tibus conſtat. alitionem autem fieri per alterationem adeo notum eſt, vt id alijs comprobare argumentis ſuperuacaneum. at ſanguis huic muneri deſtinatus alterationem ſubit in vaſis exilibus, quæ ſe per ſolidas diſpergunt, & hanc ipſam experitur etiam in grandioribus vaſis, dum in lac ſeu in ſperma, ſeu inſaniem tranſit. nonne ergo ſubuerſa eſſet omnis nutritio, ſi cruor vllo tempore interquieſcens hanc aſſiduam perageret circumlationem? nec opus (vtinam, quia ſic perennarent corpora) eſſet nouum ex cibarijs ſuppeditari ſuccum, quia æqualiter is fluens nunquam à motu, & à ſua quantitate decederet.

42 Quod ſi dicas fieri motionem hanc circularem à magnis arterijs in conſpicuos venarum ſurculos, quicquid autem eſt nutritioni accomodum diſtribui per exiles ductus, circuloq; ferri ſolùm quod eſt nutritioni ſuperuacaneum; dicas quæſo velim, quem ſanguinem nutritioni inſeruire exiſtimes, arterioſumne, an venoſum, ſeu vtrumque ſimul? ſi arterioſum ſolitariè dicas, mirandum profectò cur natura venas in exiles diſtribuerit ſurculos, quum nec deferant ſuccum nutritioni accomodum, nec eum ab arteriolis recipiunt, vt in cor reponant: ſatis enim ſuperq; erat ducere venas ad inſignes vſq; anaſtomaſes, mox exiguas arterias proferre in vniuerſum corpus. factum autem eſt, vt venæ quoq; in exiguos ſurculos abeant alimentoſum deferentes ſuccum, cuius munus ipſa eſt nutritio. huiuſce ergo nutritionis cauſa venæ in exiles ductus per membra ſe diſpergunt, & ideo non ſolus arterioſus ſanguis facit ad nutritionem, ſed & venoſus in ſimul. Aſt ſi dicas venarum ſanguinem eſſe nutrimentum præbiturum, quia exiles venarum ſurculi ſe per ſolida diſpergentes ſumunt à magnis arterijs: tunc equidem à magno cauæ trunco ſanguis ſuapte natura partim verſus cor mearet, partim ea ipſa propenſione per exiguos ramulos in membrorum alitionem deſcenderet, vnuſq; & idem ſuccus ſuopte inſtinctu ſurſum & deorſum reptaret, quod prorſus rationi diſſonat, quum potius conſonet, vt deſcendat, quin ponderoſus, vergat autem in ſuperas vi cordi attractus. quin ergo nutritionis opus perennem & aſſiduam exigit alimoniæ appoſitionem, quam exiguæ venulæ ſuppeditare nequeunt, niſi aſſiduus & copioſus ſit humoris appulſus; inde clare colligitur maiorem ſanguinis partem à magnis venarum cauitatibus in exiguas diſtribui, vt opus hoc nutritionis complementum ſuum habeat. nutriuntur namq; corpulentiores, craſſioreſq; partes ſanguine venoſo: ab arterioſo vero leues ſeruantur.

43 Perpendamus nunc Heruei dicta. firmamentum porrò huiuſce aſſertionis à ligatura ſeu arcta. ſeu mediocri pendet. dum enim lacertus eſt arcta ligatura conſtrictus, arteriæ quæ infra ligaturam ſunt à motu interquie-

terquieſcunt: æſtuant autem, quæ ſupra ſunt, tument, & validius pulſant, tactuq; repleri ſentiuntur. Euidens ait Heruejus inditium hoc eſt ſanguinem per arterias deferri. Sed liceat nobis ſocraticum illud aduerſus Anaxagoram proferre, multa nempe attuliſſe, vt mens cuncta componeret, quid autem melius, & bonum ſit omiſiſſe. nam nec ipſe Eraſiſtratus huic Heruei experimento auuerſum erit: tam clarè enim conſtat per arterias quid fluere eas in tumorem eleuans, & in pulſum impellens, vt id alijs oſtendere rationibus ſuperuacaneum. quodnam autem ſit illud, & quotus arterias diſtendens non conſtat adhuc experimento. quippe ſi Eraſiſtrato credimus ſpiritus eſt, qui arterias eleuat, & in pulſificum motum eas impellit: ſpiritus autem hi obice præerepti arteriarum motum tollunt; diſtendunt autem partes, quæ ſupra ſunt, mox in naturalem ſtatum ſubſidentes, ſi impedimentum abſit: hoc enim ſublato ſuas cauitates ſpiritus vndiq; replent. nos autem qui & ſpiritu & ſanguine arterias repleri volumus, diſtendi quoque opinamur vas ſupra ligaturam ab exiguo ſanguine, ſed multis tumeſcente ſpiritibus: dato verò aditu ſuo naturali curſu diffundi. mediocris autem ligatura curſum hunc non retardat, tum quia ſanguis tenuiſſimis impellitur ſpiritibus: tum quia profundius arteriæ in carnoſis ſe imergunt partibus, ſuntque craſſiori & duriori tunica donatæ. inde eſt, quod per mediocrem ligaturam non ſic arctantur, vt ſpirituoſo ſanguini aditum prorſus intercludant.

44 Pergit mox Heruejus per ipſas ligaturas monſtrare tranſitum ſanguinis ab arterijs in venas. dum enim, ait ipſe, arcta ligatura in mediocrem laxatur, tunc arteriæ quæ infra ſunt, pulſant: membra calorem & ruborem recipiunt, & venæ quæ prius deliteſcebant, tumeſcunt, & varicoſæ fiunt. ſignum ergo eſt, quod ſanguis per arterias ductus, tunc in venas pulſu imittitur. nam quod is per mediocrem ligaturam non veniat à ſupprema venæ partæ in infimam, hoc experimento innoteſcit, quod ſi contentum infra ligaturam ſanguinem manu ſupra exprimamus non cedit is, nec ſic venarum deprimitur tumor. quia ergo ſurſum impelli datum non eſt, ergo nec deorſum per hanc mediocrem ligaturam poteſt procumbere. reliquum igitur eſt, vt venæ ipſæ ſe repleant ab arterijs iam per mediocrem ligaturam diſtentis. Sed multis modis fallax eſt experimentum hoc. in primis namq; conſtat per arctam ligaturam fieri inſignem attractionem, ſic vt membrum infra poſitum ſeu emori virtute deſtitutum, ſeu intumeſcere infirmum œdema contingat. ergo ligaturæ potiſſimum arctæ & doloroſæ trahunt. Sed hoc Heruejo donemus. dum arctè conſtringitur, membrum illud certè occurrit, quod arteriæ

ſupra

ſupra ligaturam exiſtentes pulſant magis, ac ſe impenſius dilatant: hinc contigua vena ardentius æſtuat, ac magis magiſq; ob ſanguinis attenuationem ſe expandit. hinc valuulæ, quæ ſanguini deſcendenti aditum intercludunt, ampliorem rimam contrahunt, per quam vbertim ad ligaturam vſq; ſanguis ſe colligit non ſe diſtribuens in ſubditas, quia ligatura impedit. at ſi arcta ligatura in mediocrem laxetur, tunc ſanguis ad alias vſq; valuulas procumbit, eaſq; replet, & diſtendit. nam & carnes tunc ſpiritibus tumeſcentes eleuant venas, quæ ſunt infra ligaturam, eaſq; vt in profunditatem minuunt, ſic in latitudinem explicant, quia & ipſæ arteriæ iam repletæ tument. ſanguis ergo, qui tunc expandit, & varicoſas venas reddit, ille eſt, qui è ſupernis partibus dato aditu impetuosè deſcendit, quia copia grauat, & calore æſtuat. ſignum euidens huiuſce rei ſit, quod è vulnerata in lacertis firmiter ligatis vena non profluit ſanguis, niſi vulneratus in pugnum digitos arctet, & ipſe phlebotomans guttatim ſurſum ſanguinem impellat. at ſi quadantenus ligatura laxetur; tunc reſilit protinus ſanguis, quia cumulatim profluit, qui eſt iam ſupra collectus. obſeruatione quin etiam conſtat, quod corpulentiores lacerti mediocri etiam ligatura conſtricti vix ſanguinem è vulnerata vena reddũt: ſiquidem comprimens caro ſic venas arctat, vt prorſus exitum ſanguini intercludat. opportunum idcirco poſt inflictum vulnus faſciam laxare, vt congeſtus nempe ſanguis promptè decurrat. illud quoq; diligentiores chyrurgi in phlebotomando obſeruant, vt vulnus ſit in latum prope valuulam, & ligatura poſita ſit ſubtus alteram valuulam: ſic enim ſpacium inter vtramq; valuulam multo ſe replet ſanguine, modoque ſtringunt, & modo ligaturam laxant, ad hoc vt ſuperna valuula ſe diſiungens multum cruoris depluat.

45 Nec credendum delatum per arterias ſanguinem laxato vinculo protinus reſilere per venas. quippe quum hic tranſitus per inconſpicuas anaſtomaſes fiat; multum interueniat oportet temporis, potiſſimum quum ſanguis ſubtus ligaturam manens ſpiritibus deſtitutus craſſitiem habeat, vt ſubinde indigus ſit attenuatione, quæ vincta ictu oculi fieri nequeunt. Accedit. quod ſi tam promptus eſſet hic tranſitus, profecto ſupra arctam ligaturam nulla ſpirituoſi ſanguinis fieret collectio, ſed promptè per ſupernas anaſtomaſes verſus cor reſiliret ſanguis, ideoq; nihil ad phlebotomandum ligatura conferret. Ligatura ergo illud ſolùm præſtat, vt per ipſam ſupernæ valuulæ ampliorem rimam contrahant, & exinde cumulatius ſanguinem in ſubditas effundant, non vt aſcendentem remorent: falſoq; infertur, non eſt datum per mediocrem ligaturam ſurſum protrudere ſanguinem, ergo nec per eam dabitur deſcenſus. quippe innaturalis

naturalis eſt ſanguini aſcenſus potiſſimum quando is exarcta ligatura ; ſpiritibus quadantenus deſtitutus iam concreuerat, & ad omnem motionem reditus erat ineptus. qui ſupra vero ligatura eſt, & copia & ſpiritibus tumet, & ideo per arctos etiam cancellos valet profluere.

46 Sed cur non ſupra ſed ſubtus ligaturam ſcinduntur venæ? ratio eſt, quia partes ſupra ligaturam ſanguine & calore æſtuantes rubeſcunt ſic, & tument, vt nullibi venæ à cęteris carnoſis ſecretæ partibus appareant. Accedit, quod ſi ſupra ligaturam venas aperiamus, is ſolus effluet ſanguis, qui intra ligaturam, & vicinam valuulam iacet. nam ſoluta plenitudine hiantes valuularum rimulæ denuò ſe connectunt: non ſic autem ſi ſubtus ligaturam ſit vulnus inflictum. nam præterquam quod aſpectabiles ſic venæ fiant, ſanguis non confertim totus per mediocrem ligaturam procumbens, latam adhuc ſupernam detinet venam, vt per rimas valnularum latius diuulſas is promptiſſimè decurrat.

47 Num autem algor ſoluto vinculo ad cor vſq; ſe extendens recurſione fiat ſeu ſanguinis ſeu ſpirituum, determinare haud promptum. conſonat tamen, vt ſint potius ſpiritus, qui perenni affluxu iam deſtituti algorem contraxerant; recurrunt ſubinde, vt denuò recaleſcant. mobiliſſimi namq; ſunt, & quoquouerſum ſe expandunt: inde fit vt præ occurrente timore ſanguis fluere ex aperta vena deſiſtat, quia alget ob recurſionem ſpirituum, & concreſcit, non tam promptè deinceps effluxurus, idq; in arctis tubulis humorem deferentibus experimento conſtat. nam ſi incaleſcant promptè humorem emittunt: frigeſcentes autem guttatim ſtillant.

48 Illud demum dicendum de attractione per ligaturas, quod mediocris nihil aut parum quid ad hoc conducit ſolitariè adhibita. arcta verò à longia quis partibus doloris ope trahit, potiſſimum ſi viciſſim arctetur, & laxetur. dum enim arcta eſt, partes quæ ſupra ſunt tument: laxata vero congeſtum procumbere ſinit. Tralliani idcirco nobile eſt documentum, fotu nimirum, balneo ſeu frictione laxare, ac ſubinde replère partem decubitum excepturam: mox ligatura vincire, ne attractus humor denuò ſuis in locis recurrat. hoc enim ſolo nomine ligaturæ ab alijs partibus euocant ſuccos eoſq; per vaſa, carnes, neruos, oſſa, aliaſue emotiones faciunt defluere.

49 Poſtremum Herueij aſſertum ex ſuperioribus inlatum eſt. ſanguinem quem arteriæ in vniuerſum corpus duxerunt, denuò in cor per venas deferri. quum enim ex alimentis aſſumptus ſanguis accidam cordis & aſſiduam explere nequeat tractionem, neceſſe eſt diffuſum per arterias venas ingredi, vt iterum cor irriget; & hoc facit tam perenni & con-

citato

citato motu, vt vnus, idemq; ſanguis millies in diem cor, arterias, & venas permeet. quam poſitionem, ait Herueius, ſtructura venarum ſuadet. quippe valuulæ venas interſecantes ſanguini verſus cor meanti aditum præbent, occludunt properanti ad extima. ſignum ergo eſt, quod ſanguis naturali curſu verſus cor tendit.

50 Cęterum illud iam ſatis compertum, quod arterioſus ſanguis ſpirituum conſortio tam promptè tamq; præcipiti curſu citatur in motu, vt niſi arteriæ duplici, eaq; craſſiſſima eſſent coactæ tunica, tantum non perferrent impulſum. hinc prouida natura vas à dextero ſinu in pulmones ſanguinem deferens, quia tumet is quibuſdam ſpiritibus; arterioſum ſabrefecit. quin & ipſa caua cor aſſidens carnea integitur tunica, vt fulcimentum iſtud habeat, ne ſe diſcindat. impellentem autem hanc vim ſanguis à corde aſſumit, quam ſibi familiarem firmius reddet, ſi per cor multoties decurrat. ſic enim è ſtirpibus ſtillantes liquores virtutem firmiùs ſumunt, ſi clauſo vaſe aliquandiu circulari motu in vapores abeant. quoniam ergo ex Herueij poſitione venoſus ſanguis perenni ac circulari motione cor pertranſiens arterias mox replet, ac viciſſim venas ſubintrat; ſpiritibus profectò tumet, & per conſequens in motum nedum arterias, ſed & venas impelleret, quæ quum haud paratæ ſint ad talem perferrendam motionem, per quam facilè diſcinderentur. hoc autem non niſi inſolita violentia contingit; neceſſe propterea eſt, vt diuerſa ſit venoſi & arterioſi ſanguinis conditio. nec eſt, vt dicas, quod arterioſus ſanguis priuſquam venas repleat, deferbeat in exiguis ramulis, quoniam conſtat vas quodlibet firmum contrahere calorem, ſi per ipſum calidus perenniter decurrat humor ocyus ad focum caloris remeans. per æquè ergo venoſus ſanguinis æſtuaret, nullumq; adeſſet venarum, & arteriarum diuidium.

51 Sed eſto ex arterijs in venas ſanguinem ſubintrare, vt iterum cor repleat; equidem cor verſus ſe transfert aut ſuo naturali motu, aut impulſione, aut violento attractu. Aſt naturali motione conſtat graui a deorſum ferri: grauis autem eſt omnis humor dato aditu ſuapte natura deorſum pergens. ergo illud ipſum ſanguineus præſtabit humor, ni concreſcat. non ergo ſuapte natura verſus cor ſe transfert. videamus num id impulſione ſeu attractione contingat. non impulſione, quia facta hæc à ſpiritibus impellentibus pulſarent venæ non ſine iam dicta diſcrimina. reſtat igitur, vt id ſolo attractu fiat, quem facit cor perinde ac ſyphones ſanguinem violentia quadam eleuans, vt ſubinde data via ſuopte pondere deſcendat. tractionis autem opus ſic à corde peragitur. cauæ venæ truncus è iocinore egreſſus ſe diſpergit in ramum aſcendentem & deſcendentem

Digitized by Google

dentem: aſcendens autem poſtquam ad dexterum cordis ſinum inſignem immiſit propaginem ad gulam vſque ſublatus duos hinc inde in alas exhibet truncos ſeſe per lacertos diſpergentes. Si itaque in vniuerſum corpus per arterias ſanguis delatus denuò in cor per venas remeat, vtique per cauæ truncum deſcendentem ab infimis partibus per aſcendentem immittitur: pariter & à ſupernis per aſcendentem qui ſupra cor eſt eò vergit. Sanguis quin etiam nouiter elaboratus à porta per iecinorem in cauam delatus illuc vergat oportet. illud ergo contingat neceſſe eſt, vt quoties ſanguis nouiter in cauam ſuſceptus ad ramum deſcendentem peruenerit, licet ſuapte natura ponderoſus, dato tam patenti aditu non deorſum, ſed ſurſum vi cordis attractus properet, quod naturali conſuetudini abhorret. quippe violentum vllum tantum obtinet virtutis, vt naturam à ſuo inſtinctu prorſus dimoueat. nec eſt cordis motio hæc tam præceps ac robuſta, vt ſummam poſſit violentiam inferre; præcipuè quoties imbecilla eius virtus in craſſiorem ac ponderoſiorem ſanguinem agit. Sanguis ergo ad ramum deſcendentem delatus ſi per illũ quid immittat aſcendẽti ſanguine obuians fluctuationẽ edet, quæ & perceptibilis, & ſummè incommoda eſſet. idem accideret quoque cauæ cor ingredienti, quia illic ſeſe obuiaret ſanguis qui ab alis deſcendit, & ab inferis aſcendit. quos autem vortices faciant flumina hoc ſeſe obuiantia modo omnibus compertum.

52 Quod autem ſanguis naturali curſu inferas petat partes oſtendunt varices venis occurrentes: quippe per has ſanguis procumbit, diſruptis, aut nimium dilatatis valuulis quæ ſupra ſunt, vt ſubinde ſanguis ſuopte pondere ad alteram vſque valuulam deſcendat, quæ procumbentem ſanguinem detinet, & ideo vena diſtenta in latitudinem ſe expandit, & varices efformat. quod ipſum contingit ſi ſubditus ſit tumor aliquis, ſeu interueniat coalitus quæ occaſiones ad aneuriſma arterijs quoq; occurrunt, quia in iſtis valuulæ nullæ adſunt, quæ cur venis ſint donatę ſuperius oſtẽſum. eſt autem obſeruabile elegans naturæ artificium: vbi enim venarum ſunt diuaricationes, ibi frequentius valuulæ ſe offerunt quarum ope, perinde ac faciunt flumina quibuſdam cancellis detenta, ſanguis ipſe elatus quoquouerſum ſe transfert. procumbit ergo ſanguis ſuopte pondere deorſum, eſſetq; ſummè inconueniens arterioſum tenuiſſimum impulſione deorſum & ſurſum pelli, venoſum autem craſſiorem ſuapte natura ſurſum properare.

53 Si autem dixerim præſtigia eſſe adducta experimenta, fortaſſis non errarem. quippe ſuperna venæ pars obliteratur digiti compreſſione, quoniam inferior pars hinc dilatata totum excipit ſanguinem intra vnam & alteram exiſtentem valuulam: tumeſcit idcirco valuula quæ infra di-

gitum eſt, & ſublato digito denuò ſanguis in naturalem locum recurrit, vt cauum impleat. Sed quid erit, inquit Herueius, ſi ſanguis in ſupremam valuulam impellamus, vt ſpacium intra ſupernam & ſubditam venarum maneat? an non ſublato digito ſpacium illud ab infera parte replebitur, quandoquidem ſuperna valuula impedit, ne ſanguis intra eam propulſus iterum deſcendat. & hoc præſtigium forſitan erit. nam eſto quod ab infera parte ſpatium illud exinanitum ſe repleat, iſtud accidit violenta vacui tractione, quæ facit, vt præter naturæ ordinem res quoquouerſum moueantur. inde factum, vt valuulæ verſus cor aditum præbeant, ne ſanguinis indigentia nobiliores partes deficiant ſecundaria ſaltem naturæ intentione, ac prout neceſſitas vrget, ſic ordo peruerſus totus in cordis ſubſidium intendit. hoc autem quod occaſione contingit, noſtro haud fieri poteſt arbitratu; nam ſuperna valuula nimiùm impulſo ſanguine diſtenta ampliorem rimam contrahet, ac ſubinde ſuſceptum ſanguinem demittet, vt in valido lacertorum nixu contingit, quo valuulæ diductæ intumeſcere vaſa ſinunt. nec deſcenſui obſtare poterit arcta compreſſio, quoniam eo ipſo tempore quo ſanguis violentia impellitur, decidet ſuopte pondere.

54 At non ne vides, inquit Herueius compreſſa ſeu ligata caua infra cor exinaniri interpoſitum à ligatura ſpacium? ſed hoc accidit cordis tractione in dextero ſinu, qua tractione ſanguis non ſolum ſe eleuat ad gutturis vſq; medium, ſed etiam per brachia diſtribuitur: non inde tamen ſequitur totum intus trahi ſanguinem: aſcendit namq; cordis tractione opportunum ſupernis partibus, reliquum deſcendit in inferas. Quod autem Vvaleio viſum, venam cruralem adapertam ſuperiori ex parte parum quid ſanguinis emittere, multum autem ex inferiori, hanc habet rationem, quod ſuperior vena profert ſanguinem intra illud ſpacium contentum quod ab inciſione ad ſupernam vſq; valuulam iacet: inferior autem truncus non ſolùm ſanguinem cauitatem replentem, ſed & qui in ſubditas eſt partes emittit, ſi nimirum in vena adaperta maneat calor, ne coalitus fiat aditum fluenti occludens.

55 Sed cur eſt, quod venena morſu inflicta, ſtatim conficiunt? certum vtiq; eſt virus omne ſpiritibus aduerſari. ergo quæ violenta actione conficiunt, protinus ſpiritus inuadunt, arterias idcirco penetrant, & per eas cordi necem indicunt. quæ autem tractu temporis offendunt, deferri per venas poſſunt, vt cordis virtutem tandem proſternant, febrili vt plurimum interueniente æſtu. nec mirum venena contrario curſu arterias inuadere: nam quod violenter accedit, naturali motione contraria non impeditur, nec hanc penitus ſubuertit. ſic eſt, vt applicita purgantia

aluum

aluſi perturbēt, quoniā carnes ait Hipp. 6. Epid. attractrices ſunt, & extrinſecus & intrinſecus. quod eſt de tertiana febre dictum veritatem habet ſuo loco enarrandam. Cętera allata licet obſeruatione digna ſuam non firmant poſitionem. Pauca ergo hæc ſufficiunt aduerſus famoſum Herueij excogitatum dixiſſe, non contentionis ſtudio, cui nimium fortaſſis abnuimus, ſed vt firma hæc ſit veritas, ſanguinem à caua in dextero cordis ſinu imiſſum, ac inde per pulmones in ſiniſtrum delatum non aliunde quam à porta vena ſumi ex cremoris ſubſtantia: cuius debita portio cordi in lata non niſi tractu temporis in ſpirituoſam faceſſit ſubſtantiam. Per hæc autem, quæ hucuſq; poſita & explanata ſunt dierum criticorum rationem venemur. nam in hunc finem tam varia noſtra dicta veniunt, vt palam in progreſſu operis fiet.

56 Moleſtum omne dicebat Hipp. lib. de Flat. animantibus accedens ægritudinem parit, & morbum conſtituit. tam latè enim patet nomen morbi Hipp. vt quicquid conſpicuam corporibus moleſtiam affert, morbus ſit, cuius hic percenſere tum differentias tum motiones ad noſtrum inſtitutum & propoſitum non facit: illud ſolùm accepiſſe ſufficiat, non moleſtari corpora conſpicua ſtabiliq; noxa, niſi hæc à ſuo robore deficiant. ſuis namq; viribus conſtructionem ſeruant, ſuaq; obeunt munia, à quibus ſi vniuerſim aut particulatim defecerint, ſuum ſanè amiſerunt in vniuerſum aut in partem robur. hinc verè dictum, quod ipſa ſenectus morbus eſt, quia ſub ætate ingraueſcenti vires deficiunt, moleſtijſq; ſubinde corpora obnoxia redduntur. ſed alijs in ætatibus euidentius moleſtiæ eluceſcunt, quoniam violentum quam maxime illud eſt, quod vires alioquin robuſtas proſternit, facitque vt ſenſio moleſtiarum appareat, alioquin nulla ſeu exigua, dum vires in ſuo robore manent. ergo vt vires robuſtæ corpora ab ingruentibus malis immunia ſeruant, ita ſi defecerint moleſtijs hinc corpora obnoxia redduntur, quas deponunt, ſi ad operum integritatem redeant. ergo vt ægrotare eſt à ſuo robore deficere, ſic ſanari eſt ad virium integritatem redire, quam redintegrationem ipſa ſola facit natura aſſiduè in conſeruationem ſuorum corporum intenta, quod ab Hipp. 6. Epid expreſſum legimus, dum naturis morborum medicationes attribuit. non enim morborum depulſionem facit ſola noxiorum eiectio quoquo tempore occurrens, ſed quaſdam obſeruari circuitiones oportet, quibus coctiones parantur, & faciunt vt vires refectæ noxium ſeponant, & abſpellant, perinde ac faciunt generoſi Athletæ vires ſuas colligentes mox aduerſarium proſternere nitentes. morbo autem conſumptas vires recreant alimenta faceſſentia in membrorum ſubſtantiam ſolo coctionis munere. hinc tantopere ac tam religioſè antiquitus inſu-

darum, vt corporibus perbellè alimenta ſe adaptent, hancq. præcipuam fecerunt medicinæ partem, noſtris tamen hiſce temporibus fermè neglectam, tum medicorum imperitia & aſſentandi ſtudio, tum ægrotantium ingluuie, vecordia, & luxu: quibus autem cum miſerandis euentibus, frequentia funera, diuturnis immedicabileſque morbis demonſtrant. Sed hac de re fortaſſe alijs plenius. ſit noſtrum aſſumptum hoc, vt natura alimentis corpus incolume ſeruat, ſic ijſdem deperditam ſanitatem reſtituit.

57 Porrò alimentis duplex ſe recreat ſubſtantia. Spirituoſa vna quæ in corde eſt, & iſthinc arteriarum ductu vndique diſpertita: altera corpulentior ſolidis in partibus manet, & eas operationes exercet, quæ ſuis ſunt naturis addicta. & quoniam ſubſtantiæ iſtæ coctionis ope ad integritatem redeunt, propterea alimentis duplex occurrit coctio. vna dum tranſeunt hæc in ſpiritus, altera dum abeunt in ſolidorum conſiſtentiam. reliquæ his anteuenientes mutationes crudorem aliqualem exibent, ſed coctionem nanciſciturum, ſi huic natiuus dominetur calor. & hoc ad differentiam ſuccorum prorſus recrementoſorum, qui nunquam veram experiuntur coctionem, quam ſi nanciſcerentur, his nutrita corpora diù abſque vtilium ſumptione manere poſſent, quod his prorſus abſonum, dum verè ſunt recrementa: nam flaua bilis ſanguini hoſtiliter obuians & temerat perpetuò, & corrumpit. non ſic facit pituita, quæ cerebro nutrimentum præbens, quanquã ſit ob ſuam vbertatem, ſuumue crudorem eiecta naturam non ammittit ſuam; ideoque ſi integram mox ſubierit coctionem vicem ſupplet deficientis ſanguinis & corpus totum ſuo latice ſubſtentat. Ater quin etiam ſuccus naturaliter ſe habens, licet vt aqueus & acidus nutrientibus ſit deſtitutus naturis; ſanguini non prorſus aduerſariatur, imo ipſi vehiculum eſt, quo alimenta vndique ſeſe diſpergunt: dictum namque ab Hipp. Lib. de Alim. quod aqua vehiculum eſt alimenti. & hoc alterum ſit ex iam ſtabilita corporum œconomia firmum aſſumptum, quia inde ſcitu haud inutilia ſumuntur. recrementa ergo vt talia verè ſunt, non nutriunt, nec eam ſubinde experiuntur coctionem, cui vires auxiliantur, ſed ſolummodo hæc expulſioni ſe accommodant, dum craſſa attenuantur, tenuia incraſſantur, hæreſcentia dimouentur, turgentia ſedantur. exin enim naturæ agenti obediunt, & per criſim opportunis ductibus ſe exonerant. quod ipſum facit natura, dum amiſſum reaſſumens robur integram coctionem edit, validius ſubinde pugnans expellit noxium. hinc eſt, quod ſub criſim cruda quandoque erumpunt, ſalubriter tamen, ſi præueniant coctionis ſigna ſpectata tum in vrinis, tum in egeſtionibus, eam inquam indicantia coctionem quam ſubeunt aſſum-

pta

ptà alimenta, & non horum reſidua. nam alui excrementa demonſtrant eam alimoniæ mutationem, dum hæc in cremorem tranſit, quæ opportuna eſt ad coctionem paratio: vrinæ vero ſigna veris coctionibus præferunt, quæ in abditis factæ robur virtutum deperditum rediment, & corpulentam ſolidis ſubſtantiam reſtituunt. baſis idcirco & fundamentum bonæ criſis ſtat in hoc naturæ opere, quod dum ſigna bonæ coctionis exhibet, ægro ſpem certam ſalutis promittit. quippe natura tunc ſuo robore munita noxium ab vtili ſecernet, illudque procul abiget. ſic ergo eſt, vt criſis bona omnis, iſtis præmonſtretur inditijs, quanquam feritas alieni humoris vigeat arduum certamen criſis tempore editura. nam ſi recremẽta talem ſubirent coctionem, acquieſcerent iam imperijs naturæ, nec amplius ſanitati obſtarent, nec ſub criſim diſcriminoſè periclitarentur homines. adhuc ergo hoſtiliter recrementa pugnant, quia ſuapte natura cruda nunquam veram coctionem experiuntur, ſed ſolùm ab vtilibus recedunt, dum alimenta coctionis ope abeunt tum in ſpiritus, tum in ſolidorum conſiſtentiam. natura ergo noxium abigit ab vtilibus, vel dum ſpiritibus ſuum concoctis alimentis reſtituitur robur: vel dum iiſdem ſolida recreantur membra. illud quidem in ſummè acutis, benigniſſimiſuè affectionibus, dum cordis nempe vegeta virtus noxium ſtatim propulſat: alterum frequentiùs in morbis reliquis criſim ſubeuntibus, quia tunc natura vndique vitrix hoſtem perimit, ſeu ſuis ſubigit viribus. Criſes propterea integrè morbos ſoluentes pergunt in ſolida, emerguntque hæmorrhagiæ, ſudoris, aliarumue eruptionum ſub forma: raro accidit, vt à centro ſolitariè emanantes omnimodam ſolutionem afferant. nam & in ardentibus aluo remorari expedit, ne criſes imperfectæ ſint, in diuturnitatemuè tranſmigret morbus. ſignum ergo eſt, quod in viſceribus inchoata coctio ſuum recipit complementum, dum natiuus ſolidarum calor alimenta decoquit.

58 Iſtud autem nutritionis opus natura ordinatis motionibus ac præfinitis fungitur temporibus, eam quam ſemel ſumpſerunt legem perpetuò ſeruantibus, ac in eam redeuntibus ſi ob aliquam violentiam ab hac receſſerint. eſt autem naturale opus ipſa nutritio, propterea ſtatum motum, & ſtata tempora habet, à quibus ſi abiuerit, recedet quoque à ſua integritate, niſi denuò in ordinem redeat. Sunt autem ad alitionem præſtandam motiones opportunæ iſtæ. aſſumptorum in cremorem ductio ventriculi, inteſtinorumque facta virtute: mox rudis ſanguinis efformatio, viſcerum venarumq; edita actione: inde prima emergit coctio, quæ cordis munere facta ſpirituoſam recreat ſubſtantiam, & huic altera ſuccedit, quæ cordis & ipſa virtute ope ſpirituum ſeſe per membra difundentium

tium edita ſolidarum partium deperditam corpulentiam redimit. Aſt quoniam motus iſti ſuis non ſe produnt operibus, ſed in occulto manent; non liquet ſubinde quibus metiantur temporibus, niſi hæc rimemur, his quæ palàm occurrunt, & ſunt obſeruatione ſtabilita.

59 Eſt autem ab Hipp. proditum, quod ſemen in materno vtero ſuſceptum die ſeptima inſignem mutationem ſubit, ſuiſque ſe exornat delineamentis, vt membra quæque ſub oculis emergant. hoc autem fieri nequit niſi coctionis ope, qua perficitur ſeminale corpus, vt tunc ſuum promere opus incipiat, quando iam explicuit formatores ſpiritus aſſumptos à ſeminis vligine. quam ergo mutationem ſeptima die ſeminalis humor profert, eam recipit à ſpiritibus, qui formatrici virtuti auxiliatricem manum præbent, ac penicillorum inſtar lineamenta hæc explicant. ergo huic expreſſioni membrorum anteuenit vligo, qua ſumuntur ſpiritus exprom entes corporum membra formatricis virtutis ope. certum autem eſt, quod natura quem ordinem aſſumpſit inuariabilem ſeruat, & quia integra ſeminis coctio, qua ſolidæ exprimuntur partes ſeptima fit die, huic autem expreſſioni antecedit vitalium ſpirituum generatio; conſentaneum ergo vt in iſtis ordinibus maneat perpetuò.

60 Vlterius non minus obſeruatione quam Hipp. teſtimonio conſtat poſſe quis etiam multis alimentis indigus omnimodam perferre diætam ſpacio quatuor dierum abſque virium irreparabili iactura: nam hæ acceſſu alimoniæ recto adhibitæ ordine facilè reuiuiſcunt. aſt ſi in hac ciborum ſubtractione perſeuerent ſeptem diebus, nulla amplius redintegrationis ſpes manet. ac licet hiſtoricis monimentis proditum quoſdam abſque cibatione vitam produxiſſe per hebdomadas, menſes, & annos; iſtud equidem partim fabuloſum; partim diuinitus, partim etiam à natura factum, quia intus eſt, quod exiguo calori pabulum præbet, vt illis accidit animantibus hyberno tempore in cauernis degentibus, quorum inalgeſcentia corpora viſcido ſucco pingueſcunt, ſeu pituita tument. ſtatis tamen & hæc diebus comparato iam alimento fruuntur. ſed in alijs corporibus ſecundum naturam ſe habentibus, & in aperto aere degentibus, res iam dicto modo ſe habent, pereuntque virtutes, ni ſint aſſiduis alimentis refectæ. quam enim mortis neceſſitatem affert obſtinata à cibis delirantium auerſio, quæ tandem ſeptima contigit die, vt 1. de morb. ſcriptum eſt; eandem gerunt reliquæ innaturales intus exiſtentes cauſæ, quæ nutritionis opus ſubuertunt, & impediunt.

61 Per hæc quæ dicta ſunt apparet, quod aſſumptum alimentum quarta die in cor venit, vt dilabentibus ſpiritibus opem ferat: ſeptima vero ſolidis ſuffragatur, ſicque nutritionis opus procedit ſtabilitis à na-

tura ordinibus, quibus repugnat infeſtus humor, ſi naturæ dominetur. conſtat autem, quod ni per hæc tempora ſint ſuppeditata alimenta, quarta quidem die vires cordis quadantenus concidunt, ſed ſeptima vniuerſim vlla abſque redintegrationis ſpe. nam priuſquam alimenta ſeptima die aſſumpta in cordis ſubſidium veniant, iam dictas coctionibus anteuenientes mutationes exigunt, quæ priuſquam fiant natiuus calor pabulo deſtitutus euaneſcit. emulari propterea motum hunc ſuccorum lunæ motionibus 1. de Diet. dictum, quia ſeptima quaque die inſignem hanc mutationem edit. lib. propterea de ſep. part. conſiderandum monuit primum & ſeptimum, quia prima dies tradit naturalibus motionibus inchoamentum, ſeptima complementum dat. nam & alimenta prolificam virtutem habentia ſeptima tandem die faceſſunt in partium ſubſtantiam per quaternariam progreſſionem, vt ſingulis mox partibus amicabiliter adhæreant.

62 Scriptum inſuper 4. de morb. quod aſſumpta cibaria prima die ventriculi munere tranſeunt in chylum, quem die poſtera venæ ſugunt, ac tertia inteſtina recrementa deponunt, manentque in hunc ordinem corpora, vt nimirum die pari proficuum trahant, impari alienum exonerent, quæ ratio, inquit, eſt cur febres die impari integrè deſinant, quia tunc natura abigit ab intimis, quod ipſi obeſt. Sic ergo iſtis ordinibus alimenta procedunt, vt ſuccus in meſeraicis venis ſuſceptus ſeſe in cauam colligat, ſed prius recrementoſam bilem deponit quam fellea veſicula excipit, dum veterem per colydocon ductum excutit in interaneis, vt eius amarore hæc ſtimulata fæces deijciant, quod naturali conſuetudine tertia quaque die contingit, quia talis eſt naturæ ordo, vt pari die trahat, impari demittat, quod & in alijs membris proportionata euenire ratione conſentaneum, eritque nutritionis præfinitum tempus ſic deſtributum. Prima die aſſumpta cibaria abeunt in cremorem, quem poſtera die meſenterij venæ ſugunt: tertia die ſanguis ruditer confectus tranſit in cauam venam, vt partim verſus cor vadat, partim alio ſenſim ſe diſtribuat: quarta die alimonia cordi deſtinata facta per pulmonum vaſa circuitione gignit vitales ſpiritus, qui ſi ritè ſe habuerint, reliquum nutritionis opus adiuuant, & perficiunt. nam ſanguis alimoniam ſolidis præbiturus à magnis venis ſenſim ſe in exiguos ramulos inſinuat, vt per eam moram conditiones ad alitionem expetitas aſſumat. quarta itaque die is è magnis in exiguos tranſit ramulos: quinta ſenſim egreditur è valuulis: ſexta exiliores venas replet, ſeptima tandem faceſſit in membrorum conſiſtentiam. ſic enim, & noſtrates antiquorum illuſtrati lumine voluerunt, vt alibilis ſuccus in roridam, glutinoſam, parem, & inominatam abiret ſubſtan-

tiam, quæ cuncta non ictu oculi, ſed tempore multò fieri conſtat.

63 Quia ergò natura viribus refecta, eſt quæ noxium ſecernit: ſuas autem vires redintegrat alimentis optimam coctionem ſubeuntibus: coctionem verò hanc edunt tempus, & præfiniti modi; inſignes propterea in morbis mutationes apparent per hebdomadas earumque partes; ſicq; die quarta ſigna prodeunt ſumpta à recrementis eiectis, quia tunc alimenta eam ſubeunt coctionem, qua gignuntur ſpiritus, quod fieri vtiliter nequit, niſi anteeat optima ſuccorum paratio, quam præſtant antevenientes mutationes. ſed & ipſa die morbi criſim experiuntur ſi vitrix natura humori noxio vndique dominetur. promptius tamen natura ſecretionem molitur, dum ſolidis in partibus vltimam coctionem peragit. Cęterum ſi alienum vtili permixtum ſic virtutes offendit, vt naturales actiones ſeu impediat, ſeu labefactet; tunc prauum quarta die cordi obuians, ſpiritibus bellum indicit validius pugnaturum maioribus cum diſcriminibus, dum ſeptima die ſolidis adhæret. hinc ratio eluceſcit, cur ſalubriores ſint hæmorrhagiæ quinta quam quarta die ſe proferentes, quoniam ſummus interuenit æſtus, dum ſanguis ſuæ diſtributionis tempus per exiguas venulas præripit: violenta autem hæc impulſio non poteſt eſſe ſine diſcrimine. quinta autem die ductus iam eſt ſanguis ad exiguos ramulos, leui ſubinde impulſione extra pellitur, & non ſine vtilitate, ſi bona & reliqua ſint. Cur autem Icterus ſeptimam præripiens malitiam generat, patet, quoniam bilis ſanguini adiuncta ab eo ſe expedire debet, dum is vltimam experitur coctionem, vt in cutim alienum vtiliter ſe ponat: quocirca ſi Icterus tempus hoc præripit, vtique non erit opus ſecernentis naturæ, ſed humoris morbifici ſua concitata motione reptantis, dum is aut copia tumet, aut ſtimulis turget. Alia multa ſummis alioquin inuoluta tenebris hinc eluceſcunt paſſim in Coacis enarrationibus explicata. Sufficiat nunc digito oſtendiſſe Criſeos authorem, ipſam nempe naturam parantem alimenta ad nutritionem, vt inde ſuas recolligens vires deperditum redintegret, & noxium ſeponat, quod opus per hebdomadas earumq; partes perficit, vt latius deinceps conſtabit.

S E-

SECTIO TERTIA.

HVMORVM SECRETIO QVA HVMANVM CORPVS OFFENDITVR.

1 QVONIAM præcipuum eſt belligerantium documentum, vt priuſquam certamen ineamus hoſtium vires diligenti ſcrutatione ſpectemus; inde factum nunc in animo ſit vires librare humorum corpora oppugnantium, vt poſtmodum videamus, quanam ratione natura dictis coctionum armis munita perduelles iſtos vincere nitatur, illiſue ſuccumbat. & quoniam morbi in quos cadunt criſes, aut febres ſunt, aut febribus adiunctæ affectiones; quærendum idcirco prius, quanam ratione febres corpus impetant, illudque tam variè perturbent.

2 Febris eſt innaturalis inaccenſus ardor: ſed non omnis innaturalis ardor febris eſt. calet enim corpus igne, aere, exercitamentis, meriue potatione ſine febre. quin & febricitant homines, dum verè frigent extima, & intima quandoque apparenter. ergo febrilis ardor nec primariò ſedet in extimis, nec in internis omnibus. reliquum idcirco vt cor, ſpiritaleſque partes, ductique inde ſpiritus incendio flagrent, ad hoc vt febris ſit. quod optima ſtatutum ratione: quippe febris morbus eſt ſeſe in vniuerſum corpus diſpergens; propterea eam debet apprehēdere partem, qua caleſcit vniuerſum corpus: ac licet quæque membra ſibiinuicem conſonent, id tamen cor, indeque ductæ arteriæ apertius faciunt, quia cor momento membra cuncta fouet, regit, & viuificat ope ſpirituum per arterias aſſiduè meantium. Erit ergo febris cordis, ſpirituumque paſſio, dum æſtuant alieni humoris appulſu. non enim cordis incaleſcentia omnis febris eſt: nam ira quandoque impensè calet non tamen febricitat, ni inſimul accedant, quæ febrem inuehere poſſunt. nec ſtabilitas ardoris ſemouet febrem ab ira. nam ira accenſa diu manet, & ipſa febris ſpatio duodecim horarum ac breuius quandoque recedit, proinde non eſt cordis intemperies calida: nam ſolidis hæc in partibus firmata vt voluit Gal. nec ſumitur nec abigitur tam promptè: febres autem viciſſim & accedunt, & recedunt. abſonum quoque eſt efferri à putrilaginoſo ſucco in cor vſq. fuligines, quæ inflamment & putridas, vt vocant feb. es creent,

quo-

quoniam ſi ſic & reliqui computreſcerent ſucci, quorum minor eſt quam cor dis reſiſtendi poteſtas, ſummèque peſtilens febris eſſet. nec eſt præterea videre quomodo fuligines è ſemotis cauitatibus eductæ tam promptè eo r petant, quum id venenis non ſit quandoque datum niſi in vaſa ſe inſinuent. non ergo febris propiè fit aliarum partium communione, ſed eſt propia cordis arteriarumque afflictio, tunc ſe exerens, quando aliquid accedit, quod vitalem ſpiritum in febrilem adigit ardorem. ſed ne longius quam par eſt diuagemur, ſit poſitio noſtra hæc.

3 Ideo naſcitur febris, quia alienum quid vitalibus impertitur ſpiritibus, quod eos inſolitè volutare facit, vt ſubinde innaturaliter incaleſcant, hoc autem alienum ſpiritibus accedit, aut à caua vena per eam quam ſanguis circa cor circulationem facit; aut ab arterijs protinus in ſe ipſas recipientibus, id quod ſugunt à quibuſdam cauitatibus, venis, ſeu carnibus. Iſtud opinatum non diſſentit à poſitione Cryſippi, & Eraſiſtrati, ſed naturæ ordini ad Amuſſia ſe adaptat, & ex illa prodit corporum conſtructione, quam in ſuperioribus veriſſimilibus ſaltem rationibus firmauimus. non enim quæ in venis eſt vitioſitas protinus febrire facit: nam ſæpè per phlebotomiam effluit ſanguis tot inquinamentis fœdatus, vt mirum ſit, cur improſperam alioquin valetudinem vtentes non febricitent. ratio tamen eſt, quia illa inquinamenta arteriæ aut nòn ſumunt, aut ſic vt febrili inualeſcentiæ conuenit. quippe ad id non ſola ſuccorum expetitur facultas, ſed inſuper oportet, vt inſolita ac violenta ſit noxiorum in arterijs ſuſceptio. nam hæc violenta impulſione in inſuetum locum delapſa volutatiouem quam maximam, ait Hipp. 4. de morb. faciunt, propter quam ſpiritus & ſanguis calent, & æſtuant, quod eſt febrire. qui venerea proinde lue tenentur, plerumque fixo ardore calent, quia ſanguis vndequaque corruptus non inſolitè nec violenter, ſed ſenſim ac conſuetè ſpiritibus accedit. hoc autem in periodicantibus potiſſimum febribus obſeruatione conſtat, quod dum inualeſcunt inſultus ſucci accedentes cor ſuo pondere premunt, faciuntque vt à ſuo motu arteriæ interquieſcant, quæ mox ſurgunt in concitatiori motu. quippe noxium è caua elatum dum circuit cor, non minus eius auriculas, quam pulmones opprimit, ſinuſque replet, quare obrigeſ, & alget corpus, pauſantque arteriæ, ſed mox propter ſpirituum volutationem ardor concipitur intenſior aut demiſſior, tardiuſq; ſeu velocius procedens, breuius aut diuturnius perdurans, vt erunt accedentium ſuccorum conditiones. Videndum ergo ne dùm cum Galeno ab Eraſiſtrato, imo ab Hippocrate, imo ab ipſa natura diſſentire volumus, omnino à veritate aliena philoſophemur. reliqua particulatim de febribus per ea quæ ſtabilita ſunt proſequamur.

4 Fe-

4 Febris omnis aut perpetuò affligit, aut dum demittit ſtatis mox periodis redit. continua illa, altera intermittens. ex continuis autem aliæ vniuſmodi ſemper ſunt: aliæ ſtatis & ipſæ periodis redeunt. priores continentes dicuntur, in quorum cenſu etiam Diariæ, & hecticę reponuntur, quia & hæc nullis interruptis periodis manent toto ſuo decurſu in eodem tenore. poſteriores nomen generis retinent, ſumpta inſuper denominatione ab inualeſcentibus periodis, vocanturq; tertianæ, quartanæ &c. continuæ. videndum ergo, quomodo ſe habeant continuæ & intermittentes febres, deinde periodicationis rationem venabimur, ac tandem earum conditiones ſigillatim proferemus.

5 Natura in ſuo robore manens, quod membris ſingulis profuturum eſt, ipſis apponit, & aſſimilat: quod autem alienum, & noxium eſt, nititur expellere: expellit autem, dum ipſa valida eſt, nec obſtant ductuum impedimenta ſeu ſuccorum contumacia. & hac ratione febres quæ à noxio naſcuntur, aut prorſus demittunt, aut ſaltem ad intermiſſionem deueniunt, ſi adſint conditiones ad febrilem intermiſſionem requiſitę, de quibus mox. Erit ergo continua febris ſi alienus humor maneat in vaſis: manet autem, vel quia hic multus craſſiuſue, aut tenax nimiumue actis eſt, vt ipſi natura nequeat dominari: vel quia obſtructa ſunt vaſa hunc exonerantia: vel demum quia languet expellens facultas, vt ſubinde nequeat quemcumq; noxium expellere, iſtiſq; accidit de cauſis, vt non raro intermittens continua euadat. manet autem ſuaptè natura in vaſis alimentoſus ſuccus, qui tunc febris author fit, quando ſub propia affectione laborat, aut hanc aliunde indipiſcitur. propiam habet paſſionem, dum aut nimio ardore æſtuat, aut in corruptelam tendit, aut eam iam indemptus eſt. vtcumq; inde exortæ febres continentes dicuntur. nam quum ſuapte natura alibilis ſuccus vaſis hæreat, quoad vſq; prauitatem habet, perpetuam noxam infert, ea tamen temporis ſeruata diſtributione, quæ nutritioni eſt accomoda, vt nempe mutationes inſignes fiant per quaterniones & hebdomadas, vt ex ſuperius dictis conſtat. voluit autem Hipp. fieri continentes febres à meraciſſima bile, dum nimirum ſeu recrementoſa prorſus meraca ſanguini pertinaciter adhærens eodem cum ſanguine motu properat in ſpiritualia vaſa: ſeu dum ab ebuliente ſanguine egreditur bilioſum, quod motum ſanguinis ſeruat, quia eius eſt conſtitutiua pars. conſtat namque eundem eſſe motum ſeparatarum partium, ac totius.

6 Aliunde indemptam affectionem ſumit ſanguis, dum in ipſo venit inutilia recrementa, quæ iam à ſecretrice virtute fuerant ſepoſita. hæc enim, vel priuſquam ſuis ſint recepta locis tenaciter vaſis hærent; vel iam

rece-

recepta denuò in viſceribus regrediuntur, ſtatamq; periodicationem faciunt, attamen cum aſſiduitate ſi alimentoſo ſucco ſtabiliter hæreant. periodicant enim febres, quia recrementa ſtatis moderantur periodis; ſed aſſidua eſt febris, dum recrementa ſanguini tenaciter adhærent, vt ab his ſe expedire nequeat. aſt ſi natura pondus excuſſerit, ſeu contrariorum miſcella vim noxiorum eneruauerit, tunc febris prorſus deſiſtit, aut ſaltem intermittens fit, vt deinceps ſuis periodis procedat, vel quadantenus remittit ſuam vim ad nouam vſq; febrilem inuaſionem, quod poſtremum continuis accidit periodicis degenerantibus, per quam facilè in continentes, dum alimentoſus ſuccus firmam tandem affectionem recipit. Sic ergo in vniuerſum continuæ ſe habent febres, quarum immediata cauſa eſt labes firmiter alimentoſis ſuccis hærens: vnde autem labes hæc veniat, & quas habeat differentias poſterioris erit conſiderationis, nunc aliquid de intermittentibus.

7 Cùm itaq; febris ſpirituoſi ſanguinis propia ſit affectio, noxium, à quo hæc naſcitur, vaſis hæret. aſt ſi hæreſcat ſtabiliter aſſidua eſt febris, ergo ſi exeat è vaſis aut febris prorſus deſiſtit, vel ſaltem intermiſionem aliqualem habebit. intermittunt propterea febres, & quia alibiles ſucci ſub propia non laborant affli ctione, ſed ſuſcepta recrementa offendunt, & quia noxiorum non eſt eximia vbertas, & quia hæc non hærent craſſitie, & quia patent meatus quibus ſe exonerant, & quin demum valida eſt expellens virtus proportione humoris offendentis, vt exin vincat, & diſpellat malum. reponit autem recrementa, vel in ſuis receptaculis, vt mox conſuetis eiectionibus ſe exonerent: vel in ambitu corporis, vt exeant, ſeu ſe obfirment in cutim: vel demũ in quibuſdam cauitatibus ſemotis à ſpiritalibus illuc, veluti in ergaſtulo manſura vſque ad nouam febrilem inuaſionem. & hæ ſunt omnes intermiſſionis occaſiones febrium intermittentium conditionem exhibentes diuerſam. dum enim febris intermittit, quia recrementa ſuis in receptaculis remeant, vt ſe exonerent, tunc decreſcit febris, inualeſcentes periodi lenius affligunt, niſi tanta ſit recrementorum vbertas, vt vna alteraque haud exinanita deiectione adhuc validè offendat, quod in febribus intermittentibus inſolens. pariter remittunt inſultus; dum corpora ſudore diffl unt. nam vt craſſior recrementorum pars deiectione exinanitur, ſic tenuis & aëroſa ſudore effertur. niſi ſudor is prodeat à multitudine crudoris, vt diuturnitatem deſignet. carnibus autem hærens humor aut Icterum facit, aut Leucophlegmaticum hominem reddit, vt morbos ſeu propaget ſeu commutet. omnium autem peſſimum eſt, dum recrementa quibuſdam cauitatibus inhærent, quoniam inde febres ingraueſcunt, duplicantur, & plerunque

conti-

cōtinuitatem aſſumunt. hinc eſt, quod in iſtis intermittentibus aſſiduè inualeſcentibus aluus nihil, aut parum quid coacta egerit, factaq; deinceps profuſa egeſtione miteſcunt inſultus.

8 Inuadunt porrò recrementa hæc ſpirituum receptacula, vel quia laborant viſcera ea ab vtili alimonia ſecernentia: vel quia remeant in hęc è ſuis receptaculis. Laborant quidem viſcera ſub proprio, aut alieno vitio. proprium eſt, dum ea adeſt diſcraſia, quæ facit vt etiam vtiles ſucci plurimum recrementi deponant. inde eſt, quod iecinoris adauctus calor bilis vbertatem profert, quæ ſi non tam promptè felleo excipiatur ductu, febrem parit, intermittentem quidem ſi iam dictæ conditiones adſint; cur autem iſtud viſcerum diſcraſia præſtet, ſuo loco enodabitur. hoc ipſum quoq; alienum vitium præſtat, dum aſſumpta cibaria billioſa ſuapte naturæ ſunt. veniunt à ſuis receptaculis in ſanguinem recrementa, vel quia occluſa ſunt oſtia hæc demittentia, vel quia intùs euocantur calore, dolore, ſeu vacui ratione. vtcunq; dum inſolitam, ac violentam ſpiritibus labem inferunt, febrem excitant. demittit ergo febris, quia alienus humor ſpiritibus accedens pellitur iam dictis rationibus extra vaſa ſpirituum, idq; in intermittentibus nā in continuis remittit febris, ſed non prorſus deſiſtit, quia natura quid noxiorum propulſat, ſeu hæc benignioribus ſuccis ammiſcet.

9 Qua nam autem virtute præditi ſint tum alibiles tum recrementoſi ſucci, vt ſic corpora offendant, alioſq; morbos creent, dignum eſt inquiſitione, diuerſa enim eſt Hipp. ratio, ab ea quæ eſt communiter recepta. is ergo lib. de vet. medic. primas qualitates actionem obtinentes calidum nempe & frigidum à medica conſideratione exploſit, ea ratione, quod cùm medici munus ſit morbos per ea, quæ ipſis aduerſaria ſunt, curare: & quia morbi, vt moleſtè offendant oportet corpulentiam quandam, ac ſtabilitatē habeant; hanc autem cū non à primis ſed à reliquis qualitatibus ſumpant, vtiq; remedia ab ijſdem ſumenda erunt. primæ namq; illæ virtutes agentes ſeſe pellunt viciſſim, momentò idcirco accedunt, ac recedunt, quod multis ab ipſo extat comprobatum experimentis. vt pertinaciter ergo offendant, alijs corpulentioribus ſe adaptent virtutibus oportet, & ſunt hæ quæ guſtu perceptæ, ſuas vires ſtabiliter exerunt, firmamque affectionem corporibus imponunt. Quod enim acidum eſt, ſtringit: quod amarum, reſerat, & detergit: quod dulce, lenit: quod acerbum, exaſperat: quod ſalſum, ſiccat, & abſumit: quod inſipidum laxat, & humectat. & quia hæc morbos profligant, eos quoque faciunt. nihil enim medicamentoſum eſt, quod ſimpliciter ſit calidum aut frigidum; ſed inſimul dulce eſt, ſeu amarum &c. quæ poſtremæ cùm ſint corpulentiores virtu-

virtutes, veriſimilius eſt, vt his corpora mutentur. ac licet calor, & frigus ſuccos impellat ad hoc vt iuuent ſeu noceant; opus tamen hoc, iſti humores præſtant, quia ſeu dulces, ſeu amari, ſeu accidi, ſeu auſteri, ſeu ſalſi ſunt, agitque euidentius, quod inter dulcia eſt dulciſſimum, inter amara amariſſimum &c. Sicque de intemperaturis corruit tradita doctrina, quia non dantur ſtabiles caloris ſeu frigoris actiones, niſi inſimul corpulentiores iſtæ adſint virtutes, quibus firmiter offenduntur ſeu iuuantur corpora

10 Immutant ergo frigus & calor violenta ac cito recedente actione medio interueniente äere, qui promptè ac penitius per corporum poroſitates ducit tum ſpiritales, tum corpulentiores immutantes virtutes, ſi Platoni credimus aſſerenti in Timæo, quod äer reſpiratione ſuſceptus ille eſt, qui attrita cibaria in vniuerſum corpus diſpergit, vehiculumq; opportunum eſt, vt facultates corporum retrices munus ſuum adimpleant, quod ab Hipp. mutuum accepit. nam is lib. de Flat. voluit cunctorum morborum initiamenta ab iſtis flatibus pendere, momentaneò quidem affligentibus, ſi ſolitariè ægrotent, firmius immutantes ſi corpulentioribus ſint addicti virtutibus. vt morbi propterea deſiſtant, duplex interuenit auxilij genus, quorum alterum ipſum reſpiciens äerem, primarum qualitatum alterationem, & immuta tionem præſtat: alterum corpulentioribus partibus addictum coctionem, ſeu ad excluſionem parationem facit. morbi idcirco criſim ſubeuntes à corpulenta pendent ſubſtantia, quæ coctionem ſeu adaptationem ſubit ſtatutis quibuſdam temporibus. nam vt monuit Plato, quanquam morbi à natura recedant, fatalem tamen à ſua conditione inditam habent neceſſitatem, & vt ſtatis inſurgunt temporibus ſic deficiunt ſtatis periodis, obſuntq. ea remedia, quæ tempora hæc præripiunt. tenuiſſimi autem ſpiritus primas deferentes virtutes momentaneò affligunt, & iuuant, quia promptè viciſſitudinibus parent.

11 Conſtat hinc, quod ſpiritibus calent, ſeu frigent corpora, ſed ſucci firmius agunt, dū ſuos ſapores exercūt: & quia nutrimentū dulcia præbent, taliſq; eſt ſanguineus ſuccus, ideò bilis amariſſima vbiq; ac perpetuò infeſta. cętera recremēta ſuis & ipſa ſaporibus offendūt: melancholia quidem acido ſapore: pituita inſipido, ſalſoue. inde enim corporū meatus ſeu arctātur, ſeu diducūtur, vt corpora deinceps ſeu æſtuēt, ſeu inalgeāt, aliiſue affligantur moleſtijs, quia nēpe aut ſuſcipiunt, aut ſeponūt, aut detinent. ſuſcipiunt enim, aut ſeponunt, dum ſe dilatant: detinent, dum ſe adſtringunt. conſtringunt autem momentaneò inalgeſcentes ſpiritus, ſtabiliter ſucci ſeu auſteri, ſeu acidi, ſeu dulciſſimi, inſipidiuè, (infarctus enim inde, &

craſſi-

craſſities oboritur) potiſſimùm ſi tanta ſuccorum exundet indebitum ſaporem exerentium vbertas, vt ſint obruti ſpiritus. dilatant verò tum ſpirituum ardor, tum amaritudo ſuccorum, quæ faciunt, vt meatus dehiſcant, peruiaq; ſint corpora. fluunt enim ſucci valido ſpiritu, & amara bile: hærent frigore, pituita, & nigro humore. ergo dum ſucci reſerant, ſeu occludunt meatus, diuerſis moleſtijs corpora obnoxia reddunt. hinc eſt, quod Hipp. quorundam morborum calorem præſeferentium curationem iniens calorifica auxilia præſcripſit, quia per ſecundas virtutes morbum oppugnant, dum meatus inſuper ſeu reſerant, ſeu conſtringunt, vt nempe morbus ſeu ab occluſione, ſeu à diductione eorundem meatuum manauerit, qua de re opportuniori loco plenius. ſufficiat nunc rudem hanc habuiſſe notionem, quod à qualitatibus nimirum tum primis tum reliquis corpora mutantur nimia occluſione aut reſeratione meatuum, momentaneè quidem à primis, à reliquis corpulentiam habentibus firmè ac ſtabiliter. morbi ſubindè diuerſi naſcuntur à variegantia occluſionum reſerationumue, partium ſe occludentium reſerantiumuè, & ipſarum cauſarum conſtringentium ſeu diducentium.

12 Quæſitum alterum de periodicatione febrium ex dictis iam innoteſcit. ideo namque recrementa ſpirituoſo ſanguini accedentia periodicant, quia ſeponuntur tandem, ſed mox redeunt. inter autem recrementa ſanguinem hoſtiliter turbantia primum locum obtinet bilis, quæ ſuo amarore facit, vt nimium meatus diſcieſcant, ſanguiniſq; ſubinde curſum ſubuertit. ſecundum in malitia locum habet melancholia, quia licet copia offendat, facit tamen vt ſanguis parum à ſua naturali motione recedat. pituita demum adhuc minus ſanguini aduerſariatur, quia ex benigna cremoris ſubſtantia aſſumpta, tandem in optimum alimentum facesſit. contrario tamen modo ſe habent quoad corporis meatus. nam bilis, quia meatus reſerat, promptiſſimè meat, & impulſioni cedit naturę: melancholici vero pituitoſiq; ſucci cogentes & obſarcientes diutius hærent, & pertinaciùs naturæ operibus obluctantur, iſtiſq; conditionibus prędita recrementa periodicantes febres conſtituunt, ocyus aut ſerius denuo inuadentes, vt ſe habent ea, quæ nunc dicenda ſunt: nondum enim compertum, cur ſtato tempore periodi accedant. & vt priùs de tertiana febre agamus, hæc tertia quaq; die periodicat, & hoc facit apertius, vt ſincerior eſt. is autem recrementoſus humor ab aſſumptis cibarijs ſecretus tertia die in cyſtim felleã reponitur: reponi autem nequit, niſi hæc iam collecta ſe exoneret. prorumpit ergo è ſuo folliculo tertia quaq; die hic humor, vt in inteſtina ſe exoneret. Aſt ſi innaturalibus ex occaſionibus venas ſubintret, tunc vtiq; meatus reſerans præripit conſuetum ſanguinis motum,

motum, & verſus cor ducta violento inſoliti humoris acceſſu eum febrire facit. propterea tertia quaq; die inualeſcit febris ab hoc humore profecta, quia tertia quaq; die bilioſus humor aluo excipiendus, rapitur in cor, & dum ſpirituoſum ſanguinem inſolito amarore offendit, quaſſat vniuerſum corpus, impensè quidem at non diutius ſi bilis ſincera eſt cito volutatione incaleſcens: lenius autem ſed diuturnius ſi commixta hæreat, nec ſit in motu tam prona. tremit enim inſolito hoc aſſumpto amarore ſpirituoſus ſanguis, recurrit ſubinde ad locos maximè calidos, hinc volutatus impenſius æſtuat. ſed & extimæ tunc partes frigent aut ſecus, prout ſpiritus aut ſolo timore quatiuntur, aut inſimul perfrigerati vniuerſim recurrunt, congelant autem tum multitudo bilis etiam ſinceræ: tum & reliqua ammixta recrementa craſſitiem obtinentia, vt hinc quoq; pectora anguſtientur, quia pulmonum vaſa opleta ſpirationis munus tardant, dum ſpirituum circuitionem impediunt.

13 A pituita quotidianus naſcitur inſultus, quia quotidie depluunt pituitoſa recrementa ſepoſita, quæ ſi lapſa per iugulares in cor febrilem deferant conditionem periodicantem febrem faciunt. aſt ſi ſpiritales ductus obfarciant paraplecticum, epilepticum, apoplecticumuè hominem reddunt, vt arctè ſe illi occluſerint ductus. dum autem ſalſuginoſa reddita vaſa ſpirituum ſubintrant, volutatione hi concipiunt ardorem, febremque exin pituitoſam diuerſarum conditionum pariunt. & quia pituita parum à natura ſanguinis recedit, ideo huic adhærens periodon facit abſq; vera intermiſſione, ſed ordinato ſanguinis curſu procedens ſoluitur diebus legitimis per coctionem. hinc deſumere rationem poſſumus cur propter hanc febrem non obrigeant ægri, ſed ſic plerumque ſtabiliter frigeſcant, vt extima marmore frigidiora appareant; arcta in his eſt ſpiratio, genæq; ſeu rubeant vt in peripneumonicis, ſeu excoquantur vt in letargicis, etenim per iugulares venas in ſubditum cor pituita delapſa, dum pulmonum vaſa circuit ea opplet & premit, ſed non ſic vt in apoplecticis, alijſq; ſimilibus affectionibus, quia febris omnis oritur à volutatione non ab hæreſcentia ſuccorum. ſe adaptat autem febris hæc pituitoſa promptè letargicis peripneumonicisq; conuenientia materiæ & generationis, per quam facile ſubinde in ardentem ſpuriam degenerat.

14 Quartanarum autem febrium ratio non ſic adamuſſim ſe habet. nam ſi vera ſunt, quæ in ſuperioribus de Lienis œconomia fuere enarrata, duplex erit gignitionis quartanarum ratio. vna dum arteriæ ab ipſo Liene ſugunt melancholicum humorem: altera, dum is non aſſumptus in Lien cauam venam ſubintrat, & per cordis vaſa labitur in loca ſpirituum, & illic volutatus febrem facit. Porrò arteriarum ſuctione infe-

ctus

ctus à liene aqueus & acidus humor ne offendat, oportet, vt nec copia excedat, nec fiat intenſior virtute, nec diù quam par eſt locis ſpirituum hæreat: torpent enim hinc ipſimet ſpiritus, ſeu diſtracti viſa ſubuertunt. arterijs autem huiuſce ſucci hæret vbertas, dum quadantenus occluſi sũt emulgentes ductus, nam ſi reſerati hi eſſent, quicquid poculenti lien vbertim aſſumpſerat, promptiſſimè veſica vrinaria proferet. ergo non eſt ſuſcepta copia ſola, quæ arterias obruat, ſed interuenit aliqualis meatuum emulgentium occluſio, quæ detinet ſuſceptam copiam. hinc eſt, quod quartana dum ſuum demittit inſultum, aut ſudore imbuit corpora, aut facit vt lotium profluat, quia tunc recluduntur illi ductus, qui quadantenus occluſi erant, tum frigore tum aciditate ſuccorum viſcoſitatem aliqualem præſeferentium.

15 Vitium autem à quo quartanæ oboriuntur febres manet ſeu in ipſo humore ſeu in arterijs, acidior enim quam par eſt redditus hic humor talem ac tantam ebulitionem infert, vt non ſolùm ſpirituoſum ſanguinem in inſolitam volutationem ducat, ſed oſſa fermentet, carneſque exedat. arteriæ quoque innaturali æſtuantes ardore, humorem hunc alliciunt, viſcoſiorem reddunt, & eius acidum ſaporem quandoque in auſterum mutant. inde eſt, quod corpora prius horrent, quia ſpiritus nimio acore quadantenus firmati horrere corpora faciunt, quod eſt leuius quam rigore. epilepticis proinde inſultibus is horror ſe adaptat, & qui quartana ſunt correpti, ab Hipp: ſacro non capiuntur morbo, ſoluiturque is quartanæ acceſſu, quia nempe effector humor diſcedit febrilis ardoris vi, vt plenius ſuo loco. Lieni ergo tributæ arteriæ, ſi æſtuauerint, ebibunt ſuccum hunc innaturalem iam reditum, quem in ſe ipſis firmant, dum occluſi sũt meatus hunc demitentem. quocirca non raro quartana capiuntur, qui alioquin ab atrabilaria recedentes craſi, habent quadantenus occluſos lotij meatus; id enim tunc non indebita acidi humoris exundantia, ſed ſola arteriarum æſtuatione, vrinarijque meatus quadam occluſione contingit, hoſque ſanari conſtat ſolo refrigerantium lotijque meatus reſerantium vſu, vt non ſemel, medicina ſumma cum laude ſumus experti. Hæc de prima febrium quartanarum generatione, de altera nunc.

16 Vaſa itaque lienis atrum humorem non ſumunt, vel quia is exundantius tumet, quam poſſit capere lien, vel quia ſplenetica vaſa obſtructione, diſtentione, nimiauè laborant duritia. iſtis enim de cauſis contingit, vt acidus ſuccus per cauam delatus cor ſubintret, & ſpiritus ſic affligat, vt ſeu febrem, ſeu melancholica deliramenta excitet. nam violenter, ac inſolitè in arterias delapſus febrem facit, ſenſim vero accedens, ſed ſtabiliter hærens melancholicas affectiones præſtat. nam ſpiritus frigore

quadantenus horrent, & inæquales redditi viſa transformant, perinde ac accidit in ſpeculis multarum facierum, vt latius ſuo enarrabitur loco. Conſtat hinc, cur aliqui dum inſurgit quaranta ſolùm horrent, alij vero inſimul pectore anguntur, alijs ventriculus craſſa acidaque euomit.anguſtiant quippe melancholici ſucci per cauam in cor & pulmones delati, horrere ſolùm faciunt, quos à liene arteriæ recipiunt. leuamen inſuper tum ſudores, tum mictiones horrificis febribus afferunt, in alijs hæc plerumque laſſitudinem creant. nam ſucci ſpirituoſo ſanguini protinus accedentes munere naturę ſuis facile ſe proferunt ductibus,non ſic autem qui corpulentiori ſanguini ſunt addicti. Conſtat hinc etiam, quod quartanæ ab immediato arteriarum vitio profectæ corpora horrore multo quatiūt, minimum perfrigerant,è contra,quę à caua naſcuntur,minùs faciunt horrere, ſed anguſtiant & perfrigerant magis.

17 Sed cur quarta quaque die periodicat febris hæc? quia melancholicus ſuccus per cauam delatus ſanguinis curſum ſeruat, quumque recens alibilis ſuccus quarta die cordis ſinus tranet, atrus quoque recens humor inſolitè ac violēter ſpiritibus obuians, quarta quaque die febrem inacuet. conſonat etiam à liene quarta quaque die in arterias aſſumi; quia cùm ſit eius naturalis munus ſpiritibus robur,& craſſitiem donare, vtique dum recens ſanguis arterias diſtendit, noua etiam fiet acidæ aquoſitatis ſuſceptio. aſt nouis ſpiritibus arteriæ ſe replent quarta quaque die, ergo tunc temporis acidæ aquoſitatis noua fiet à liene ſuſceptio.hinc perſpicua euadunt multa, quæ aliàs miris sūt inuoluta ambagibus. obſeruatum quippe non ſemel, dum viget quartanarius inſultus,lotium vndique aquoſum pelli, quod deinceps ſoluta febre, genuinam recipit conſiſtentiam.ſed pariter obſeruatione conſtat, quod dum viget inſultus vrina bibioſa eſt, quę febre ſoluta mox, aquoſa euadit: horum inquam euentuum ratio ſumitur à duplici,quo iſtæ febres gignuntur,modo, vt ex dictis conſtat. Reſtat tria de iſtis periodicantibus febribus enucleare; vnum eſt cur inſultus harum tempus præripiant, aut protrahant, aliud cur diuturnius aut breuius durent; poſtremùm cur ſinceræ, aut commixtæ ſe offerant.

18 Quantum ad primum: quoniam recrementa ſanguineo immixta ſucco peccant aut copia, aut intenſiori ſapore, hinc inſultus ſtatum tempus præripiunt. ſed præſertim humoris ſapor inualeſcens facit, vt is præpropere ſe exerat, præripiens per plures horas periodicationis tempus, intenſiorque hæc qualitas copię addicta, facit, vt etiam congeminentur inſultus.quippe,congeminiſcentiam hanc,nequit ſola pręſtare quantitas. nam hæc ſola longitudinem inualeſcentis inſultus ad continuitatem vſq; non autem congeminiſcentiam facit, dum enim mobile mouenti ſe adaptat,

ptat,

prat, motus non interruptus, ſed continuatus fit. Anticipant ergo ad cõgeminiſcentiam vſque inſultus, quia humor febrilis ardoris author, non ſolùm copia ſuccreſcit, ſed præſertim ſtimulatur ab intenſiori virtute, vt non expectet ſolitum periodicationis tempus. tardat idcirco ex oppoſito inſultus, dum exhaurita eſt humoris offendentis copia, & eſt infracta eius innaturalis facultas. ſic enim bilis iam amariſſima, ſi quadantenus illum amarorem deponat, non amplius præuenit periodicationis tempus, ſed ſuo properat motu. hac ergo ratione febres, præreptis, ſeu protractis periodis ad ſolutionem tendunt: ad interitum verò, ſi perenniter ſuccreſcant cauſæ præripientes, ſeu protrahentes inſultus, quæ cuncta admuſim perſpecta firmam reddunt morborum notionem.

19 Alterum quæſitum elucet iam. periodicantes etenim febres ocyus aut ſerius tranſeunt ad ſuam metam ſeu bonam, ſeu malam, vt recrementa ſincera ſunt, ſeu commixta, diuerſa tamen ratione. nam bilis quo ſincerior ocyus ad ſolutionem tendit, quia ſuapte natura non infarcit, ſed res ferat ductus. ſecus eſt de pituita & atro humore: recrementoſa namque pituita ſincera, crudorem gerens ni ſanguini ſeu bili ſe adiungat, diutius incocta manet, infarcit meatus, & morbis ſubinde diuturnitatem præſtat: oportet propterea, ſputa flauo ſint admixta, ad celerem pleuritidis ſolutionem. par eſt de nigro humore iudicium. nam is ſuapte natura ſtipat, ni calore furiat; quod pituitæ etiam contingit, quæ calore liquata, ſeu nimio compreſſa frigore, defluit impetuosè; firmati autem cùm fuerint hi humores diuturnas ſedes habent. Bilis ergo ſua vi meatus reſerans, quò ſincerior breuiorem, quò commixtior diuturniorem morbum reddit. cætera recrementa, quia meatus ſtipant, ſeu obfarciunt, vt ſinceriora pertinacius ac diuturnius offendunt, vt vero bili ſe adiungunt pernicius citata ocyus ſuum munus adimplent. hinc altera eluceſcit ratio, cur quartanarum, ſeu quotidianarum periodi tempus præripiant, aut protrahant. nam ſincerus, vel admixtus antea humor, ſi ſinceritatem ſeu admixtionem depoſuerit, deinceps ſegnius, aut ocyus procedit; quæ cauſa quoque eſt, vt febres ex imparibus in pares dies ſe transferant, aut è contra. nam id præſtat ſegnities ſeu pernicitas ſuccorum, dum mutantur ab adiunctis recrementis, vt mox dicetur.

20 Ad poſtremum quæſitum dicendum; quod ab vniuſmodi humore febres profectæ ſinceræ ſunt, dum autem commixtio eſt ſuccorum febres ſpuriæ euadunt. attendendum attamen ſingulariter eſt, ſpurias dici febres tum paroxiſmos proferentes, tum congeminantes inſultus, qui ſeu vnius, ſeu diuerſarum ſint naturarũ. vt autẽ longius quam par eſt ſe proferant inſultus, duplex interuenit ratio. vna quia ſic vbertim illud recrementum

 exundat,

exundat, vt nequeat ab eo ſanguis tam promptè ſe expedire. & hoc nomine ſincerus quoque humor diuturnitatis ſit author, vanèque opinarunt, ſecernentes ſpurias à legitimis ſolo durationis tempore. altera durationis ratio, à pertinaci recrementorum hæreſcentia, pendet, quod accidit ſeu facultatis expellentis, ſeu humoris offendentis vitio. languida namque virtus, alieno etiam humore laceſſita, ſegniter ad expulſionem procedit, & paſſionem ſubinde diutius perfert; quod plerumque accidere intermittentibus ad exitium properantibus, conſtat. vitium humores contrahunt tum mutatione ſubſtantiæ, tum alienigenorum commixtione. mutatio fit ad craſſitiem, lentorem, viſciditatem, cæteraſque ſimiles qualitates humoris curſum remorantes, meatus obfarcientes, aut torrido ardore reſiccantes. hoc ipſum adiuncti humores præſtant has obtinentes virtutes ſi de biliofis nimirum febribus loquamur ad ſpuriam naturam hoc nomine adactis: nam de quartanis & quotidianis diuerſa eſt ratio. in tertianis etenim febribus adulterantur paroxiſmi, quia bilis, craſſitiem, & hæreſcentiam recipit, vt ſic diutius hærens pertinacius offendat. in quartanis verò, & quotidianis ſpurijs, adiuncta bilis, non ad diuturnitatē, ſed ad ſolutionis acit celeritatem. dū autē ſeſe adiungunt pituita & ater ſuccus, tū ad ſolutionis deſperationem vētum eſt; quare ineptum eſt duratione harū febriū metiri ſinceritate, ſeu commixtione ſuccorum, niſi hęc addatur diſtinctio.

21 Porrò congeminati inſultus, qui ſūt eiuſdem naturę, vt à conſimili humore naſcuntur, ſic eandem effigiem repreſentant. hoc enim modo, & duplex tertiana, & duplex ſeu triplex quartana, & multiplex quotidiana ſe habēt, quarū inſult us cur ſic extra ordinē redeāt, ex dictis innoteſcit, & plenius per ea nūc dicētur, cōſtabit. dictū autē, eſt pręripi proxiſmorum tēpus copia recrementorū, dū ſtimula addūtur, quę faciūt, vt febris, tertia die inualitura prodeat ſecunda, & quę, quarta die periodicatura erat, iſtud tertia die faciat. Similiter & quotidianus inſultus nocturnis acceſſurus horis meridianis ſeu matutinis appareat, ſuiſq; pręuerſis ordinibus, deinceps, harū febriū inſultus procedāt. Aſt cōgeminari mox inſultus, nō à ſola humorū naſcitur copia, quia inde cōtinuitas, aut maior naſcitur proxiſmorū diuturnitas, nec id intenſiori ſola facultate contingit, nam inde oritur celeritas confertim plerumque exerens totum humorem, nihil aliud relinquens nouam facturum inuaſionem: dicere autem quod duabus tribuſue abiunctis cauitatibus ſe contineat cuiuſmodi humor ſtatis ſe exerens temporibus fictitium prorſus, proinde noſtra hac de re poſitio clarius quam in ſuperioriqus expreſſa ſit hæc.

22 Accedit tertiana febris vna præcepta die, quia humor altera die prorupturus amarore intenſius flagrat propter æſtuationem viſcerum, facit

facit enim viſcerum ardor, vt inſuper meatus hiſcant ad promptam bilis tractionem, ſi obturati ſint ductus ad inteſtina ſpectantes. Si namque hi peruij eſſent, ſuccreſcens bilis copia ſe exoneraret ſupera aut infera deiectione, vt in cholera, alijſue bilioſis accidit turbationibus. interuenit ergo & viſcerum ardor, & meatuum ad inteſtina ſpectantium occluſio, dum tertiana ſe duplicat, nihilque ad id bilis copia facit. nam ſi hæc vnà cum inſano viſcerum ardore exundaret, aſſidua, & non intermittens duplex eſſet febris. ſeſe enim geminat, quia bilis iam collecta viſcerum elata ardore præripit tempus inſultus: interim noua collecta cyſtim felleã diſtendens nec poſtera die in inteſtina depoſita ſuopte impetu, ardoreque viſcerum tracta petit cor, nouumque edit febrilem inſultum. bilis propterea non ſolùm ipſa ſolitariè peccat, ſed inſuper occurrunt viſcerum meatuumque labores, quibus de cauſis accidit, vt bilis ſtato tempore illuc meet, interpolatamque periodon faciat, quanquam geminet inſultus. minus ergo erit viſcerum vitium in exquiſita tertiana: maius in duplici: adhuc maius in continua, in quam ſpuria facilè degenerat. illud propterea in iſtis duplicibus tertianis obſeruandum occurrit, quod vna die turgeſcens bilis ſe exerit ſupera aut infera deiectione, altera vero deſiſtit hic exitus. ratio huius euentus eſt, quod bilis iam collectæ vbertas propter nouam ſucretionem ſic tumet & deſpumeſcit, vt partim per patentes viſcerum ductus ſe in ſanguinem inſinuet, vt febrilem faciat inuaſionem, partim trãſeat ad inteſtina, vt hinc cremori immixta ſe exoneret. altera autem die parcior reddita non ſic cyſtim felleam diſtendit, vt vtrumque præſtare poſſit. rapitur ergo ſolùm in intima quid huius ſuccreſcentis bilis, demiſſioremque ſubinde periodon facit. tunc enim bilis inſaniter furit, quando ſuæ vbertati ſtimuli adduntur, quod tertia quaque die contingit, vt aliàs dictum. Rationem etiam inde deſumas licet, cur in tertianis inordinati quandoque accedant rigores; quoniam nempe bilis recrementoſa in motum prona data occaſione promptè ſe exerit, ſpirituoſumque ſuo amarore ſanguinem affligit, ſed hoc tertianis interpolatis rarò contingit, vt ſæpè in continuis, dum adſunt occaſiones inordinatam hanc quaſſationem edentes, de quibus aliàs dictum.

23 Quotidianis febribus multiplices inſultus occurrunt, dum pituita recrementoſa depluit in ſubditas, partim naturali ſanguinis motu, partim ſuopte impetu. naturalis motus ſanguinis à cerebro ad iugulares fit nocturnis horis, vt ſomnum animantibus conciliet, cuius motionis effectrix cauſa eſt aeris nocturni frigiditas caput ſtipans, & exin leuiſſimum ſanguinem in ſubditas exprimens, ſicque nocturnis horis quotidiana febris ſuapte natura inualeſcit. haud infrequenter tamen contingit, vt ſuæ motio-

nis tempus pituita præripiat, denuò ſtatis horis nocturnis defluxura, vt de tertiana dictum. & hac ratione congeminantur quotidiani inſultus niſi tam impenſè æſtuauerint cerebri ſinus, vt & cumulatim recrementoſam pituitam recipiant, & eam inſimul totam falſiorem reddant. inde namque aſſiduæ febres, diſcriminoſaque alia inſurgunt mala ſuis enarrata locis.

24 De quartanis congeminatis haud diſſimilis eſt ratio. illud ſolum his peculiariter contingit, quod non tam promptè à caua, vt à liene multiplices euadunt. dum enim arteriæ humore è caua aſſumpto æſtuant, ſugunt deinceps à liene paratum, & exin congeminantur inſultus, qui in ſimul omnes non deſiſtunt, ſed plerumque dum vna ſoluitur quartana, altera adhuc vigeſcens properat, quod in tertianis duplicibus raro contingit, ratio temporaria innoteſcit tabulis in ſuperioribus poſitis, ſed materialis ratio eſt, quia iiſdem ductibus feruntur humores duplicantes tertianam, ſeſe idcirco Criſi conſequuntur, quod commodum quartanis geminatis abeſt, vt conſtat ex dictis in ſuperioribus.

25 Porrò febres ſeſe ex diſſimilibus naturis complicantes multiplices ſunt, ſemitertianarumque genus varium conſtituunt, de quibus pauca hæc. Tertianæ itaque febres ſiue intermittentes ſiue continuæ (nam omnium periodicantium, quantum ſpectat ad periodorum causã, ſimilis eſt ratio) quotidianis, aut quartanis, & ipſæ quartanæ quotidianis ſe adiungunt, indeque varia conſurgit periodorum idea. quotidiana enim ſimplici adiuncta tertianæ vna die ſemel periodicat, altera congeminat inſultus, & hæc legitima ſemitertiana eſt. duplex vero tertiana quotidianam complexa geminatum inſultum ſingula quaque die profert, alter quidem tertianarum, alter quotidianarum ideam gerens, quod in praxi non ſemel obſeruatum. aſt complexum fieri quartanarum & tertianarum febrium, hæc obſeruata, huiuſce rei nobis opinionem dederunt. quippe compertũ ſæpè congeminatas febres vna die lotium proferre aquoſum & album, altera bilioſum, idque non ſolùm ſtatis diebus, ſed & ſtatis horis, ac erroneos plerumque putatos inſultus, nunc horrores, nunc rigores proferre, quod etiam vnica id fieri die obſeruatum. quumque diuerſa hæc ſymptomata fiant ſuis varijs de cauſis, variæ quoque ſint oportet talium periodorum ideæ naturis redolentes quartanarum & tertianarum febrium, quum nec generationis harum febrium modus complicationem hanc abhorreat, disiuncti quippe ſunt fontes hos emittentes humores, vt etiam dictis conſtat. Exiſtimandum ergo complicari ſimplicẽ tertianã ſimplici quartanæ: duplicẽ tertianã ſimplici quartanę: duplicẽ quartanã ſimplici tertianę: duplicẽ quartanã duplici tertianę: triplicẽ quartanã ſimplici tertianæ: triplicẽ


quartanã

quartanã duplici tertianæ, quartanã quin etiã ſimplicem, duplicẽ ſeu triplicẽ quotidianæ adiungi, ac tandẽ triũ generum fieri cõplicatos inſultus diuerſas repræſentantium febrium ideas, de quibus complicatis febribus, quędã proferamus exẽpla, vt reliquæ deinceps innoteſcant adiunctiones.


26 Si itaque ſimplex tertiana ſimplici ſit quartanæ adiuncta, periodi hoc erunt proceſſuri ordine. Secunda morbi dies erit à febre immunis, tertia inualeſcet tertianus inſultus, quarta quartanus, quinta tertianus, ſexta à febre immunis. & quoniam diebus legitimè iudicantibus non ſe adiungunt inſultus niſi ſeptima morbi, & trigeſimaprima die; ideo in iſtis diebus ſolùm cadit criſis.



27 Quod ſi duplex ſit quartana ſimplici tertianæ adiuncta ſexta quęque die erit libera à febre, indiciumq. ferre de iſtis febribus poterit, quinta, vndecima, aut decimaſeptima, deinceps alij non occurrunt dies annexos periodos legitimè decernentes.



28 Duplici autem tertianæ ſimplex addita quartana periodorum hunc ordinem facit, vt tertia nempe quoq; periodo tertianaria congeminentur inſultus per aduentum quartanæ; eruntque dies dijudicantes ſeptima, vigeſimaoctaua, trigeſimaprima, & trigeſimaquarta.



29 Si autẽ triplex quartana ſit copulata duplici tertianę, ſingulis diebus duplicatus aderit inſultus. triplex vero quartana ſimplici tertianæ adiũcta alternis diebus duplicabit acceſſionẽ, perinde ac in ſemitertiana, ſed quartanæ febris idea diuerſa erit à quotidiana. in vniuerſũ ergo quoties multiplicia recremẽta ſeſe adiungũt, ſpuria vniuſmodi naſcitur febris eã repreſẽtãs ideã, quę recremẽto cõuenit pręualẽte in ea cõfuſa cõmixtione. aſt ſi recremẽta varia ſuis è fontibus ducta ſtatis tẽporibus ſpirituoſo ſanguini accedãt, diſparatas febres faciũt, quoad vſq; in vnũ corpus hi coaleſcẽtes humores aut continuã perincioſã, aut interpollatã ſpuriã efforment. Hæc de periodicãtibus febribus ſatis: (nã de quintanis, ſeptimanis, & nonanis opportuniori loco) illudq. firmum ſit, quod periodicantes febres, quàm magis à continuitate recedunt, tàm ſecuriores, quàm autem continuis ſe approximant, tàm periculoſiores euadunt. de continuis ergo deinceps,

 inceps,

inceps, vt harum innoteſcant pericula; harumque præſagitio habeatur.

30 Continuę itaq; febres iam dicta ratione non periodicantes, aliæ propriã habent ideã, aliæ partẽ inſequuntur affectã. priores ſunt in triplici ordine, prout nempe aprehendunt ſeu continentia, ſeu contenta, ſeu impetum facientia. Diaria namq; eſt febris, dum inſolitè, ſed ſolitariè ſpiritus æſtuant, propter eam quam ad id habent paratam naturam, quę nõ tam prompta eſt in cęteris, quæ corpora conſtituunt. ideoq; in Diarijs ſola peccat caliditas promptè ſe exerens, ac promptè deferuens, dum illæ corpulentiores abſunt virtutes, quæ à ſuccis promanantes ſtabiliter corpora mutant. Diariæ idcirco febres ſuam retinentes naturam, adeo benignæ ſunt, vt medicam non exigant tum in dijudicando, tum in curando peritiam, de quibus poſtea. quæ à continentibus ſeu ſolidis febres naſcuntur, diuerſimode ſe habent, vt nempe diuerſis modis continẽtes iſtas partes affligunt. nam dum corporis vniuerſitas torrido marceſcit ardore, vera tunc exurgit Tabes congenitum partium humorem abſumens, nutritioniſq. opus deſtruens, vt exin corpus vltima macie confectum decedat; quod verę huic Tabi, contingit, dum non pars aliqua, ſed vniuerſum corpus affligitur: quoniam nempe alibiles ſucci ſolidis è partibus euulſi, ſenſim arterias inuadunt, ſeq; per ſpiritus volutantes, fixum, aſſiduumque ardorem creant. Duplici namq; ratione maraſmodicæ adueniunt febres. altera accenſis illis ſuccis, qui alendis partibus futuri ſunt accomodi, altera æſtuantibus ac liqueſcentibus his, qui iam ſolidas partes conſtituunt, quia ardore hæ flagrant. duplex proinde maraſmi idea ſe offert, quæ facit, vt cauſarum variegantia diuerſa prodeant ſymptomata plurimorum errorũ anſam præbitura, ni ſint prorſus ſecreta. ſed quoniam maraſmi iſti plerumq; ardentibus inſequuntur, ideo de ardentibus nonnulla.

31 Sumit nomen ardens febris ab inſatio ardore, ſiue is in intimis ſolum maneat, ſiue forinſecus etiam ſe diffundat, aſſiduus autem eſt hic ardor ſpiritales obſidens partes, & ideo febrem acutam reddit; non tamen omnis acuta ardens eſt, nimirum ſi ſit deſtituta conditionibus ardentem efformantibus. quæ conditiones vt innoteſcant ipſum adeamus Hipp. bipartitam ardentium ideam 4. Acut. delineantem. vna eſt, dum venulæ ſiti, inedia, aeris æſtuatione, ſeu nimijs reſiccatæ exercitamentis, biliosos è carnibus æſtuantibus ichores alliciunt, & in ſe ipſas reponunt, vt febriant. altera non ab inareſcentibus naſcitur venulis, ſed à ſalſa pituita per venas defluxa, qua intima vruntur, extima perfrigeſcunt, vt in altera æſtuant non minus, quę forinſecus ſunt, quam quę intus manent, accidito; non infrequenter, vt dum extima inardeſcunt, parum intima vrantur, quanquam ſaliuationis abſit vbertas. Duplici ergo ratione ardens oboritur

tur

Digitized by Google

tur febris. vna fit acceſſu alieni humoris ſalſedinem nimiam præſeferentis pituitæq; conditione ardorem totum intus detinentis. nam pituita eſt quæ in ſubditis à capite defluxa, dum ardore ichoroſæ ac acris bilis commixtione innaturalis eſt reddita, inſuetam ſalſedinem profert. hæc ergo pituita cor inuadens & in arterias transfuſa ardentem illam febrem efformat, quæ ab humore naſcitur innaturaliter è ſuo fonte in ſpirituoſum ſanguinem defluxo, inde alimentum in ſolidarum partium ſucceſſurum alimoniam, temerationem ſumit, quanquam optimum ſit, quod iam ſucceſſerat. Altera ardens febris contrario modo ſe habet. quippe alimẽtum ſolidis appoſitum, illud eſt, quod vitioſitatem contrahit, dum ardore æſtuans ſanioſam induit naturam, quæ acris, mordax, & moleſtiſſima in affectas venulas ſuſcepta incendit vniuerſum corpus, vt exin ardens oboriatur febris. ſugunt autem ſanioſos hos ichores arteriæ promptius quam venæ, tum quia ipſæ ſuapte natura calore vigent, tum quia deplentur facilius, tum quia aſſiduo motu trahunt, ſicq; conditione vaſorum febris inſurgit: conditione autem ſuccorum accedentium, tenuiſſimam, mobilem, & aeream naturam obtinentium ardenter febricitant homines. quoties nempe noxium per cunctas arterias diſtractum, cor, ſpiritaleſq; partes incommodat, & offendit: inde enim inſana exorta febris ſitim intenſiſſimam facit, linguæ exhaurit humorem, mentemq; ſubuertit. ſin autẽ quod è carnoſis liqueſcentibus partibus ſe in arterias reponit, neq; quantitate exundat, neq; qualitate ſuam multùm excedit temperiem genuinã, leniora tunc exurgunt mala, quanquam extima membra impenſe æſtu caleant. vtcumq; verò corpus Laſſitudinibus affligitur, non quidem quia carnes affluxu ſuccorum acrium diuexentur; (nihil enim in cutim ſe profert, quanquam leuiſſimo etiam tactu doleat) ſed quia ab ipſis innaturaliter ſeponitur, quod illis commodè annectabatur. quod enim innaturaliter à parte aliqua egreditur, non minus labefactat excipientem locum, quam qui ſuo propio deſtitutus languеſcit. quocirca in iſtis febribus laceſſitur caro, quia ab ea ſeponitur, quod nutritionem mox mox erat præbiturum, ſeu iam præbuerat, frendet proinde, & dolet.

32 Huic opinioni Priſcorum quamplurimi adhæſerunt; ſed audire iuuabit Platonem ſic in Timęo philoſophantem. Mala autem, inquit, ſequitur valetudo, quando fit contra. nam quoties eliquata caro tabem rurſus tranſmittit in venas, ſanguis vna cum pituita multus ac varius in venis, coloribus diuerſis, amaritudineq; & acidis, ſalſiſq; infectus ſaporibus bilem, cruorem, & pituitam gignit quamplurimam. quæ omnia rurſus ſic genita, & corrupta, ſanguinem ipſum in primis inficiunt, & ipſa nullum nutrimentum adhibentia corpori, feruntur paſſim per venas nullo prorſus

natu-

naturalis circuitus ordine obſeruato. inimica ſanè iſta ſunt interſeſe, propterea quod nullum ſui ſibi inuicem prębent vſum, naturali propterea corpori, habitudini, ſuoque in ſtatu perſeueranti, diſſoluendo, & liquefaciendo plurimùm aduerſantur. portio namque carnis vetuſtiſſima cùm liqueſcit, ad digeſtionem concoctionemque ineptiſſima propter veterem exuſtionem nigreſcit: quia verò contabuit, penituſque exeſa eſt, amaritudinem contrahit, cęteriſque omnibus corporis partibus nondum contaminatis aduerſatur. & tunc quidem pro amaritudine niger ipſe color acerbitatem, & acrimoniam habet, eo etiam quod amarum fuerat magis attenuato. tùm vero amaritudo rurſus ſanguine tincta colorem habet rubeum, ſed nigro huic admixto felleum. prętereà flauus color cum amaritudine coit, quando ob ignis flammam noua caro liqueſcit. & nomen quidem omnibus his communem bilem impoſuit vel medicus aliquis, vel certè eo ingenio præditus quippiam, quo multa & diſſimilia dignoſcere poſſet, ac rurſus genus in multis vnum vno cognomento dignum inſpicere. quæ vero bilis ſpecies appellātur pro colorum varietate rationem ſingulis propriam acceperunt. cruor præterea, qui ſanguinis recidium, & defluxus eſt, leuis eſt ac mitis: qui vero bilis atræ acriſque, agreſtis, quando propter caliditatem ſalſo ſapori miſcetur. huiuſmodi autem quiddam, acida pituita nuncupatur. ſæpe vero tenerioris, recentiſque carnis portio quædam vnà cum aëre liqueſcit, deinde vento inflatur incluſo, humiditate protinus circumfuſa, fiuntque ex hoc ampullę quæ ſigillatim propter paruitatem videri non poſſunt: cunctæ vero ſimul, & in grandiorem tumefactæ molem conſpiciuntur, coloremque propter ſpumæ generationem habent album. Omnem hanc tenerioris carnis liquationem vnà cū ſpiritu factam, quæ ex humiditate vento circumfuſa tumeſcit, albā pituitā appellamus, recentis item pituitæ defluxum lachrymas atque ſudorem, & quęcumque alia, in quę quotidie corpus reſoluitur.

33 Hactenus loquentem audiuimus Timæum de ea generatione humorum innaturaliter ſe habentium, quæ fit ex liquata carne. quum enim ipſa caro ſit è ſanguinis corpulentia aſſumpta, corpus autem hoc componunt cibaria in vnum complicantia liquores diuerſarum facultatum, cōiūctim quidē profuturos, ſed diſiunctim obfuturos, ita caro ipſa ex hac eadem aſſumpta complicatione ritè ſe habet, ſi hanc vnionem ſeruet, laborat ſub horum diuiduo. & quoniam in ſuam compaginationem iam aſſumpſit bilem tum flauam tum atram, cruorem inſuper, ipſam pituitam, & aëroſas partes: ſic dum liqueſcit eoſdem humores profert, qui denuò in vaſis repoſiti ſanguinem aſſiciunt, vtpote ipſi iam alienigenę facti. Porrò à liqueſcente vetuſtiſſima, & aſſata carne atra defluit bilis, quia hæc

ſuapte

ſuapte conditione impingitur, hæret, pondereque degrauat, & ideo hæc maiori cum nixu ſe profert. bilis autem flaua tenuiſſima, & mobilis è carne recenti liquata defluit, non mediocri interueniente flamma, quæ exignam eius in carnibus contentam portionem abiungit, pinguemque ſubſtantiam effert. ſed cruoris natura leuis, amicabili nexu natiuo iuncta calori, vt è carne facilè ſeponitur, ſic in eandem ſocietatem promptè recipitur, ſeu aliò per coctionem emandatur. non ſic autem vetus pituita, & quæ iam pertinaciter carni adhæſerat. quippe à vetuſta carne liquata acidum, & ſalſuginoſum ſaporem gerit, quia non ſolitaria, ſed biliatræ admixta eſt. recens autem pituita à noua carne defluxa alba & mitis eſt: inflata enim admixtione quorundam ſpirituum ampullis tumet, ſpumoſaque viſcitur. cæterum quoniam à carnium compaginatione non recedūt hi humores, niſi actio violenta occurrat; inde fit, vt per gradus violentæ actionis magis ſtendeat tum diſſoluta pars, tum quæ liquamentum recipit. ſanguis enim ſub nigrabilo lethaliter laborat, minorem offenſionem recipit ab acida ſalſaque pituita, minus affligitur à flaua bile, adhuc minus ab ea pituita, quæ alba eſt, tandem leuiſſimè omnium à cruore, & à ſpiritu. hinc à liqueſcente carne inſurgunt febrium ideæ diuerſæ, duratione, & malitia, non autem continuitate, quæ omnibus æqua ab alimentoſis proficiſcentibus ſuccis. nam vt veriſſimum eſt corpus febrire, quia alienum quid ſanguini accedit, ſiuè illud fontes recrementorum emandent, ſiue ipſa ſanguinis officina noxium efformet, ſiue demum ex colliquatis carnibus emanet, vt inquā hoc veriſſimū, ſic pariter illud compertum, quod febres trahentes originem à propria ſuccorum alibilium vitioſitate, continuæ ſunt. idcirco Diaria quanquam leuiſſima, non minus quam ardens continua eſt. gerunt quippe Diariæ calorem in ſpirituoſum inacenſum ſanguinem, ſiue intimius inſurgat ob præſentiam cauſarum ardorem inuehentium, at reliquos ſuccos non turbantium, ſiue is ardor flagret propter circumueſtientes carnes leuiſſimam liquationem patientes, vt exin ſolæ aëroſæ partes igneſcant. aſt ſi vnam etiam benignus defluxerit cruor, non minus ac ſi ſanguis in intimis ferueat, alter ephimerarum exoritur gradus, qui protrahit Diariæ terminum ad tertiam ſeu quartam vſque diem. & iſtæ ſunt febres benigniſſimæ ab Hipp. vocatæ; quæ tamen degenerant per quam facilè in ardentes, ſi nimium liqueſcentia bilioſum tandem ichorem proferat, illudque in vaſa reponat. nec minus etiam ab iſtis diarijs in ardentes Degenerantibus Tabes conſurgunt, ſi nimium tantum in carnoſis partibus ſe inſinuet ardoris, vt liqueſcant ſeu violenter ad citum interitum, ſeu paulatinè ad diuturnam tabem.

34 Duplex ergo eſt generationis febriū hecticarū modus: vnus, dum

ſuccus

ſuccus alibilis vitioſus totus æqualiter redditus ſic ad ſolida membra fertur: quocirca nulla cum violentia tunc, ſed ſenſim & aſſiduè nutritionis opus ſubuertit,& membra depaſcit. oriturque hectica hæc à parte aliqua malè affecta, quæ totum ſuccorum alibilium vitiet, vt hi & calorem & ſaporem innaturalem gerant. inſolens propterea eſt, vt febris hæc ſolitariè occurrat, quia tunc & recrementa adoleſcunt & tument, vt ex pulmonum phtoe cõtingere compertum. Alter modus eſt, dum ipſamet ſolida membra affliguntur, quia ardore ſenſim liqueſcunt, liquatumque ſuccum ſenſim quoquè in vaſa reponunt,& hæc ſolitaria accedit, ac prius carnes ipſas in tumorem eleuat, mox liquat, ac tandem ſiccat.& acri calore vrget. poſtquam etenim recentem pituitam è carnibus liquauit profert mox bilioſas particulas, vt deinceps per fuſionem acrium & ſalſuginoſorum, pruriginoſa corpora euadant, in nigr orem tandem ducta, cum alui plerumque liqueſcentia ad citum præſignandum interitum, quod & altera tabe contingit. viſcus namque hecticam illam efformans ſanguineo ſucco conſenſiens iiſdem ſubiacet liquationibus, quibus & carnoſæ partes & ob gradus fuſionis ſeſe altius inſinuantis multiformia phtiſicorum naſcuntur ſymptomata, quæ iam dictis correſpondent. viciſſim enim comeant affectiones iſtæ, ſed promptius ab affectis viſceribus carnoſæ affliguntur partes, quia ab iſtis illę per ſuppeditatam alimoniam ſeruantur: viſcera autem à carnoſis non niſi communi conſenſione pendent. inde eſt, quod à liquatione ſolius carnoſæ ſubſtantię tabes exorta, ſolo deſiſtit balneo, quia deferuet illo auxilij genere ſiccus ardor, exeuntque per exudatoria vnguenta è carnibus liquamenta iam demiſſa, redit exin ad integritatem corpus, quia alimentum à viſceribus non firmiter affectis immiſſũ ſalubrem gerit conditionem. non ſic autem ſi interna viſcera iſtud liquamentum deponant, nam tunc auxilij illud genus aut inutile prorſus, aut ſummè damnoſum, quia in carnes allicit, & altius impingit vitioſitatem, aſſiduè à viſcere malè affecto ſuccreſcentem. hęc de febribus à continentibus exortæ ruditer dicta ſatis, non tamen parum ad prognoſim facienda, vt & ad curationem. proſequamur nunc reliquas continuas febres, quæ à ſuccis alimentoſis naſcuntur.

35 Continuæ itaque febres, quæ à vitioſitate pendent ſuccorum alibilium in duplici ſunt differentia, vt nempe alibiles ſucci aut ſub propria, aut ſubaliunde indempta laborent paſſione. eſt autem propria ſuccorum alibilium, vitioſitas illa, quam viſcerum labes non impreſſit, ſed eam ſeu ab ingeſt is, forinſecuſque accedentibus habent, vel eam ſitu, vligineque potiuntur, dum in vaſis ſtagnant. inde enim diuerſas conditiones ſanguis profert, vt ea ſunt, quæ potu, eſu, inſpirationeque aſſumuntur, quæ forin-

ſecus appoſita ſanguinem inficiunt. tunc enim, vlla; aut vix perceptibili viſceribus labe inuecta vertuntur alibiles ſucci; quaſi mutationem quoq; experiuntur, dum, præ meatuum occluſione indebitè vaſis hærent, perinde enim ac reliqui ſtagnantes liquores, hinc vliginem contrahunt, & in ſaniem ſeu pus abeunt. Aliunde labes indempta, quæ nutrientes humores apprehendit, venit à viſceribus, carnoſiſuè partibus malè affectis. (conſulto ommittimus recremenra de quibus abundè ſuperius) quippe operis communione, non poſſunt non ſibi inuicem conſentire, dum alibiles ſucci viſcerum actione ad aptam componuntur nutritionem, & ipſi alibiles ſucci nutrimentum vniuerſim præbent: labem idcirco ſibi inuicem impertiunt, hoc ſolo diſcrimine, quod diuerſam affectiones hinc exortæ ſortiūtur nomenclaturam, niſi in vnum conſpirent. vitioſus enim ſuccus iocinori accedens, dum viſcus illud quadantenus immutat, Typhodem febrem facit: at ſi altius malum in viſcus radicem egerit, Hepatitis morbus fit, qui iocinori eſt propius. pulmonibus quoque impertitus vitioſus ſuccus prius Elodē febrē, deinceps peripneumoniā facit. ſicquè diductæ habētur affectiones ſuccorū alibiliū primaria horum vitioſitate, ſeu aliūde adēpta.

36 Eſt altera per gradus malitiei, diſpoſita via aditum nobis præbens ad omnes continuarum febrium differentias ſumendas. nam fluidum illud corpus, in vaſis cōtentum, coactum eſt ex diuerſis ſubſtantijs, in vnum nutritionis opus conſpirantibus, ſi coctionis ope, hæ cuiq; membro pro debito accedant. aſt ſi corpus iſtud, priuſquam ad deſtinata membra perueniat ſuas partes abiungat, tunc quia perit vnitas, non amplius proficit, ſed labem infert. Sunt autem partes corpus hoc componentes Aer ſeu calidior ſpiritus, quo fluunt, & in vnum diuerſa ſeruantur, cui ad pabulum puriſſima cruoris additur ſubſtantia. mox accedunt tres alij vtiles humores, qui & ipſi in hanc vnionem ſuis facultatibus vigent, ſed conſopitæ hæ ſunt, dum in vnione manent, ſe exerunt ſi ſecretæ fuerint. ergo, vt de carnoſis partibus liqueſcentibus iam dictum; ſi aer ſeu ſpiritus incēdio ſolo flagrauerit, Diaria febris inſurgit, cui adiunctus cruor ſynochon benigniſſimam facit. nondum enim innaturalis ardor eò peruenit, vt cōpo ſitum diſſoluat, vnitaſq; partes ſegreget. aſt ſi deinceps leuior ſe exaret pituita altera diuturnior ſynocha ſe profert, quæ decreſcit à tertia die ad ſeptimam. nam quum ipſa pituita parum à natura cruoris recedat, vt quam facilè poſt cruorem ardet, ſic per coctionem promptè ad integritatem redit. verùm ſi penitius ſe inſinuauerit ardor, tunc flaua bilis, quæ freno cohibebatur, ſe profert, febremque edit in acutorum, & ardentium cenſu repoſitam, quæ multa gerit diſcrimina, potiſſimum ſi ob vlteriorem diſcompaginationem bilis atra tandem prorumpat.

37 Ad

37 Ad hanc autem diſcompaginationem venit ſanguis aut tumultuoſè, aut per ordinatos gradus. ordinati quidem gradus ſunt, vt prius inardeſcant ſpiritus, mox æſtuet cruor, inde pituita ſe exerat, ipſa bilis flaua poſtmodum ſuo furiat amarore; ac tandem vltimùm emergat atra. procedunt autẽ morbi quandoq; ſuis ſtatis temporibus, per hos gradus, dũ in dies ad extremam malitiam tendunt, vt atra tandem vltimum acutorum terminum adimpleat, vt ſuo loco plenius. Cęterum, dum confertim, ac protinus, ſuccorum alibilium partes ſeſe abiungunt, tunc peſtilens ea exoritur febris, quæ horrendiſſimis ſignis comitata, quarta, aut ocyus interimit. eſt quoq; peſtilens illa, quæ per gradus ad vltimum tandem venit, quia & hæc ocyus interimit, nullis miteſcens auxilijs. Sic ergo habemus febres procedentes per hos gradus diſcompaginationis vſque ad vltimam lethalitatem.

38 Pari ordine procedunt illæ febres, quæ à viſcerum, ambientiumue carnium paſſione naſcuntur. quippe & ipſæ gradibus diſtinctæ, vt appoſiti alimenti partes ſeſe altiùs diſiunxerint, & ab vnione receſſerint. & quoniam de iſtis quadantenus in ſuperioribus, ſolùm hæc breuiter addamus, quod membranoſæ, aridæque partes licet in ſeipſas propium alimentum alliciant, quoniam iſtud vix aſpectabile eſt, nullam partes iſtę, per ſe ipſas, febrem faciunt, quia nequeunt tantum abſe noxiorum abiungere, vt illud deinceps vaſa ſubintret. interuenit itaq; alter noxius ſuccus, qui maliſtiam ſuam vaſis impertit, & inde nedum membranoſas partes affligit, ſed corpus totum in conſenſionem trahit ſua prauitate, quam vel illuc tranſfert, vel inibi eam indipiſcitur. ſicq; in membranoſis cauiſq; partibus, ſuccorum collectione affectus naſcuntur prauitate, & malitia diuerſi, quàm diuerſus eſt ſeu aſſumptus, ſeu illatus malitiei gradus. inde ea ipſa ratione ſuperius, de ſucco in vaſis contento, dicta, Diarię, Synochæ, acutæ, ac valde exitioſæ febres naſcuntur, à cęteris ſemotæ, quia ſigna inſuper exhibẽt affectam partem indicantia, affectionis proinde nonýne comprehẽdũtur, dum collectum in ea parte prauitatem ſumpſerit, firmiterque illic hæreat, ſecus ſi pars illa, ſola communione, laboret. nam tunc partis affictio ſymptoma eſt febri adiunctum, vt in altera quæ ſtabilis eſt, febris eſt huic adiunctum ſymptoma. Accipiamus à Pleuritide exemplum. hæc dubio procul affectus eſt membranæ coſtas intimius contegentis, quæ, ſuapte natura arida, & excarnis, tantum in ſę noxiorum illicere nequit, vt, ſub inflammatione laborans, febrem toti corpori communem excitet. neceſſe ergo, vt, in cauis ductibus per eam diſcurrentibus, noxius ſe colligat humor, qui, dum partem illam inflammat, pleuritidis morbum edat; partiſq; propria eſt hæc affectio, cui febris addita ſymptoma eſt, licet ipſa febris diuer-

diuerſitatem habeat ſecundum gradus malitiei. Aſt ſi humor, aliunde prauitatem indemptus,per decurſionem febrilem ſe propagauerit in pleuram,tunc cruciatus is erit ſymptoma ipſius febris,ſuumque adhuc nomen hæc retinebit. & hoc non ſemel ab Hipp. proditum, dum dixit laterum fieri in febribus cruciatus, qui non ſunt pleuritici, quanquam pleuritico modo accedant.at,in viſceribus propria carne coactis, res diuerſimode ſe habent. componuntur namque viſcera, carneſque omnes, congeſtione ſuccorum alibilium, quos ſperma prius, mox ſanguis exerit ad nutritionem,& tutelam membrorum. quæ autem teneriora ſunt viſcera,vt facilè ſe replent,alibili accedente ſucco, ſic promunt hunc promptè, dum exprimuntur, aut liquantur;quocirca laborant nedum malitia ſuccorum ſeſe ad nutritionem colligentium,ſed inſuper mutantur in corruptellam, per quam illos exerunt ſuccos, qui iam partem formauerant, varie quidem modiſque diuerſis,quàm varij, ac multiplices ſunt corruptionis gradus,vt iam dictum,& hæc cuncta,vt reor,ſatis ſuperque explanant, quæ prænoſcenda, præſagiendaque occurrunt in morbis, per ea, quæ, ſunt ab eorum ſubſtantia, petita. reliquum eſt, vt de morborum magnitudine, & paruitate, vehementia, & remiſione, celeritate, & tarditate, verba faciamus.

39 Morbus itaque paruus ſeu exilis eſt, qui nullum adfert periculum, quia omni magnitudine, ac vehementia eſt deſtitutus. Magnitudo autem morbo ſe adiungit triplici ratione; aut nimirum eſſentia, aut partium laborantium conditione,aut cacoethia.Morbus ſuapte eſſentia magnus eſt, tum is,qui ab ea vitioſitate pendet,quæ ſuccos alibiles,modis iam enarratis,temerat, ſum is, qui etiamſi alios ſuccos, ignobilemque partem aprehendat, ſua magnitudine inſignis eſt, quùm nempe aut exundant recrementa,aut ignobilis pars tota, inſigniterque eſt affecta; inde enim, ex natura harum cauſarum inſigniter offendentium, magni naſcuntur ſuapte eſſentia morbi. Præſtantiores partes præſtantioribuſue inſeruientes, quia animorum munia edunt firmant,& ſeruant,ſi in morboſum ſtatum labantur,magnitudinem exhibent,& quam præſtantior eſt pars,& ad vitæ conſeruationem vtilior, morbus occurrens plus magnitudinis habebit, data humoris offendentis paritate.nam morbus quilibet, gradus malitiei,priùs ab humore offendente, mox ab affecta parte deſumit. conſtans tamen illud eſt, quod omnis harum partium afflictio, quacumque aduenìat ratione,& à quocumque humore naſcatur magnitudinem gerit quippe tam exilis in iſtis nequit eſſe noxa, quin periculum non adferat. Ratione demum cacoethiæ magnus euadit morbus, vel quia ipſi inſolita ſuperaccedunt ſymptomata, vel quia praua ſeſe offerunt cruditatum ſigna, quæ

morbo,

ſum quid hoc nomine deſignantes, ac perniciem cum malignitate confundentes, non ſine ægrotantium damno, & medicinæ dedecore. qua de re aureus extat Mauritij Tirelij libellus, quem voluit noſtro nomini nuncupare fidæ amicitiæ in notã, priuſquam ſonticum ac Faunum morbum ſubiret non ſine eruditorum hominum meſtitia. eheu muſarum ſuada, cur noſtris delitijs ſic fata inſidiarunt! ſed ſolemur, quia velint nolint hæc perennatura erunt eius nomen.

40 Vehemens eſt illa affectio, quæ dum impetuosè inuadit, corporis virtutes ſic oppugnat, vt ægrum in ſummo vitæ conſtituat diſcrimine, quod offendens cauſa facit omni fræno ſoluta, virtutes omnes proſternere, muniaque cuncta ſubuertere nitens. & hic eſt ille impetus oppugnãdus generoſa medicorum peritia, qui eo nomine eſt ab acutie diuerſus, quod acuties, vt dicetur, in motus celeritatem conſiſtit. impetus verò pẽdet à gradu malitiei ſecundum vehementiorem modum, quo inuadit, & offendit. Dictum namque ab Hipp. 4. Acut. in acutis paſſionibus ſanguinem detrahes, ſi vehemens eſt affectio &c. acutus propterea morbus eſt ſine vehementia, vt deinceps oſtendetur. Naſcitur autem vehementia, tũ à validitate humoris offendentis ſecundum gradus malitiei, ſecundum vbertatem, & ſecundum ſubſtantiæ mutationem: tum à concitatiori quo turget motu: tum à premente, & aggrauante quiete: tum demum à labore perniciem membris principibus afferente. hinc obſeruare eſt, diuerſa apud Hipp. extare vocabula multiplices malitiei gradus deſignantia ratione ſignorum, & ſymptomatum in morbis occurrentium. nam alia ex his dicuntur non bona, alia inutilia, alia mala, alia praua, alia pernicioſa, alia lethalia & mortifera. itidem alia maligna, alia difficilia, alia ancipitis euẽtus. quæ inutilia ſunt nec bona nec mala habentur; quę non bona primum malitiei gradum conſtituunt, in bonum facilè prolabentia, ac ſubinde nullo vehementi conatu offendentia. mox ſuccedunt mala, quæ ab altero malitiei gradu profecta naturæ opere, ſeu medico artificio, & ipſa bona fieri poſſunt. non ſic autem, quæ praua, pernicioſa, & lethalia. properant enim hæc, aut ſummum iam ſunt adepta malitiei gradum; vehementer idcirco offendunt, & naturã impetuosè oppugnant, vt opportuna tunc ſint generoſa auxilia, quæ ſuo tempore morbis extremis adhibita prauos, ac pernicioſos morbos ſæpè obtundũt: lethalibus autem ac mortiferis nullam opem ferunt, præuenta iam natura morbi vehementia ſola præſagitione indiga. in iſtis ergo quemadmodum in quibuſdam malignis vehementiã occurrit longè quandoq; ſemoueri ab his quæ difficilia, & ancipiti ſunt euentus, ſi magis quam ad interitum, ad ſalutem vergant. & hac ratione remiſſus erit affectus magnus ſeu acutus, qui certam ſalutem

promittit, etiamſi multùm premat ægrum. quod in praxi ſummopere attendendum, vt innoxia tempore, & modo præſcribantur auxilia.

41 Celer morbus eſt, qui ſuapte natura ad præfinitam metam concitato aſſiduoque motu tendit. & quia proprium ignis eſt omnia per omnia mouere ſpiritùum circumuolutione; propterea ſpiritus vitium contraxerunt, dum morbus celeri progreditur motu. hanc autem celeritatem naturales ſpiritus multa obruti humiditate nequeunt obtinere, ni altero impellantur ſpiritu, qui veluti concitata aura, aquæ motum præcipitem reddat. animales quoque ſpiritus ni aliena citentur violentia ſtabili ac interrupta motione procedunt. omnis idcirco celeritas & aſſiduitas pendet à vitali circuitione, quæ ſola aſſiduè, ac celeriter intro ac foris meãs impellit, & in concitatiorem motum (ſi & ipſa violenter properet) cuncta ducit. in omni itaque febre, quia tunc patiuntur vitales ſpiritus motus ad eſt celeritas maior ſeu minor; aſſidua ſeu interpollata vt impellentes ſe habuerint cauſæ. etenim ſegnior humor ſpiritibus accedens motus tarditatem præſtat ſtimulis deſtitutus. quod ſi ſtatis periodis accedat, & recedat; intercidit motum, licet ſuapte conditione motus celeritatem faciat, eius dum viget actio. quicquid ergo torpere facit ſpiritus, motum tardiorem reddit, nectens eorum circuitum. quod intelligendum, quoties vinciuntur ſpiritus ſuos per meatus diſcurrentes. nam in Letargo celeris eſt obliuio, dum ſuccorum craſſitie occluduntur quadantenus meatus, quos vitales ſpiritus permeant, vt animales deinceps creent: interim ſuis in locis vitales concitato motu feruntur, vt hinc ſubuerſo diſcurſu pereat promptitudo memoriam conſtituens. In febribus quin etiam editis vitio recrementorum non ſe prorſus ſanguini immiſcentium aut omnis abeſt celeritas ob eorundem craſſitiem: aut ſi tenuia hæc ſint, & ſe in motum agant præcipitem; non aſſidua, ſed interpollata erit celeritas, quia & ſtatis periodis recrementa ſe exerunt, & ſolùm, dum ſpiritus violento nixu offendunt; motus celeritatem faciunt. hinc quoties in exquiſitis tertianis vigent inſultus, motus quoque celeritas adeſt, quæ cauſa dempta interquieſcit ad nouam vſque eiuſdem violentis cauſæ inuaſionem. Febres etiã quæ ab infimi, ſuppremiuè ventris firmis affectionibus naſcuntur, quia communione vitales ſpiritus offendunt, aut ſegniter procedunt, dum noxium craſſitie hæret: aut ſi celeritatem adferunt, diſcontinuata hæc eſt, ni pertinaci conſenſione ſpirituum loca firmam tandem labem recipiant. omnino vt vera adſit celeritas firma interueniat vitalium ſpirituum vitioſitas oportet, quæ ſola eſt celeritatis cauſa; verę inquam celeritatis ſi ipſis firmiùs hæreat: ſecus ſi ſolùm communione accedat.

42 Hinc quænam ſit autorum natura deſumere licet. Acutus namque morbus

morbus motûs celeritatem, & aſſiduitatem habet; eius propterea firma ſedes eſt in ea circuitione quam faciunt vitales ſpiritus, dum hi concitatiùs properant, quàm conueniat ordini naturæ, quoniam nempe hi ad incaleſcentiam & effrænìorem motum mutati ſunt; quam mutationem recipiunt aut protinus dum inualeſcit morbus, aut temporis progreſſu. protinus quidem acutus fit morbus, vel quia ducti per vniuerſum corpus vitales ſpiritus mutationem illam cumulatim experiuntur quæ iis ardentibus laſſitudinis febribus accidit, dum bilioſi ichores è liqueſcentibus carnibus in ſanguinem allecti, motus celeritatem edunt, quanquam per gradus malitiei differant. remiſſus namque morbus motus celeritatem indemptus acutus eſt, ſi ſpiritualia loca offendat. hinc factum vt ab acutie vehementiam Hipp. ſeiunxerit, dum faciendam in acutis monuit phlebotomiam ſi vehemens ſit affectio. quippe contraria ratione acutus morbus non exigens ſanguinis detractionem remiſſus erit, quia nempe ad ſalutem, & ſi acutus; tendit. altero modo morbus protinus euadit acutus, ſi illæ partes firmiter laborent, quæ ad vitalem circuitum præcipuo opere conducunt, quales ſunt ſpirationi inſeruientes intra Thoracem contentæ. nam quæ forinſecus iacent non primariò, ſed adiuuante opere reſpirationi inſeruiunt. ergo ſi affiicti ſint interni thoracis parietes, ſeptum pectora tranſuerſim ſecans, pulmones, ſeu vaſa quæ propè cor ſunt, vt exin vitales ſpiritus celeritatem & aſſiduitatem motus indipiſcantur, acutus vtique morbus erit. reponuntur propterea in acutorum cenſu ſolùm pleuritis, peripneumonia, Letargus, Phrenitis, & Ardens febris: quippe paſſiones ſunt quæ vitales ſpiritus adigunt in iam dictam acutiei conditionem.

43 Cæterum haud infrequenter contingit, vt affectus qui partis afflictæ conditione acuti ſunt, motus celeritatem protinus non exhibeant, ſed eam tractû temporis aſſumant, molliterque incepti, deinceps celeriter properent. quod accidit non quidem partis affectę, ſed humoris offendentis conditione. is enim craſſitie hærens ſpiritus ſegniter in motum ducit, mox deſciſcens, celerem motum acquirit. & hac ratione diuturni quoque morbi in acutiem tranſeunt ſeu veram ſi firmiter, ſeu extemporaneã ſi per tranſcurſum ſpiritualia offendant. quocirca non ſemel ab Hipp: proditum morbis diuturnis addi acutas febres, quæ viciſſim accedunt, & recedunt ob hanc extemporaneam conſenſionem. & hac ratione acuti quoque ſeſe excipiunt morbi, naſciturque plerumque à pleuritide peripneumonia, & ab hac ardens febris, à qua & Letargus, & Phrenitis. Acutiei autem gradus non à celeritate motus, ſed ab ipſa deſumuntur vehementia, quæ vt altiùs ſe inſinuauerit, periculoſiorem vſque ad vltimam lethalitatem morbum reddit; vt contra tam certis ſecuritatem ſanationis

morbus promittit, quàm à vehementia decedit, licet par ſit motus celeritas. nam quarta die & ocyus ex acuto morbo ægri decedunt, perinde ac ſanantur: quod ipſum decimaquarta, quæ vltima eſt acutorum contingit. Additur ergo acuto morbo vehementia ſeu remiſſio, non ad celeriorem aut tardiorem motum, ſed ad ſecuritatem aut diſcrimen: quippe celeritas ſolùm durationis ſpacium, vehementia verò impetum reſpicit inuaſionis, quo vires oppugnantur.

44 Qua ſtante Hippocratica doctrina perſpicua eſt ratio, cur dixerit Hipp: in acutis paſſionibus ſanguinem eſſe detrahendum ſi vehemens ſit affectio. quum enim vehementia gradum impulſionis deſignet, per quos ægri ad interitum tendunt; danda vtique opera, vt impetus is ſe obtundat generoſis auxilijs. naſcitur autem in acutis impetus à vitioſitate altiùs in ſanguinem immiſſa, quæ non alio auxilij genere tam promptè corrigitur, quàm phlebotomia. ergo phlebotomia opportuna eſt in acutis vehementiam habentibus, inutilis plerumque, vtinam non damnoſa in acutis remiſſis ad ſolutionem naturæ munere tendentibus. nam vt in illis per hanc morbi impetus obtunditur, ſic in iſtis opus naturæ plerumque ſeu tardatur, ſeu ſubuertitur magno cum ægri diſcrimine; peccantque non rarò in hoc Medici ſua imperitia, quæ audaciæ & timiditatis eſt peræquè nutrix, vt ſua in Lege proditum eſt ab Hipp. hi namque morbi conſpecta vehementia timidi plerumque hærent in adminiſtranda phlebotomia, dumque in poſterum pauent lapſum virium, ægros in certum exitium præcipitare ſinunt; vt è contra dum natura ſuis viribus munita integram noxiorum ſepoſitionem molitur inopportuna phlebotomia, alioue audaci auxilio totum hoc opus ſubuertunt. Sapienter idcirco monuit Hipp. faciendam eſſe ſanguinis detractionem in acutis vehementiam præſeferentibus, vt horum impetus quadantenus deſiſtat.

45 Non eſt tamen vt à conſpectu vehementiæ protinus conſilium capiamus detrahendi ſanguinem, quoniam ſunt acuti vehementes, qui hanc renuunt, ruuntque promptiùs in præceps temerario hoc auxilij genere. Addit proinde Hipp. in hiſce acutis vehementibus ſanguinem eſſe detrahendum ſi virium adfuerit robur, ætaſq; floruerit. quibus in verbis illud notatione dignum, quod ad virium conſiſtentiam addidit ætatem floreſcentem, quaſi ad hanc in acutis vehementibus permittendam ſanguinis detractionem non ſat ſit virtutum robur, ſed inſuper oportet, vt ętas quoque floreat; quod ſummo factum ab Hipp. artificio agnoſcimus. quippe in iſtis auxilij generibus adminiſtrandis, illud ſummopere attendendum, vt poſt detractam vehementiam natura adhuc in ſuo robore maneat, adhoc vt poſſit reliquum morbi euincere, & detractum tam morbi impetu,

quàm

quàm medico opere reſarcire. aſt dum, per ætatem decreſcentem, viſcera à ſuo robore deficiunt, non amplius innoxium, alendis partibus, ſuppeditare queunt alimentum, (nam ſi ſic, nunquam corpora decreſcerent, nec interirent) vt faciunt, dum florent, quippe alimentum tunc, & deperditũ redintegrat, & inſuper corpori ad augumentum molem addit. in iuuenibus propterea vitalis circuitus promptiſſimus eſt, qui ſegniter in ſeneſcẽtibus ſe habens, facit, vt iſti non admodum acutè febriant, ſed diuturniùs quàm iuuenes data morbi paritate, ægrotent, difficiliùſque à morbis reualeſcant. expetit ergo Hipp. præter robur virtutum, floreſcentiam ætatis, non ſolùm, vt præſens ſtatus maneat, ſed vt vires, deperditũq; tũ morbi vehemẽtia tũ auxiliorũ generibus redeant in ſuam normam, ad quod poſtremum, ſenes inhabiles ſunt vitio ætatis. cedro digna ſunt hæc Hipp. verba longiùs quàm noſtrum erat inſtitutum, explicata, quoniam ab alijs multa fuere ommiſſa non ſine medicinæ incommodo.

46 Reſtat, de tarditate celeritati oppoſita agamus. tardus itaque morbus eſt tum is, cuius effector humor motui reſiſtit, tum is cuius ſedes longè eſt à vitali circuitu ſemota. motui ſe opponit craſſus humor, doloſitatem in prauis, mollitiem in acutis, in diuturnis tarditatem gerens. hæreſcens namque craſſities violentia offenſura motum retardat, ſed inſidiosè ſerpit, quod acutis molliter incipientibus, mox ſuam celeritatem exerentibus contingit. quippe motum retardat hæreſcentia ſuccorum partes aprehendentium ſpiritales. acutiem gerit affecta pars, affectioniſque modus ſpiritus in celerem adigens motum, licet ipſa non ſe exerat celeritas, quia craſſitie obruta, doloſè, ac latenter ſerpit. periculoſæ idcirco ſunt acutæ affectiones, quæ molliter inceptæ, tractu mox tẽporis acutiẽ magis proferunt, quia dolum machinantur, & ad acutiem, per cacoethiam, deueniunt. tollit autem omnem acutiem humor craſſus partes etiam ſpiritales ſolitariè aprehendens, quia ſuapte conditione diuturnitatis eſt author, nec vllam, aut ſaltem interpollatam febrem creat. Sic Apoplexia, Epilepſia, Ortopnea, aliaque conſimilia mala craſſitie humorum, edita, quanquam ſpiritales partes, ſummo cum diſcrimine affligant non ſunt in acutorum cenſu repoſita, quoniam ſuapte natura nec aſſiduam febrem gerunt, nec motus celeritatem habent; quia diuturna morari poſſunt. abſunt autem multò magis ab acutie illæ affectiones, quæ nullum, aut exiguum habent cum ſpiritalibus comercium, vt ſunt neruorum diſtenſiones, paraplegiæ, & alia huiuſmodi mala: quinetiam interpollatæ omnes febres tam ſinceræ quàm ſpuriæ ad continuitatem adactæ, tardos ac diuturnos morbos edunt, quoniam ſi celeritatem aliqualem habent, abſunt à continuitate, & dum continuitatem obtinent, deſtituuntur motus celeritate,

illudque in omnibus affectionibus, vt veriſſimum habetur, quod quàm maior erit humorum craſſities, tam motus erit tardior. & quanquam ſit Hipp. dictum, fieri acutos morbos quoſdam à bile, & pituita defluxa; ſciendum, quod in diuturnis craſſi dominantur humores, ſubſeruiunt feruidiores & tenues: in acutis è contra vigent tenues, & æſtuantes, ſubſeruiunt ad malitiam, & doloſitatem craſſi & hæreſcentes. partes denium à vitali ſummotæ circuitione, ſub quacumque laborent afflictione, motus tarditatem gerunt. nam inde ſe propagantes noxij humores, ab febrilem vſque inualeſcentiam, ni acutus inde morbus ſuccreſcat, diuturnitatem parant, fiuntque mixtæ quandoque affectiones, ſi ſtabiliatur acuties. nam per tranſcurſum acuta febris, fit non diù manens, vt ſuperius dictum. dantur propterea morbi, qui magni, graues, & vehementes, nullam tamen ſuapte natura præſeferunt acutiem, niſi dum aut ad interitum, aut ad Criſim per mutationem tendunt.

47 Sed priuſquam finem huic ſectioni imponamus duo corolaria addenda, vnum de mentis ſubuerſione, alterum de virium infirmitate: non parum quippe hæc ad prognoſin faciunt; & quantum attinet ad primum. Spiritus qui vnus & idem animorum miniſteria adimplet triplicem facit circuitionem, quarum prima, ſegniter ſe habens, infimum circuit ventrē. ignis enim noſter illic, cibariorum obrutus humiditate, tardè procedit, eaque ſolùm munia exercet, quæ propria ſunt naturæ in alimentum intentæ, nàturalis proinde dictus hic circuitus. huic multæ obueniūt paſſiones, ſed deliratio nulla, quia animæ, hoc opus eſt, intellectione nulla vtentis. anſam tamen ſuppeditat reliquis circuitibus, vt benè ſeu malè ſe habeant, quia nutrimentum toti corpori parat, quocirca, ſi præter modum inaruerit, ſeu maduerit, inareſcunt, ſeu madent & reliqui. Alter circuitus ſegnis & ipſe eſt, ſed diuerſa ratione. non enim humiditate obrutus torpet, ſed ſiccitate firmatus hæret, quum ea regat ſenſuum inſtrumenta, per quæ intellectionis obiecta, viſione potiſſimum, & auditione accepta, animis impertiuntur. ignis propterea is puriſſimam naturam obtinens, & ab exundanti humiditate ſecretus, promptè obiecta recipit, eaque ob ſiccitatem ſtabiliter ſibi adiungit, fitque anima ſapientiſſima ſi debitè is circuitus ſicceſcat. turbationes idcirco ad intellectionem ſpectantes exhibet ſi aut calore æſtuet, aut nimia humiditate torpeat; & ſtabiliter quidem intellectionem turbat, ſi vitium à natali ſorte contraxerit. inde enim ſtolidi, inſenſati, & amentes, viſa, & audita nec dignoſcunt, nec detinent ingenij promptitudine ſeu memoria prorſus deſtituti. Sed quoniam vnus animus vnum habet ſpiritum, quo, per inſtrumentorum varietatem, diuerſa exercet munia; ideo alter huiuſce ſpiritus interuenit circuitus, qui medius inter

inter hos,cuncta regit, diſponit, ſingulíſque virtutem tribuit, vt ſua edant opera. hunc circuitum facit inſitus cordis ardor, intrò,ac foris,vniuerſim, & aſſiduè means varijs ſe adaptans inſtrumentis, & habitudinibus,vt cuncta ipſe animi opera promat. quippe calore viget,humiditate verò, & ſiccitate moderatus eſt; hacque ratione cęteris conſonat circuitibus,eoſque non minùs efformat, quàm regit; eius tamen præcipuum in hominibus munus eſt exerere ea opera, quæ ad intellectionem ſpectant, ſi ritè ſe habuerit, ritèque parata ſint viſa ab altero circuitu, qui circa ſenſuum organa verſatur.

48 Duo ergo ſunt circuitus, qui ad intellectionem faciunt. vnus qui parat obiecta ſenſibilia,ſuis ex organis,ſumpta;& hic,in cerebro, & ab eo ductis partibus fit, quum illic ſenſuum maneant inſtrumenta. Alter, qui intellectionem complet,vtique fit vbi princeps reſidet facultas; hanc autem nunc cum Hipp. 1. de Diet. accipiamus reſidere in cor: ergo vitalis circuitus eſt qui intellectioni complementum dat, hocque animæ præcipuum munus exerit. inde eſt,quod turbantur quandoque phantaſmata,& intellectio inlæſa manet: aliquando verò læditur intellectio, quanquam phantaſmata ſint pro debito ſuſcepta. nam licet quàm vnus animus, vnus ſit ſpiritus, quia tamen animorum, ſe ad inſtrumenta adaptantium, diuerſa ſunt opera,diuerſę quoque apparent virtutes,non quoad animi ſubſtantiam,vnitatem perpetuò ſeruantem,ſed,operationum varijs ſe exerêtium inſtrumentis diſcrimine: ſic & ſpiritus vnius animi miniſteria adimplens, vnus quidem ſubſtantia,multiplex eſt operatione, vt nempe inſtrumentis vim ſuam expromentibus,ſe adaptat. hinc eſt quod ſubuerſus animus,quò ad intellectionis criterium,non conſequenter ammittit,quæ per ſenſuum inſtrumenta ſe exerunt munia, ni tale ſit circa cor contractum vitium, vt exin ipſa quoque turbentur phantaſmata. quod ipſum phantaſticæ accidit virtuti, quæ vehementer turbata, facit, vt mens quoque vacillet. vtrumque tamen ſolitarium diù manet, dempta ſuppeditatione.

49 Eſt autem prima,& immediata labes,quæ delirationem edit, ſpirituum inęqualitas,quà viſa diducuntur, perinde ac accidit in ſpeculis multarum facierum;quam inęqualitatem præſtat motus eorumdem ſpirituũ, tum ſegnior, tũ concitatior, dum ſic hoſtiliter hi offenduntur, vt per ſubſtantiæ mutationem,partiumque hæreſim,inęqualitatem hanc gerant, ſiue id firmiter, ſeu momentò contingat. quoties enim, concitatiùs quàm par eſt,ſpiritus feruntur,ſe ſe diſtrahunt,perinde ac facit flamma,ſeu aqua impetuoſo flatu impulſa, indeque ſumpta phantaſmata menti diducta ſe offerunt, munuſque intellectionis quiete indigum, concitatiori hoc ſpirituum motu, præripitur. inde eſt, quod ira æſtuantes, nec viſa ritè percipiunt,

piunt,nec,vt par eſt negotia diſcernunt, quanquam aliàs prudenter ſe gerant. ſicque phrenitici delirant ſtabiliter, momentò ardenter febrientes. Segnior quoque ſpirituum motus hanc eandem inæqualitatem facit, perinde, vt accidit ipſa flammæ ſegniter ductæ; & hoc facit tum naturalis ſpirituum habitudo, vt in timidis, & meticuloſis,qui, quæ non vident,falsò ſe putant videre deprauatèque cuncta diſcernunt; tum etiam acceſſu bilis atræ, non quia craſſiores inde, & nigriores reddantur ſpiritus, quoniam acido hi non diluti liquore,craſſi,& nigricantes ſuapte natura ſunt, vt eſt in læuo cordis ſinu videre:imo craſſities,& nigredo æqualis manens lucidum ſplendorem profert,ſpiritibus vtique opportunum, ad munia ea præſtanda,quę menti ſunt propria;ſed quia humo is melancholicus,dum ſuo indebito frigore,& acore ſpiritus ſtringit, eos in multas & inæquales diſpergit facies; quod ſi nigricans & craſſior ſanguis ſubinde acceſſerit, tunc firma, & ſtabilis inſurgit melancholica habitudo, quæ & maniacos homines reddit ſi inſuper ardor acceſſerit; frigoris namque,& ardoris miſcellã ſtabiliter delirant, & furiũt inſaniter.hinc bona à mania Ecſtaſis, vt, per exceſſum huiuſce caloris diſtracta maneat hæreſcens atra, meatuſque ſe adaperiant. ſuis namque anima ritè fungitur muneribus, dum ſic ignis, & aqua ſe habent,ait Hipp. 1.de Diet. vt ignitus ardor,ſtatis legibus poſſit omnia per omnia mouere, & ipſa aqua opportunum nutrimẽtum ipſi igni præbere,ne ſcilicet caloris vbertate motiones concitatiores ſint, aut nimio madore torpeant,quæ poſtrema ſomni quoque,& vigilię eſt cauſa.

50 Spectant autem ſomnus & vigilia ad ea animi munia, quæ intellectioni inſeruiunt. nam voluntarius motus, ſenſus, phantaſia & ipſa mens, à ſomno & vigilia patiuntur, idcirco paſſio eſt duorum circuituum intellectioni ſe adaptantium, hac ſcilicet ratione, quod licet animales ſpiritus vitalium ſint germina, peculiarem, vt dictum eſt, in cerebro partibuſque inde emanantibus, circuitionem faciunt;accidit propterea, vt vna affecta circuitione, altera illæſa maneat, dummodo notabilis non ſit affectio ad vitalem præſertim circuitum ſpectans; ſed ſi ad meatus vitium attineat, vterque, aut alteruter ex circuitibus laborat. hinc ratio innoteſcit, cur ſtertentes,ac arctè obdormientes, nec motum vllum edunt, nec ſenſibilia obiecta ſumunt, nec illis inſomnia occurrunt. quippe occluſi arctè ſunt meatus ad vtrumque ſpectantes circuitum, feriantur idcirco cuncta animi opera, ad illos attinentia circuitus. aſt ſi meatus occludantur ſolùm ad animalem facientes circuitum, meet autem promptè vitalis, tunc inſtrumenta ſenſuum, in ſomnis, labuntur, ſed homines putant ſe eſſe experrectos, quia mens adhuc vigilans munus intellectionis adimplet. dum autem quandantenus & hi pauſant ſpiritus, imperfecta occurrunt inſomnia,

nia, quia mens quadantenus obtorpeſcens, non ritè circa phantaſmata ſe exercet. inde eſt, quod veriora ſunt inſomnia matutinis occurſantia horis, quia tunc, ſolutis vinculis, puriſſima ſe exerit mens, laxatura mox reliquas ab ipſa emanantes virtutes. in noctambulis verò, res contrario modo ſe habet; in his enim circuitus ad animalitatem ſpectans ſolutus eſt, (ambulant enim, vident, & audiunt obdormientes) vinctus autem quadantenus eſt vitalis ne ſint omnino experecti. dormiunt igitur, quia ab occluſione quadam arteriarum carotidum, impeditus eſt tranſitus ſpirituum vitalium ad cerebrum, ſed munia animalitatis exercent, quia ille circuitus ſolutus eſt, vt viſa menti delata per inſomnium, imperent ſenſuū inſtrumentis illa opera, quæ à deprauata proficiſcuntur imaginatione. proinde noctambuli ſunt, qui turbulentis, ac tumultuoſis turbantur inſomnijs, nec reminiſcuntur ijs, quæ in ſomno peregerunt, quia mens quadantenus torpet, vt in Epilepticis, quorum motio animalis deprauata eſt. Sic ergo fit, vt alteruter horum circuituum, aut vterque laboret ſpirituum immutatione, meatuū occluſione aut reſeratione, locorum inſuper in quæ labuntur, diſpoſitione. nam excipiens pars ſi à debita conſtructione, & craſi receſſerit, ſpiritibus accedentibus labem impertit, ſi validiùs nempe agat, & quod innaturaliter immutet, quàm emendet, quod ſecundum naturam eſt.

51 Illud quoque vt eximium annotandum, quod, ratiocinatricis potētię opus eſt, interna locutio cogitatione quadam peracta, ad cuius exēplar externæ ſe componunt voces, corporeis inſtrumentis, prolatæ. cuilibet enim compertum, quantas locutiones animus meditando intra ſe efformet, quę, in pectoribus factæ, voluntatis nutu, mox ore ſe proferunt, debita autem ad id corporea requiruntur inſtrumenta, quia vox aeris colliſi eſt ſonitus, & vt aer multifor̀miter, ac flexuosè ſe collidit, ſic dearticulatiorem vocem edit. inſtrumenta autem hæc, in hominibus peculiariter reperta, ſunt multiformes membranulæ mediaſtinum interſecantes, in quibus, dum meditatur animus, per lenē motionem alliſus aer, illas quas percipimus internas voces, efformat. hinc deſumas licet, locutionem omnem opus eſſe facultatis circa cor meantis, quæ eſt ipſa mens diſcurrens: vitium idcirco huic facultati impertitum in vitalibus ſpiritibus manet, inſanæque inde locutiones, & cogitationes prodeunt, ſtabiles, aut extemporaneæ, vt ſe habuerint iam dictæ conditiones.

52 Secundum corolarium eſt de imbecillitate virtutum, qua de re, hęc pauca aureis verbis ab Hipp. prolata, nunc explicaſſe ſufficiant. Secundo itaque Acutorum agens Hipp. de victu in acutis accommodo, poſtquam enumerauit mala ægrotantibus contingentia ex mutata viuen-

di nor-

di norma,& quantis cauendum cautionibus,ne venę,aut prorſus exinanitæ concidant, aut nimio ſucco repletæ indebitè tumeant, erraſſe non ſemel contemporaneos medicos docet, magno cum ęgrotantium diſcrimine, & medicæ artis dedecore. hoc autem factum, quia diſtinctius haud cognouerunt quænam ſint occaſiones viriū imbecillitatē afferentes,addit & deinde hæc. Neque ſanè ita peritos video medicos,qui, vt oportet, dignoſcant eas, quæ in morbis contingunt virium infirmitates, & quæ ob vaſorum inanitionem, & quæ ob aliam quampiam irritationem, & quæ ob laborem, & quæ ob morbi acumen fiant; quas item natura noſtra,habituſque ſingulis, affectuum ſpecies omnigenas fabrefaciat, quamuis cognitæ ſalutem,& mortem ignoratæ afferant. hactenus ipſe. quibus in verbis, quinque ipſe enumerat occaſiones, quibus diſtinctis modis, vires, ad animalem pręcipuè ſpectantes circuitum,ſic offenduntur,vt prorſus concidant. Prima eſt vaſorum inanitas defectu alimoniæ. quoties enim deficiunt alibiles ſucci vaſa depleta concidunt, & vires corporum retrices pabulo deſtitutæ pereunt. ſed hæc occaſiò ſi ſolitaria aderit in morbis facile tollitur,ciborum additione,qua vires reuiuiſcunt, dū viſcera adhuc in ſuo robore manent.nā conclamati reuiuiſcunt quandoq; exiguo vini hauſtu, alioue alēte auxilio, quod nō ſemel ſuis tēporibus ridiculo errore cōtigiſſe narrat Hipp.monuit idcirco aliàs,vt diligenti cautione curemus, ne venæ paucitate ciborum concidant,quoniam in morbis longis ſemper,& in acutis in quibus nō cōuenit,tenuis,& exquiſita dieta ſūmè periculoſa eſt, grauioraque occurrūt errata in tenui,quàm in pleniori victu.Secunda imbecillitatis occaſio,omnia comprehendit irritamenta corporibus occurſantia, ſiue ſuccorum depletionem faciant, ſiue animum violenter turbent, affectuſque varios excitent, cui occaſioni attendendum ne nos fallat præſenſio. nam ſi concidant vires, qui a ſucci nimio, aut inopportuno exhauriantur fluore, ſiſtendus eſt hic fluor, tollendæque animorum paſſiones, & alia facienda, quæ cauſis vires proſternentibus occurrunt. Sequitur alia imbecillitatis occaſio à labore profecta. laboris autem nomine, virium illum notat lapſum, dum premuntur vaſa ſuccorum exundantia, ſeu viſcera pondere grauantur. vires enim ſic obrutæ languent, non ſine imperitorum fallacia exiſtimantium lapſum hunc à ſuccorum proficiſci inopia, morbiue acumine: refectioni idcirco dum hi ſtudent, morbique infringere tentant acumen, ægrum dant in præceps. Malum ſiquidem magnum eſt,inquit,ſi ob laborem,morbique acumen debilitato porrexerit quis potum, vel ſorbitionem copioſiorem, vel cibum, debilitatem eam ex vaſorum inanitione contigiſſe arbitratus. 2. idcirco, & 3. de Diet. laborioſas has curaturus affectiones monuit, vt detrahantur ci-

baria,

baria, addanturque exercitamenta, ſi fieri poteſt, ſin minùs purgantia opem ferant. De morbi acumine iam dictum. acutus namque morbus, ſuapte natura, vitalem circuitum incommodans, vires proſternit, potiſſimum ſi vehemens ſit, & ad lethalitatem tendat. Poſtrema infirmitatis occaſio eſt natura, & habitus cuiuſque ægrotantis. qui à natura enim ſupernè ſunt picrocoli difficulter inediam ferunt, leuique de cauſa incidunt in animi deliquia. pariter cutim raram habentes concidunt viribus deſtituti, etiam ab exiguo morbo, quia alimenta per inſenſibilem tranſpiratum facilè exeunt, ſeu inopportunum ſudorem pariunt. iſtis ergo de cauſis concidunt vires, nec aliæ reperiuntur occaſiones, quum virium eſſentia tota pendeat à partium conſtructione, & habitudine, à ſuccorum itidem alibilium debita quantitate, & qualitate, quæ cuncta illis ſolùm ſunt ſubiecta vitijs, vt diligenti conſtat examine.

SECTIO QVARTA.

MEDICVM CRITERIVM, QVO MORBORVM PRAENOSCVNTVR EVENTA.

1 TANDEM, poſtquam in aperto protulimus vim temporis, naturæ, & humoris morbifici, ſacrum naturæ antrum ſcrutemur, vt inde ea hauriamus oracula, quæ morborum omnium euenta recludunt, & palàm, veluti in exactiſſima praxi, exhibent quicquid humanis corporibus contingit, ex morbi, naturæq; certamine, vt hoc Criterium ſit, quo & exiſtimatrix vis ſuum ad Amuſſim adimplet officiũ, & loca iudicij conſtituuntur. per exempla itaque oſtendamus, quomodo ſe habuerit iam ſtatutum iudicationis tempus, in quibuſdam ægrotantibus, quorum enarrationes apud Hipp. leguntur, deinde particulatim de criſis ſpeciebus, & de his quæ inde occurrunt verba faciemus.

2 Mutationes morbis occurrentes, aut ſolius naturæ ſunt, aut ſolius humoris morbifici, aut amborum inſimul. mutatio quæ ſolius eſt naturæ, accidit connutritis morbis, qui ſeu paulatim coctione decedunt, ſeu taxim vlla abſque violentia ægrum conficiunt. natura enim, vt ſenſim

apti-

Digitized by Google

aptitudinem ad incolumnitatem recipit; ſenſim quoque morbum imminuit, ſicque per ætates ſe immutantes abeunt connutriti morbi, quia meatus ſe reſerant, & viſcera æquabilitatem nanciſcuntur, & hac ratione a ſola natura connutriti affectus mutantur, aut ſecus. mutationes autẽ, quas edit morbificus humor ſolus,ab eius veniunt turgentia, duciturque ſic morbus,ad vltimam lethalitatem vſque,vt virulentis accidit paſſionibus,nullum ordinatum motum ſeruantibus,de quibus propterea non ſunt certa preſagia. Cæterum dum natura inſimul, & morbus ſuas exerunt vires, tunc mutationes emergunt, quæ ſtatis temporibus factæ, actionem naturæ regentis, & in bonum ſtudentis deſignant, licet quandoque hæc deficiat, & aduerſario palmam cedat. vtralibet enim criſis eſt ſtatis temporibus facta,in acutis quidem à prima,vſque ad decimamquartam diem: in reliquis diuturnis ad centeſimam vigeſimam vſque,deinceps enim mutationes ſunt ſolius ſe immutantis naturæ, vt ſuperiùs dictum.

3 Acuti itaque omnes ſuæ ſolutionis terminum habent diem quartadecimã. non perinde tamen ſequitur,acutos fore omnes intra hunc terminum ſolutos. magnæ etenim ac vehementes affectiones celerem ſuapte natura motum non habentes deſiſtunt haud infrequenter intra hunc ſpacium, vt faciunt benignæ,ſignis ſecuriſſimis fulcitę, quarta aut ocyus terminum ſuum habentes. degenerant tamen iſtæ affectiones perquam facilè in acutos morbos, ſeu extemporaneam acutiem indipiſcuntur, vt celeriter ſuum peragãt curſum,ſic eſt,vt ab Agnina lethalis peripneumonia naſcatur, & febris acuta conuulſionibus ſuperaccedens, ipſas conuulſiones demat. Sed cur tempus hoc acutis ſit tributum, per ea quæ à neotericis dicuntur, non ſatis conſtat. Si autem vera ſunt ſuperius prolata, compertum vtique erit arcanum hoc. quippe in acutis,ſpirituoſi ſanguinis ſic immutatur ſubſtantia, vt,ad aſſiduam hi celeritatem ducti,nutritionis opus interturbent, quoad vſque commoderationem nacti, denuò munus ſuum adimplere valeant. aſt redintegrantur ſpiritus acceſſu nouę alimoniæ quarta quaque die, & ſolidæ irrorantur partes ſeptima, ergo duæ interueniunt circuitiones, priuſquam alimenta, deperditam partium ſubſtantiam redintegrent. cæterum ſi pabulum quarta die ſpiritibus accedens,tantum prauitatis gerat, vt ſpiritus prorſus, & oppugnet, & expugnet,primo hoc circuitu ægri confecti decedunt,vt è contra reualeſcunt, ſi accedens pabulum vtilem ſpiritibus alimoniam præbeat. quòd ſi accedens ſuccus incommodet quidem ſpiritus, ſed non ad ſummum maliciei gradum, attamen ſuccreſcat indies prauitas, tunc morbus ad alteram ſe extendit circuitionem, vt noxium ſolidis adhærens, natiuum calorem vndique confodiat, & ſuam vbique prauitatem oſtentet. miteſcit quoq; affe-

affectus per hæc tempora, dum quod alimoniæ vbique accedit bonitatem gerit, emendatque omnem iam inuectam prauitatem. acuti propterea omnes ab omnimoda ſuccorum alibilium mutatione profecti criſim ſeu bonam, ſeu malam ſubeunt quarta aut ſeptima die. aſt ſi huic morboſæ actioni recrementa quoque accedant, ſiquidem amara fuerit bilis, quæ ſpirituoſo ſanguini inhęrens acutiem edat, hęc ſuam iudicationem habebit in tertia circuitione. nam bilis ſuapte conditione diuturnalium effetrix, (manet enim eius fons ſemotus a ſpiritibus) quanquam ob ſuam amaritudinem ſanguini ſit aduerſaria, non ſic tamen ſpiritus perſtringit, vt hi nequeant impetum vna, & altera circuitione perferre; aſt altero ſuccumbunt circuitu, dum accedens ſuccus ad eum iam prauitatis gradum venit, vt amplius nequeat vitalibus ſpiritibus opem ferre; humori itaque noxio herbam porrigunt, & victa natura ſuccumbit. tertianarum idcirco continuarum febrium terminus vndecima eſt dies, quia vltra ſpiritus aſſiduam hanc noxam perferre nequeunt, vt è contra ſi reuiuiſcant nouis vtilibus alimonijs ſe explicant à noxio, & morbum ſoluunt; quod non eſt prima alteraue circuitione fieri datum, quia alienum ſpiritibus ſe immiſcens naturæ munia tunc ſubuertit, vtilibuſque obſtat operibus. Ater demum ſuccus ſpirituoſo ſanguini immixtus protrahit acutiem ad quartam vſque circuitionem, quia ſtipat recrementum hoc, & firmat, & quodam naturæ conſortio ſanguini adhęret; quare non tantam celeritatem gerit, ac non niſi quarta circuitione ad omnimodam lethalitatem deueniunt nutrientes ſucci, & per hunc circuitum quartanæ continuæ tendunt ad ſalutem ſeu ad interitum; nec alius eſt humor, qui ſpirituoſo ſanguini accedens celeritatem motus, & aſſiduitatem faciat. quocirca ratum hoc firmumque ſit, quod vltra hanc metam continuata acuties ſe extendere nequit, niſi vel criſis aliqua imperfecta acutiei motum interrumpat: vel qui prius diuturnus erat morbus, deinceps acutus euadat; quæ quidem acuties, ſeu renouata, ſeu ſuperaccedens quatuor iam dictis circuitibus, & ipſa metitur.

4 Aſt ſi acutus morbus molliter inceptus ſuam poſtea celeritatem exerat, acutorum non tranſilit metam, quoniam tantum deinceps celeritatis adiungit, quantum ab initio demp ſerat; quod accidit tum humoris lædentis, tum partis læſę, tum ordinis quo vitia occurrunt ratione. humor enim altius in prauitatem ductus eſt, qui grauius affligit, & ocyus conficit: partes affectæ ſunt ſpiritales, ipſiue ſpiritus nequeuntes diu noxam perferre vita ſuperſtite: modus inuaſionis eſt, vt loco bonæ alimoniæ praui accedant ſucci, quibus natura iam anteactis conflictibus laceſſita, victa tandem ſuccumbit. quumque quarta die, cordi noua accedat

ali-

alimonia, & ſeptima hæc in ſolidarum faceſſat ſubſtantiā, inde eſt quod quarta & ſeptima quaque die malum impenſiùs affligit, ac inſignes expromit mutationes ad ſalutē, ſeu ad interitū.ad interitū quidem ſi delati ſucci praui fuerint renuentes naturæ dominiū:ad ſalutem verò dum criſis perfecta, aut incohata editur ope naturæ coctionem molientis. quocirca criſis omnis quarta præſignatur, ſeptima plerumque perficitur;& quia natura vigentem prauitatem nequit vltra duas integras circuitiones perferre, ideo acuties deinceps ſe extendere nequit. hæc in noſtris ſcriptis ſæpe repetita, quoniam grauiter criſeos patefaciunt opus. quibus præaſſumptis particulatim nunc dies diiudicantes ſcrutemur.

5 Quarta itaque dies, quæ finit primum circuitum, non ſolum ſeptimæ eſt index per eam coctionem, quam tunc præſtat cordis facultas; ſed inſuper tum acutiſſimas paſſiones decernit, quæ horrendiſſimis ſignis comitatæ ea die aut ocyus ægros conficiunt: tum ſecuriſſimas optimis ſignis fulcitas, quæ ea die aut ocyus ſolutionem ſalubrem habent. quæ enim affectiones ipſamet die quarta decernuntur, pendent à ſuccis curſum ſanguinis ſeruantibus, qui ſi eò malitiei peruenerint, vt vitalem poſſint auram confodere, id profecto quarta die peragunt, haud ſufficiens hæc nouo huic hoſti obluctari, quoties ergo prima morbi die inſignis aliqua aderit mutatio, quarta vtique decretoria erit, ni ſumma adſit ſuccorum turgentia præripiens circuitionis tempus. Phreniticus enim prima die decumbens moritur quarta, quod &, mulieri anginoſæ apud Britonem degenti contingit. deceſſit quoque Lariſſæus Caluus quarta, quia recurſus factus eſt doloroſæ affectionis è femore, qui dum febrem adauxit, auctiſſimè ac celerimè confecit. Dum autem vitioſus humor impetuoſè turget, ſanguinis curſum præripit, ac non expectata integra circuitione interficit; perinde, vt faciunt aſſumpta venena, quibus non abſimilis eſt peſtiles aura, ſeu ſpiratione recepta, ſeu in cordis effloreſcens vicinia. Nam Ariſtocrates tertia die moritur, quia glandulæ ad exilas ſpectantes intumuerant ſub carbunculi effigie, & Crito deceſſit die ſecunda febricitans horrendiſſimè. mulier quoque apud Temenum ſatis conceſſit eadem, aut altera die iiſdem de cauſis.

6 Pari ordine, ſed non eadem ratione benigniſſimæ ſoluuntur paſſiones quarta, aut ocyus. quoties enim exundans ſuccorum plenitudo incaleſcit, quia impeditum nempe externis ex occaſionibus fit ſolitum effluuium; tunc inde ortæ affectiones ſudore tertia die incepto finiuntur. nam prima die carnes ſepoſuerant redundantes ſuccos: altera die iterum carnes trahunt: (dictum namque quod corpus pari die trahit, impari ſeponit) eſt idcirco conſequens, vt naturæ benigno iam ſuſcepto ſucco robo-

roborata, tertia die conceptam plenitudinem abſpellat ſudore, ea dempta cauſa, quæ imperuiam cutim reddiderat. nequit autem hoc ſalubriter ſecunda fieri die, quoniam tunc non ſeponit, ſed trahit corpus; violentum idcirco occurrit, dum ordo turbatur. violentia autem omnis ſi non conficit, aut morbum protrahit, aut ipſi non leuem difficultatem parat. Timochares ergo febricitans, quia retenta fuere defluuia; tertia die copioſo ſudore à capite in vniuerſum corpus erumpente ſanus euaſit: & Nicolai filius temulentus febricitans iudicatur ſimiliter die tertia copioſo ſudore; quod ipſum, moroſæ Mulieri contingit ſudore, & menſtrualibus purgamentis tunc erumpentibus. & hac ratione à collectione ſuccorum alibilium ſe è carnibus ſeponentium, ac iterum in carnes remeantium, vt vtili ſe depleant eiectione, benigniſſimæ affectiones enaſcuntur; & deſiſtunt, dum benigna effluuia remorata deinceps liberum habent exitum.

7 Cæterum ſi ab alimentoſo ſucco iam in venis detento benignæ affectiones naſcuntur, tunc mutationes fiunt per ſtatum ſanguinis circuitum. nam praua cordi illata alimonia, dum prima die malum inuexit, tertia ſeper carnoſas partes diffundit. quippe dum cor offendit, quarta dies eſt ab aſſumptis cibarijs, & tertia morbi dies, ſeptima eſt, complens alimentorum circuitum. ergo altera die, quæ quarta morbi eſt, ſtatis circuitibus, noua cordi accedet alimonia, quæ, ſi benigna erit, omnem ſpiritibus inuectam prauitatem emendat, & exin roborata natura, noxium haud firmiter hærens, vbique ſegregatum, diſpellit, quod accidit præſertim, dum ſemicrudum, in cor, mox in arterias, delapſum laſſitudinoſarum febrium genus parit, quod ſuccorum incoctorum exundantiam inſequitur. deſiſtunt enim hæ febres quarta die, ſudore, ſeu craſſarum vrinarum exitu, ope nimirum ſpirituum ſeſe à corde exerentium, tenuiorem ſubinde partem ſudore exprimentium, craſſiorem verò in vrinarios ductus propellentium. Vrina, inquit Hipp. 4. in 6. Epid. craſſa, alba, & quæ Archigenis in laborioſis quarta die incipit, & liberat ab abſceſſu: ſi verò vltra hoc & hæmorrhagia manifeſtum admodum. inceptus, inquam, ea die lotij fluor defungit has febres, quoniam ne dum in arterijs, ſed & in venis ſunt crudores; quàm autem promptè, valido adiuuante calore, effluit alienum ab arterijs, tàm pertinaciter hæret, quod in venis eſt. quocirca, ad laſſitudinoſarum febrium integram ſolutionem, non ſolùm oportet, vt quarta die tale ſe exerat lotium, ſed deinceps eadem ſub conditione profluat, vt ſic vndique crudores deſciſcant, quod præſertim opportunum erit, ſi non profluxerit hæmorrhagia; quæ cumulatim malum è vaſis vndique tollit, & hoc ipſum vberes faciunt ſudores.

dores. Sic Pericles in Abderis iudicatur quarta, lotio multo, multa cum ſubſidentia, & ſudore. Cleomedis quoque vxor euaſit quarta à lateris ſiniſtri dolore, quia menſes plurimi tunc profluxerunt, qua de re, plura ſuo loco. ſufficiat nunc indicaſſe ordinem, quo iudicationes, ſiue bonæ, ſiue malæ, quarta die adueniunt in illis paſſionibus, quarum origo pendet à vitioſitate ſuccorum alibilium. quod ipſum accidere quoq; conſtat recrementis, quæ nec pertinaciter hærent, nec aſſiduam ſuccretionem habent. quarta namque die, aut ocyus à valida cordis abſpelluntur virtute, vt ictericis, eryſipelatæue patientibus, non ſemel contingit.

8 Dum alimentum, ſuum, ſeptima die], complet circuitum, ſi laudabile eſt, redintegrat quicquid iam defluxerat, hinc, natura vegetior reddita, noxium ſeponit, & eijcit per cutis ſpiracula, vel in ipſa cuti firmat, venis, & carnibus expiatis. quod euenire conſtat, dum regentes virtutes, ſuæ validitatis, quarta die ſigna dederunt, per primam coctionem, cordis munere editam, talem ſe deinceps exhibituram ſeptima die, ſolidis in partibus. omnis idcirco criſis ſeptima die adfutura, inclinationem in meliùs, ſeu in deteriùs, exhibet quarta die: non quidem per ſymptomatum miteſcentiam, ſeu inualeſcentiam, (nam ad criſim bonam quandoque hæc inualeſcunt, & ad malam remittunt) ſed per mutationem ad coctionem, quæ ſola morbum, ſeu in meliùs, ſeu in peiùs inclinat. ſi ergo coctionis ſigna die quarta apparuerint, & recto morbus procedat circuitu, ſolutionem integram habebit ſeptima die, ſecus ſi in peiùs quarta die ruat: expectandus namque interitus ſeptima, ſi talis ſit humorum pernicies, vt eam, vltra hanc integram circuitionem, natura perferre nequeat, atamen ipſi humores non ſic turgent, vt tempus hoc præripiant. Ad hunc terminum tendunt ardentes febres, quoties nempe è carnoſis partibus ſepoſiti bilioſi ichores, ſic vniuersè ſpirituoſum ſanguinem inuertunt, vt nil vtilitatis natura, ab accedentibus alimentis, capiat. quocirca criſes tunc præſertim fiunt, hemorrhagia, ſudore, ictero, abſceſſi, neue alia: rarò autem accidit, vt ſalubriter ventres, ſupernè, infernèue ſe exonerent, niſi alterum duorum interueniat, vel quod recrementa non ſint prorſus ſanguini immixta, vel quod noxium, per extima effluxurum, ſed ad corporis cauitates conuertat, profuſamq; loco ſudoris, mictionem faciat, ſeu hæmorrhagiam rependat ſtranguirioſa mictione, ventreque dyſenterico. ſic decumbens in ſutrina ſeptima iudicatur integrè, effluxione ſanguinis bilioſi cum rigore, quum modici eſſent ex aluo ſeceſſus. Philiſtidas Eratolai vxor ab acuta febre euaſit copioſo ſudore, quum die quarta, ſanguinem è naribus fudiſſet. Adoleſcens autem in mendacium foro ſeptima moritur, prolapſis in

peiùs

peiùs quarta & mulieri apud Pantimedem, quarta, mens mota eſt, ſeptima interitus. in obitu quoque filij Nicolai annotatum, quod is ſeptima decedens, rubores in poſticis partibus exhibuit. ſic ergo morbi, à vera ſpirituoſi ſanguinis, ſuccorumque altibilium vitioſitate profecti, ſeptima die finem habent. deinceps recrementa ſucco alimentoſo penitus immixta, offendunt intra acutorum terminum, ad vltimam vſque horum metam, quæ dies eſt decima quarta.

9 Tertianarum porrò continuarum febrium terminus, dies eſt vndecima, quod accidit, tum humoris offendentis conditione, tum læſionis ordine. bilioſa namque recrementa craſſitiem, ſuapte natura, aliqualem habent: tutiùs proinde, quàm ex ambitu corporis, per ventrem ſe exonerant. icteri namque ſeptima, aut poſteriùs facti, niſi aliæ interueniant excretiones, non ſunt ſine recidiuationis metu; quia nempe amara bilis, ſe per ventres deijci, amat, nam ſuopte curſu illuc vergit. modus quo bilis offendit, eſt, vt è ſuis receptaculis intus euocata, ſpirituoſo ſanguini adhæreat, ad febrilem continuitatem. nouus autem ſic temeratus ſanguis, quarta quaque die in cor labitur, & virtutes ſubinde incommodans, eo ipſo tempore morbum adauget, impenſiùs eumdem adaucturus, dum ſeptima die ſolidas irrorat partes; quippe tunc temporis nouam offenſionē cor recipit, nouo accedente ſucco. bilis ergo, quę quarta die cordi acceſſerat, non expulſa, ſeptima die icterum edens, certum præbet inditium eius imparatam eſſe naturam, nec ei facultatem prorſus dominari. quocirca nil boni expectandum ſeptima, quia noxium, prima vice, ſe per vniuerſum corpus expandit. aſt ſi deinceps cordis inualeſcat virtus, ſuæque validitatis ſigna det nona die, (quia malum iam procul receſſerat, nec nona, fit noxiorum ſucretio) expectanda vtique criſis vndecima die, quia valida virtus, ab vtili accedente alimonia, ſeponit noxium, ſuis remeaturum in ductibus, vt deinceps, quod craſſius eſt, per conſueta loca, ſe exoneret, quod autē tenuiùs per corporis vniuerſitatē ſe diſpergit, difluat ſudore. ſic Melides iudicationem habuit vndecima copioſo ſudore. erant autem deiectiones tenues, bilioſæ, mordaces, & graueolentes: vrinæ quoque non boni coloris, tenues, ſed ad iudicationem ſubſidentiam albam habuerunt. non multum enim bilioſorum ſeſe in arterias inſinuauerat, ſed penes totum deijciebatur per aluum; idcirco ſudore exijt, quod tenue erat in arterijs, craſſum autem veſica, & aluus depoſuerunt. firmum autē hoc ſit, quod ſi vnus ſolus occurrat peccantis humoris exitus, infida certē erit facta vndecima die dijudicatio, nec ſine recidiuationis metu, quum iam ſeu craſſa, ſeu tenuia in corpus remanſerint. obſeruatum propterea ab Hipp. 2. in 1. epid. in Thaſo circa Arcturum, vndecima die factas fuiſ-

ſe iudicationes recidiuantes, non pro ratione, nam ſoporoſi circa iudicationem erant ægri. Deceſſit autem vndecima Silenus, quia meraciſſima vigebat bilis: obijt quoque homo calefactus à cæna, cui ſeptima omnia exacerbata ſunt.

10 Vltimam acutorum metam adimplet dies quartadecima, quartanarium efformans circuitum, quo aſſiduæ metiuntur quartanæ, vt in ſuperioribus dictum. à valida itaque ſecretrice virtute niger ciſpellitur humor, qui ſalubriter emergit, ſudoris ſub forma, cùm aqueus ſuaptè natura ſit, tormentosè verò abſcedit, ſi indemptam craſſitiem & viſciditatem habuerit. ſed & è ventre profluit, ſi nempe aut vrinarij ductus ſe referêt, vt copioſam aquei humoris mictionem faciat, aut aluus supernè, infernèue ſe exoneret, vt. liter, ſeu perniciosè. Cæterum, haud infrequenter contingit nigro huic ſucco amaram miſceri bilem, & tunc mutationes eximiæ, licet atræ circuitibus conſonent, ſymptomata edent, quæ ſunt flauæ bilis propria. Accipiamus documentum à muliere decumbente in littore. decimaquarta mulier hæc euaſit ſudore, & vomitione bilis multæ, & flauæ. ſic enim atra ſe exeruit ſudore, flaua vomitu: ſeptima idcirco mentis compos, vehemens febris vndecima redijt. Notabilis quoque eſt hiſtoria filij Pythionis in Pella. ſanatur enim is quartadecima, ope pharmaci egerentis biliosa: comatoſus quippe erat à craſſa bile, aphonus ab atra. Sanatur quoque Caupo peripneumonicus eadem die, quum mitiùs vndecima ſe habuerit, ope deiectionum aceruatim erumpentium, bilem ſubinde totam deponentium. è contra mulieri in mendacium foro degenti, quarta omnia fuere exacerbata, ſeptimà praua inualuerunt ſymptomata, vndecima bilis viroſæ, mox nigræ graueolentis vomitus adfuit, qui quartadecima mortem inuexit, vna cum hæmorrhagia. ſi namque ſeptimà calidum exſudaſſet, omnia in meliùs delata, criſim deinceps integram habuiſſet, per vberem ſudoris excluſionem, cum bilioſis egeſtionibus.

11 Sunt & alij intra hanc metam non radicales dies, qui, circuitus erroneo modo procedentes, decernunt; & in primis tertia dies ſe offert, quę tempus primæ circuitionis præripit, cauſis iam enarratis. & hoc ſolo nomine dies tertia erronea eſt, cui ſequitur quinta, quæ quarta eſt à ſecunda morbi die. decernit proinde, licet non ſine difficultate, & recidiuationis metu, vt exemplo Metonis patet. obijt autem Eraſinus quintà, in peiùs ſecunda die prolapſus. Philiſtidas quoque ſummo manè moritur, exacerbatus quarta; vt hac ratione quinta, nedum quarta ſit, à die morbi ſecunda, ſed ſuppleat quoque quartæ defectum, complens protractum opus. & ideo non poteſt non promittere morbi ſeu malitiam, ſeu difficultatem.

12 Sexta

12 Sexta illi graues decernuntur morbi, quorum mutationes inſignes, diebus paribus, occurrunt, tempuſque iudicationis præripiunt à ſeptima. non ſine ergo difficultate morbum tollit, ſed plerumque aut interitum affert, aut incertum reddit euentum. Philiſcus enim ſexta obijt; obijt quoque Dealcis vxor, cui quarta omnia in peiùs ducta ſunt: tertia verò ſupergens, meritò ſexta deceſſit, quæ quarta eſt à tertia. Virgo autem Lariſſæa, exacerbationes diebus paribus experta, conualuit ſexta ope hæmorrhagię, ſudoris, menſtrualiumque purgationum tunc primò erumpentiũ, tot eiectionibus indiga, vt integrè conualeſceret, ob præreptum iudicationis tempus. vt enim craſſus, & torridus humor protrahit à quarta, quinta namque efformat periodon, vt mox oſtendetur, ſic tenuis, & turgens non ſolutus quarta, corripit ſeptimam, mutationes diebus paribus edens, ſalubriùs adfuturas imparibus.

13 Octaua complet hebdomadam, à die morbi ſecunda. ſicque mutationes inſignes, quæ accidunt ſecunda, & ingraueſcunt quinta, decernuntur octaua. nam Polemarchi vxor ea die deceſſit, cui quinta factus eſt abſceſſus doloroſus ad genu ſiniſtrum, & circa cor colligebatur quid, ſpirationem ſe ſuffocantium ſimilem, reddens.

14 Nona hebdomadariam finit circuitionem à tertia, & eius quarta, ſexta eſt morbi; ideoque affectiones, quæ in apertũ, tertia morbi die, prodeunt, ſexta mutationem inſignem gerunt, nona complementum habet. in filio namque Balis peripneumonico, ſexta omnia fuiſſe exacerbata legimus, deceſſit autem is nona. quæ autem mutationes anteceſſerunt non extant ab Hipp. enarratæ, quia inquit, aberrauit primis diebus in montem.

15 Decima præripit ab vndecima, ſalutarem quandoque mutationem gerens, non integrè tamen dijudicans. nam in Pythiona iuxta Telluris templum degente, quinta omnia fuere exacerbata, decima quum ſudaſſet, ſputaque varia, & ſubrubra, mox maturiora eieciſſet, iudicatus eſt non integrè. nam, quadrageſima poſt iudicationem, factus eſt abſceſſus circa ſedem, ſuppurans cum ſtillicidio vrinarum. Alter autem Pythio in Thaſo moritur decima, propter inſignem ſanguinis partiumque ſolidarum torrefactionem, vrinæ erant nigræ, & oleoſæ, quarta circa veſperam omnia exacerbata ſunt. per integram ergo hebdomadam à quarta, habens exacerbationes diebus paribus, decima ſudore madidus occubuit.

16 Cæterum, vt quod aliàs innuimus, hic apertiùs proferamus, ſcire licet, transferri criſim in inſolitos dies, quoniam vitium naſcitur ab humore offendente, iudicatio verò eſt naturæ opus, ſuo ordine agentis. accidit autem, non eſſe vtrorumque eundem motum, quia nempe noxius

humor,innaturalibus citatus ex occaſionibus, præripiat, alimentorum in cor,motum,indeque ſuæ naturæ conformia mala ſanguini impertiat,quę grauiora deinceps erunt, dum nouum alimentum,vitioſitate temeratum, cor recipit. nam quod vtilitatem erat allaturum, labem inſignem affert, ideoque inualeſcit affectus in peiùs,in mellùs proceſſurus, ſi quod accedit opem fert. eſto ergo, vt tertia die cordi nouum alimentum, naturali motu acceſſurum, præripiatur à concitata bile, prima die innaturalibus ex occaſionibus offendente, quia hæc bilis non procedit tunc cum ſanguinis curſu, laborem profert, ſed non talem ac tantum, qualis erit, qui naſcetur, dum vna cum ſanguine means, debito tempore officit. à tertia itaque morbi die curſum metiemur,eritq; ſexta quarta à tertia,quo tempore, nouum cordi ſuppeditatur alimentum, & nona erit ſeptima,quia tunc ſanguinei ſucci ſolida membra reficiunt.ſi itaque metiamur,hoc naturali ſanguinis curſu,morbos à prima horum inſigni exacerbatione,certum dierum criticorum habebimus apparatum, eorumdemque reuolutiones,ſine hæſitantia,præſagire poterimus. illudque firmum ſit, quod vt noxius humor corpus affligit, ſic naturalis,noſtri corporis omnes operationes,dirigit,& mēſurat, & vt noxius humor huius motioni ſe adaptat, ſic ſtabilia ſigna profert,& firmam dijudicationem facit;è diuerſo,vt huic ordini obluctatur, ſeuiùs inuadit, & difficiliorem præſagitionem reddit. ſed ſatis de iſtis, reliquos perpendamus dijudicantes dies, qui extra acutorum metam poſiti, radicales & ipſi nihilominus ſunt.

17. Decimaſeptima inquit Hipp. contemplabilis eſt. nam quintum efformat circuitum,illaſque decernit febres, quæ quintanæ ab Hipp. dictæ omnium peſſimæ ſunt,vtpote quæ,ſi tabeſcentibus iam, aut tabe laboraturis acceſſerint,certum promittunt interitum. Cæterum quia Gal. non ſemel Hipp. irriſor has febres à cenſu aliarum exploſit, tum quia eas nunquam obſeruauit, tum quia de iſtis nulla extat apud Hipp. enarratio hiſtorica, tum quia alius non ſit repertus humor periodicationis effector, præter vtramque bilem, & pituitam; nos hæc pauca annotabimus, non ſolùm pro Hipp. ſed & pro ipſius veritatis tutela, per quæ palam fiet Galeni oſcitantia, & Barbarorum ceſſabunt deliramenta. Hipp. lib. de Aet. ſcriptum relinquit,quod quintanæ febres iudicantur duabus hebdomadis cum dimidia, quinto nempe circuitu, qui finem habet die decima ſeptima,ſi ſint ſecunda & tertia hebdomada vinculo communi nexæ.à circuitibus proinde dijudicantibus ſumpſit Hipp. harum febrium denominationem. quod & 4.Epid.expreſſum legimus his verbis. Poſt pleiadas, inquit,clemens cælum,nubilum,& caligines,iudicationes quintanę,ſextanæ, & ſeptimanæ, adhuc autem & longiores. ſextum autem circuitum

finit

finit vigeſima dies, ſed nuſquam eſt ab Hipp. recenſita ſextana febris, quia ſextus circuitus reuoluit tertianam continuam, vt in ſuperioribus oſtenſum. vocauit propterea Hipp. ſextanam iudicationem, quæ competit tertianis continuis, reuolutis ab vndecima in vigeſimam. Quintana ergo erit febris, quæ quintum complet circuitum, vt tertiana eſt, quę tertium, & quartana, quæ quartum. quod ſumma ratione factitatum fuiſſe ab Hipp. credimus; ſiquidem, cum diiudicatio opus ſit naturæ, ſtatis circuitibus per quaterniones, & hebdomadas procedentis, vt morborum prænoſcamus euenta, non ſolùm eſt reſpiciendum ad conditiones ſuccorum offendentium, ſed cumulatiùs ad ipſam attendendum naturam rectricem, quæ vt ſe habuerit, dum in corporibus ſolitas mutationes præſtat, ſic & morborum futuræ præſignabuntur mutationes. inde factum, quod nunquam Hipp. ſuis in hiſtoricis narrationibus dixerit, morbum illum tertianariam, ſeu quartanariam habuiſſe periodon, ſed ad inſignes has ſolum mutationes reſpexit, quæ accidunt tum diebus paribus, ſeu imparibus, tum illis circuitibus, per quos, iam dicta naturæ opera procedunt. per exacerbationes enim, quæ paribus, ſeu imparibus fiunt diebus, cognoſcimus, nùm criſes futuræ ſint diebus legitimis, aut illegitimis, per dies autem ſolitos naturæ circuitus dimetientes, morborum reuolutiones in apertum prodeunt. ſi itaque morbus ſecunda die exacerbationem habuerit, ſexta mutationem parem habebit, quia morbus paribus diebus mouetur; ſin autem vndecima die mutationem habeat, in vigeſimam ſe reuoluet, quia vndecima diiudicat de tertiano circuitu, ſe reuoluente deinceps in vigeſimam. illud ergo firmum & ratum ſit, Hippocratem morbos omnes criſim ſubeuntes his menſuraſſe circuitibus; erit propterea quintana febris, quæ inſignem mutationem quinto recipit circuitu, perinde ac quartana quarto, & tertiana tertio.

18 Obtinent autem iſtæ febres, præter ſtatos circuitus, certam & ſtabilem ideam, à natura deſumptam humoris dominantis, qua febres ſeſe abiungunt, nam tertianæ à flaua bile, quartanæ ab atra, quotidianæ à pituita prodeunt. videndum idcirco, nùm res ita ſe habeat in ipſis quoque quintanis. diſſentimus autem prorſus à Barbaris, exiſtimantibus quintanas febres in cenſu intermittentium reponi. quum enim harum circuitus per quaterniones procedant, parum vltra acutorum metam ſe extendentes, veras ſubinde criſes ſubeuntes, non poſſunt ad hunc finem, niſi per febrilem continuitatem, properare. accedit, quod quintanæ febres peſſimę omnium ſunt, intermittentes autem omnes vacant periculo. ſunt ergo non intermittentes, ſed continuæ. Vt autem harum venemur ideam, Hipp. perpendamus verba. ait ipſe, quod quintanæ febres,

bres, cùm ſint omnium peſſimæ, ſi ante tabem, aut iam tabidis ſuperacceſſerint, certum afferunt exitium. ergo quid purulenti, ſeu torridi gerunt, quo ſeu in tabem ducunt, ſeu tabidos exitioſe afficiunt. hoc autem fit, quoties internarum partium phlegmones, quia torridum conceperunt ardorem, malè ſuppurant, aut ſanguis ipſe ſtagnans, puris induit naturam, vt in ſuperioribus dictum, aut demum ipſæ partes ſolidæ aduſtione liqueſcunt, & ex in liquatus ſuccus ſaniem exhibet, quæ præcipua eſt febrium quintanarum idea, vt tabeſcentiam, ſeu faciant, ſeu inſequantur, dum torridum, in ſanguinem, ardorem immittunt. Perpendamus deinceps exempla aliqua. Mulier in Cyzico decima ſeptima interijt. huic nigræ, & oleoſæ erant vrinæ, liquata ergo torrido ardore fluebant membra. Anaxion in Abderis, lateris dolore detentus, trigeſima quarta iudicatur. decima ſeptima cæpit pauca matura ſpuere, & alleuatus eſt, vigeſima ſudauit à febre liber, trigeſima quarta tandem, quum per totum exudaſſet, integrè iudicatur. huic ergo quintanus circuitus, decima ſeptima bonitatem aliqualem exhibens, reuolutus eſt in trigeſimam quartam. Aſt, ſi quintani circuitus, veram vis progreſſionem videre, accipe Herophontis hiſtoriam, & noſces apertè, quàm arctè Gal. ſæpè ſtertat. Herophonti quinta exacerbata ſunt omnia, nona ſudauit, iudicatus eſt. quinta à ſolutione redijt, iudicatus eſt decimaſeptima. palàm, inquam, in Herophonte ſe offerunt quintanæ inuaſiones, à quinta ad nonam, à nona ad decimamtertiam, ab hac ad decimamſeptimam; ſi nimirum periodi vinculo annectantur communi, vt in his vſu venire conſtat. dignum quoque obſeruatione, quod is nigrum minxit lotium, vt vſtionem monſtraret, quam ſanguis ipſe ſubibat; hinc tumeſcebat lien, abſceſſuſq; ad ſolutionem, per quintanum circuitum, properarunt. trahit ergo quintana febris originem ab exuſto ſanguine, hæreſcente ſolidis, vt ſeu ſyſtrophen faciat, ſeu partium colliquet ſubſtantiam. ſi ſyſtaophen facit, ſolutionem, ſeu interitum affert, vt phlegmonis conditiones ſe habuerint, nam Herophonti, & Anaxioni ſalus contingit: ſin autem colliquatio eſt febris omnium peſſima inſurgit, quę iam tabeſcentes, & mox tabidos euaſuros, conficit. nam colliquata deceſſit Mulier in Cyzico; vxor quoque Temenis, ob nimiam torrefacti ſanguinis turgentiam, fatis conceſſit. Non infrequenter tamen quintani iſti circuitus, erroneo modo, ad ſuam metam tendunt, præripiuntq; iudicationis tempus, ſeu. perplures, diſtractaſq; iudicationes, vlteriùs progrediuntur, extantq; hac de re notabilia Hipp. obſeruata, de quibus inferiùs, dum de recidiuis.

19 Manet in vigeſima quaternionum vis, quia ob contumaciam ſuccorum,

eorum, ſolidis iam hæreſcentium partibus, impotens quadantenus natura eſt reddita, mutationem ſubinde haud profert, niſi per hebdomadas, dum vltimam edit coctionem, vt aliàs dictum. in hanc diem tertianus venit circuitus reuolutus, dum ſeu imperfectam, vndecima die, criſim habuit, ſeu primis interquieſcens diebus, vndecima in peiùs labitur. hęc enim fuere obſeruata Hipp. 2. in 1. Epid. quibuſdam, inquit, morbus iudicabatur vndecima, reuertebatur decimaquarta, iudicabatur perfectè vigeſima; ſi verò aliqui ſuperriguiſſent circa vigeſimam, iudicabantur quadrageſima; ſuperriguerunt aut plurimi, circa iudicationem ab initio. vt nempe incompleta ſignetur criſis vndecima die facta, quæ ſubinde integram diſtulit iudicationem, ad vigeſimam vſque. Sic Philini vxor, ſeceſſus proferens bilioſos, abundè coloratos, obijt vigeſima, vndecima autem omnium memor dormiuit, ſed mox ea ipſa die in deteriùs labitur, quia inſidioſum fuit illud leuamen, perinde ac ſi iudicata ſuperriguiſſet. nam vt ſuperrigere plerumque ſalutem, poſt recidiuationem, affert, ita leuatio mox in peiùs ruens procraſtinat finem, ſed inclinat ad interitum, ea die ad futurum, quæ circuitum reuoluit. non infrequens tamen eſt, complicari affectus, qui, per multiplices inſolitis diebus factas mutationes, ſuis diiudicantur circuitibus, quoniam pręcipua dominantis humoris ſigna, ſalutem, aut interitum promittentia, ſtatis occurrunt diebus. Accipiamus Cherionis hiſtoriam, qui exacerbationes habens diebus imparibus, vigeſima iudicatur; quinta huic exacerbata ſunt omnia, ſeptima ſudauit per totum, iudicatus eſt; nona redjit, decimaſeptima ſudauit, à febre liber, iudicatus eſt, tandem vigeſima perfectam criſim habuit. complicatus itaque aderat tertianus, & quintanus inſultus, nam bilem meracam ſupernè, & infernè deijciebat, vrinæ tenues erant, mox ſubſidentiam albam, & nubiloſum quid habentes, vt ſolidarum partium aliqualem afflictionem notarent; inde factum, vt decimaſeptima criſis ſeſe oſtenderit, per quintanum circuitum, à quinta in nonam, ab hac in decimamſeptimam. aſt ratione bilis redundantis, ſeptima imperfectè iudicatur, integrè vigeſima, per tertianum circuitum reuolutum. nulla autem, vndecima die, inſignis adfuit mutatio, quia nona quintanus inualuit inſultus, qui naturæ opera interturbans, debuit priùs ſuam experiri ſolutionem, quam habuit integrè decimaſeptima. hinc, ſolidarum partium ſublata afflictione, natura poſtmodum reliquū, vigeſima, propulſauit.

20 Vigeſimaſeptima reuoluit quartanarium inſultum, ideoque Herophonti ea die interitus; nam huic decimaquarta abſque ſudore ſoluta eſt febris, redijt decimaſeptima, iudicatur mox ſine ſudore vigeſima;

pernicioſè ſubinde vigeſimaquarta incaleſcens, vigeſimaſeptima deceſſit. mutationes ergo inſignes omnes, per quaterniones, proceſſerunt, & per hebdomadas, imperfectæ ſe exhibuerunt criſes, quia ſine ſudore; morbus idcirco in deteriùs prolabens, ægrum per quartanariam reuolutionem conficere debebat. contrarium Virgini in Abderis factum, huic enim decimaquarta mens aberrauit turbata, ſed cum febris demiſſione, vt ſignaret hæmorrhagiam decimaſeptima adfuturam, non ad integram ſolutionem, (quia in iſtis febribus ſudor expetitur) ſed ad mutationem in meliùs, quæ vigeſima clariùs ſe oſtentauit, ob ſudoris excluſionem, qui tandem copioſiſſimus vigeſimaſeptima factus, febrem, quæ vigeſimaquarta redierat, integrè dijudicauit.

21 Trigeſimaquarta excipit ſeptimanas ab Hipp. vocatas febres, ſeptimum efformantes circuitum, & ſunt illæ, quæ complicatam gerunt naturam, tertianarum, & quartanarum, ob commixtionem vtriuſque bilis, qui quidem ſucci, ſi firmiter torrido hæreant ſanguini, ſeu aliquo è phlegmone exudent, quintanum edunt circuitum, ſe in hanc diem reuoluentem, vt de Anaxione iam dictum, cuius obſeruabilis progreſſus eſt, quod imperfecta criſis, vigeſima die facta, integram iudicationem diſtulit, ad trigeſimamquartam vſque, vt ſeptimus ſeruetur circuitus, ab Hipp. ſtabilitus à ſexto per duas hebdomadas. redijt idcirco in Anaxione vigeſima ſeptima febris, ſed quia ſputa matura erant, & reliqua in bonum conſentiebant, trigeſimaquarta, ſolutionem integram habuit, ſudore vbertim excluſo. Apollonius autem ea die moritur, quia morbus ſtabilitatem ſumpſit die decimaquarta, inde per tertianum circuitum, mutationem exeruit vigeſimaquarta, finem habiturus altero tertiano circuitu, trigeſimaquarta nempe. hinc apparet, quàm bellè complicentur hi circuitus, ad efformandam hanc ſeptimanam febrem, quæ ſuapte natura longa, at non lethalis eſt; dum nempe circuitus iſti recto ordine procedunt, cum quintano. à bile namque flaua ſanguinis ardor, ab atro ſucco craſſities, & hæreſcentia oboritur, quę duæ conditiones, ſi prauitatem habeant, quintanam febrem efformant, omnium peſſimam, ſin mitiùs procedant, circuitum reuoluunt in trigeſimam quartam. deceſſit autem Apollonius, quia non ſic ab initio proceſſerunt circuitus; molliter namque incepti, prauitatem decimaquarta aſſumpſerunt.

22 Quadrageſima octauum complet circuitum, & iterum tertianum à vigeſima reuoluit, vt in ſuperioribus dictum. id exemplo Clazomenij patet. huic enim vndecima remiſerunt omnia, vigeſima iudicium ſine ſudore, trigeſima prima mutationis ſigna dedit, quadrageſima integra ſolu-

ſolutio. pariter, qui in Dealcis horto decumbebat, vndecima cum vrinis tenuibus fuit ſine febre, vigeſima cum febris remiſione ſudauit, quadrageſima tandem, egerens pituitoſa, alba, & copioſo madefactus ſudore, integrè ſanatur. Meton quoque quadrageſima à lateris ſiniſtri dolore liber, per puris eductionem, quam excitauit pharmacum, bilioſa supernè educens. moritur autem ea die Cononis ſerua, capitis dolore, & delirio vexata, quæ ſunt bilis, in ſanguinem repentis ſymptomata.

23 Sexageſima explet nonanum circuitum, &, cæteris, longiorem febrem nonanam diiudicat, nulla cum lethalitate. longior, inquam, cæteris continuis febris hæc eſt, quia vltimum complet continuarum febrium, eandem à prima die ſeruantium ideam, circuitum, eſtq; harum febrium præcipuus author ſuccus pituitoſus, perenniter, ſed ſenſim è ſinibus cerebri depluens, in ſpirituoſum ſanguinem ſalſedinem aliqualem gerens, vt ſic ſpirituoſo ſanguini negotium exhibeat, eumque in inſuetam volutationem ducat. & quoniam iſtud ad diuturnitatem accidere, plerumque inſolens, ideo ſolus Cleocus deſcriptus ab Hipp. extat, cui ſalus ſexageſima, ope abſceſſionum, ad inferos articulos promentium pituitoſum ſuccum à capite defluxum. inde enim factum, vt ad ſanationem priùs exhibuerit Hipp. caput purgia, mox helleborum.

24 Octuageſima reuoluit quartanarium circuitum, à vigeſima ſeptima. nam Epicratis Vxor, vigeſima ſeptima, à febre libera, incaluit denuò trigeſima prima, quadrageſima vomuit pauca bilioſa, octuageſima integrè iudicatur. Mulier quoque apud frigidam aquam decumbens, vigeſima ſeptima à febre libera, aluus comprimitur, & rurſus febres inſurgunt, quadrageſima febres in totum non deficientes erroneo modo exacerbabantur, octuageſima tandem deceſſit, ſigna exhibens, toto morbi decurſu, bilis atræ dominantis. erroneæ quoque febres tertianæ continuæ, in hanc tandem ſe transferunt diem, quum tales potiſſimum fiant, admixtione bilis atræ. inde Cleonactidis iudicium octuageſima, qui a febris priùs erronea, trigeſima mutationem habuit, auxilio hæmorrhagiæ, erroneo modo erumpentis.

25 Centeſima vigeſima, dierum criticorum vltima eſt, quia nonanum reuoluit circuitum, tertiam quadragenariam complet, ac tandem excipit tertianos, & quartanos ſe reuoluentes circuitus. Accipiamus Heropythi hiſtoriam: huic febris inordinatis inſultibus, aliàs, aliter, exacerbabatur, vigeſima mente admodum aberrauit, quadrageſima ſanguis copioſè è naribus erupit, magis ſubinde intelligebat; erumpebat autem ſanguis in ſequentibus frequenter, & paulatine; ſexageſima ceſſauit hæmorrhagia, ſed coxæ dextere dolor fortis acceſſit, & aucta eſt febris;

octua-

octuageſima omnia remiſerunt, centeſima aluus multis bilioſis turbata eſt, & rurſus dyſenterica cum dolore, remiſit febris, & ceſſauit ſurditas; centeſima vigeſima tandem, integrè iudicatur. facti ergo, erroneo modo à principio, tertiani inſultus, à ſexageſima deinceps, per nonanum circuitum, ventum eſt in centeſimam vigeſimam, quia ad inferos artus abſceſſus decubuit. Parius in Thaſo moritur ea die. huic vndecima adfuit ſudor non per totum, vigeſima vniuerſim maduit, recidiua facta eſt vigeſima quartâ, deinceps erroneo modo, ad obitum vſque febricitauit. hinc notandum occurrit, quod, in omni morborum progreſſione, præſtat, vt ſi quæ acceſſura eſt inordinatio, primis hæc veniat diebus, quia contrarium pernicioſum. Heropythus enim ſanatur, cui ab initio erronei erant inſultus, mox ſe transferentes in ordinem. at Pario febriles inſultus, ad trigeſimam quartam vſque recto ordine procedentes, deinceps erronei facti, interitum attulerunt. ratio ex iam dictis habetur, nam inordinatio fit, quia in opportuna, & inſolita adeſt ſuccorum, ordinem turbantium, miſcella; morbi autem ſolutio, opus eſt ſolius naturæ ordine agentis. ergo ſi ſubuerſus eſt ordo, nullum eſt à natura expectandum laudabile opus, niſi deinceps, ſtatutum modum reaſſumat. propterea morbus priùs inordinatis procedens inſultibus, deinceps in ordinem adactus, ſignum gerit dominantis naturæ; quemadmodum, è diuerſo, morbus ab ordine decedens, dat naturæ ſuccumbentis inditium, noxiuſque humor, tunc vndique debaccans, inordinatis corpus agitat motionibus, vitamque conficit, ni denuò natura robuſtior reddita, fræna colligat, ac humoribus ſubſalientibus iugum imponat, quod vix ſperandum, poſt diutinas affectiones. vigentiam autem noxiorum, quæ mortem Pario intulit, aluus ex multis tenuibus bilioſis, liquida, monſtrauit, quæ & partim adſtricta erat ex feruidis, & crudis.

26 Sunt & alij, cis acutorum metam, diiudicantes dies, erroneos potiſſimum circuitus excipientes, & in primis decima octaua ſe offert, quartanum decernens circuitum à ſexta. Filia namq; Eurinactidis, ſexta abſq; ſudore à febre libera, duodecima multùm delirauit, ſeptima ab ea, qua mota eſt mente, interijt, die nimirum decimaoctaua, quæ complet quartanum circuitum à ſexta.

27 Vigeſima prima diiudicat quintanum circuitum à ſexta, & reuoluit tertianum circuitum à tertia. vxor namq; Dealcis moritur vigeſima prima, quum nona multum deliraſſet, & rurſus ſedata. eſt autem nona tum ſeptima à tertia, tum complementum dat primæ quartanariæ periodo, à ſexta.

28 Vigeſima quarta reuoluit tertianum circuitum à ſexta. Nicodemus

mus enim habens exacerbationes diebus paribus. quia lotium copioſum, & album, multa cum ſubſidentia minxit, ſudauitq; per totum, diiudicatur ea die, ſexta autem multùm delirauit. complet autem vigeſima quarta tres integras hebdomadas à ſexta, proinde conualuit hic, ea ſecretione, quæ, ad vltimam alimenti coctionem, ſpectat. Adoleſcens in Mælibea moritur, quia ei omnia priùs moderata, decimaquarta exacerbata ſunt. morbus tunc ergo acutiem ſumpſit, delatuſq; eſt per tertianum circuitũ, in vigeſimam quartam. Metrophantis quoq; filius ex vulnere ea ipſa die deceſſit. quum duodecima febricitare inceperit; per quartanariam, inquam, reuolutionem fatis conceſſit, quia vulnus inareſcens algore, atrabilariam ſumpſit naturam.

29 Vigeſima octaua reuoluit quartanum circuitum à quarta, & eadie moritur Anphiphradis filius, pectoris afflictione detentus. infrequens ergo eſt, vt integrè, & ad ſalutem decernant, perinde ac facit trigeſima, trigeſima prima, & quadrageſima ſecunda: de quibus proinde nullæ Hipp. extant Hiſtoricæ factæ enarrationes, quemadmodum nec de centeſima, quia integras criſes non adferunt, licet mutationes quaſdam inſignes proferant: de ſexageſima autem ſeptima, quæ iudicij eſt funeſti in quintano, & ſeptimano circuitu, extat hiſtoria filij Antiphanis, qui eadie deceſſit cum ſtertore, & multa deliratione, & huic decimaquarta videbatur, febrem deſijſſe, redijt tamen cum multa ſuffocatione, abſceſſitq; ad oculos humor, cęcitatem cum indolorosa tumeſcentia, afferens.

30 Addendum tamen his, quod ratione horum circuituum, curſum ſumentium ab inſolitis diebus, accidit, vt quælibet morbi dies criſima ſit. nam Hermoptolemus peripneumonicus moritur decimaquinta, quia nona perfrigeratus exſudauit: eſt autem decima quinta ſeptima à nona. Leophorbida vigeſima ſecunda ſudore iudicatur; huic febris decimaſexta redijt: eſt autem vigeſimaſecunda, ſeptima, à decimaſexta. Theodori filius moritur vigeſima tertia, quia vulnus capitis, recrudeſcens ſolis ardore, decima febrem intulit: interuenit autem à decima, ad vigeſimam tertiam, quartanus circuitus. omnino ergo, dum morbo aliqua inſignis occurrit mutatio, videndum, nùm deinceps eadem morbi ſeruetur idea, an quid noui accedat. quippe, vt vigentis cauſæ erit natura, ſic ſtatis circuitibus, morbus procedet, ad ſuam deſtinatam metam, à qua nunquam aberrabit, ni propter varietatem ſuccorum, inordinatis turbetur motionibus, tunc enim inconſtantes, & inordinatæ febres inſurgunt, quæ, vt omnem curationem plerumq; irritam, ſic & iudicium anceps reddunt. ſed quoniam mutationes iſtæ recidiuis plerumq; accedunt, ſeu eundem morbum renouantibus, ſeu diuerſos proferentibus, ideo, poſtquam ſatis ſu-

ſuperq; dies omnes dijudicantes in apertum protulimus, de iſtis recidiuis, & de ea quæ criſi occurrunt, priuſquam eius percenſeamus ſpecies, agere haud inopportunum erit. nam ſunt quædam, quæ ab alijs omiſſa, aut ſummis deguſtata labijs, criſeos indagationem obnubilant. hinc autem exordium ſumamus.

31 Coctiones inquit Hipp. 2. in 1. Epid. celeritatem iudicationis, & ſecuritatem ſanationis ſignificant, cruda verò, & incocta, & in malos abſceſſus conuerſa, aut acriſiam, aut labores, aut diuturnitatem, aut mortem, aut eorundem recidiuas. quod verò potiſſimum ex his futurum ſit, ex alijs conſiderandum eſt. Bonum igitur, quod ſalutem, & ſecuritatem in morbis promittit, pendet totum à coctione, quæ quàm ocyus eſt perfecta, tam morbum ſecuriorem, & breuiorem reddit: malum autem omne originem trahit à crudis, incoctiſq; humoribus, qui in malos quoq; vertuntur abſceſſus, à labe quam acquirunt, nedum ab aliena ſubſtantia, & facultate, ſed ab inordinato motu: inde acriſiæ, labores, diuturnitates, obitus, ſeu recidiuationes naſcuntur, de quibus mox ſigillatim. inquit autem, quod coctiones celeritatem iudicationis, & ſecuritatem ſanationis ſignificant. quum enim coctio natiui ſit caloris perfectio in vnoquoq; humido, vt ea exin dominetur qualitas, quæ corpus illud ſuis reddit aptũ muneribus, munus autem ſuccorum in animantibus, ipſa ſit nutritio ad incrementum quoq; parata, vtiq; coctiò omnis, illis ſolùm competit ſuccis, qui alitioni ſunt accommodi. quorum autem munus ipſa non eſt nutritio, crudorem hi perpetuum gerunt, veram nunquam ſubeuntes coctionem, quum in immutantis naturam tranſire nequeant. immutat autem natiuus corporum calor, dum opus ſuum exerit in alibiles ſuccos, vt inde opportunum pabulum recipiat. ergo omnis ſe exerens coctio, ad celeritatem iudicij, & ſanationis ſecuritatem facit, quia natura inde vegetior reddita, iudicium complet, dum vtile aſſumit, ſeponit & eijcit noxium. dictum autem, coctiones promittere ſecuritatem ſanationis, & celeritatem iudicationis, quoniam vndique ſint ſpectatæ oportet. etenim, ſi hinc coctum, iſthinc crudum appareat, nec celeritas tunc iudicationis, nec ſecuritas ſanationis expectanda. non celeris iudicatio, ſi crudor, naturæ muneribus, prorſus obſtet, vt opus omne retardet; quod accidit, dum ex miſcella alienigenorum, ſemicrudor apparet. nam ſola integra coctio eſt, quæ diiudicationum celeritatem promittit, cæteræ imperfectæ coctiones, diuturnius fore opus, promittunt. nec ſecura erit ſanatio, ſi ex vna parte integra appareat coctio, quæ citam iudicationem faciat, quoniam ex altera parte, vigens adhuc crudor renouabit morbum, vt recidiuis ſæpè contingit.

32 Sed

32 Sed dicet quis. quomodo fieri poteſt, vt cùm vnius caloris opus ſit coctio agentis circa vnum & eundem ſuccum, coctio & crudor inſimul appareant? Iſtud palàm reddunt ea, quæ nunc enucleanda ſe offerunt. ait Hipp. cruda verò, & incocta; ſecernens itaq; cruda ab incoctis, aliud ſit oportet crudor, aliud incoctio. qua in re, Ariſt. deſideratur diligentia, dum cruda coctis oppoſuit, idem eſſe crudum, & incoctum voluit, labiturq; in illud erratum, vt veluti coctio perfectio eſt, à calore tum naturali, tum aſcititio, ex oppoſitis paſſibilibus, quæ vniuſcuiuſque propria eſt materia, ita crudor, & incoctio dominantis frigoris ſit opus. & hac ratione omne crudum, & incoctum frigidum erit, cùm tamen incocta etiam ſint illa, quæ nimio calore, à debita coctionis mediocritate, receſſerunt. Meliùs ergo diuinus noſter Hipp. lib. de Vet. Medic. coctionem definiuit eſſe permixtionem, & mutuam temperationem, quæ inſtar coctura ſit. quocirca ea ſolùm coquuntur, quæ apta ſunt inuicem permiſceri, & ſic in vnum componi, vt exin vna appareat temperies, ex multis commixta, quemadmodum coctioni accidit, dum multa liquata ſeſe componunt. hoc autem in corporibus fit, tum à calore naturali liquante, ac diuidente, tum ab eo, qui proprius eſt rerum actionem ſubeuntium, dum hic natiui caloris opus obſecundat, nec renuit permixtionem. quoties ergo deficit ab hoc munere natiuus calor, tunc nulla, ſeu imperfecta interuenit coctio. deficit namq; vel quia languet ſub opere, vel quia improportionatus eſt rebus coctionem ſubeuntibus, dum harum calor, illius actioni obſtat. obſtat autem, vel quia illi omnino alienus eſt, vt ipſi nunquam conciliari queat, vel quia aliquantenus receſſit à debita proportione, eam tamen nanciſciturus, ſi agentia, & patientia veniant ad debitam mediocritatem.

33 Ceterum, ſi natiuus calor ſuapte natura defecerit, nulla tunc fit coctio, rerum etiam facilem coctionem ſubeuntium, quia is coctionum author eſt. ex improportione verò, duæ diſtinctæ res accidunt, nam ſi illarum rerum, in quas agit natiuus calor, temperies tam aliena eſt, vt ipſi nequeat conciliari, tunc nulla ratione illa editur permixtio, quæ in vnum corpus, alioquin diſſonantia, vnit, facitq; vt hæc in vnam coaleſcant temperiem; cruda ergo, & aliena hæc manent, nec veram coctionem vnquã experiuntur. ſin autem, receſſus ſit aliqualis à debita proportione, quia nempe alteruter calor, ſeu concoquens, ſeu coctionem ſubiens, recedat per alterutrum extremorum à mediocritate, tunc incocta illa res manet, non ſic tamen, vt debitam coctionem reſpuat, ſi vitio ſublato conſurgat mediocritas. iſta propterea, in hoc ordine conſtituta, non prorſus cruda dici merentur, ſed incocta, quia ſuam perfectionem iam non ſunt adepta,

cam

eam tamen nanciſci valent,ſi præpedimenta tollantur. res hæc perſpicua euadit, exemplo ſatis noto. accipiamus arenam, & aurum, quæ calore liqueſcant; hæc dubio procul in vnum coaleſcere nequeunt, quia ſunt naturis diuerſa; at ſi vna aurum, & argentum fluant, nobile fit electrum vnum corpus repræſentans, quoniam naturis conſonant. Quia ergo multum diſſident ea, quæ verè cruda ſunt, ab eis,quæ hac ratione incocta dicuntur, inde eſt, quod Hipp. cruda ab incoctis ſepoſuit, vtraq; tamen coctioni aduerſaria eſt. hæc quidem, quia integram coctionem adhuc non ſunt adepta, illa verò, quia hanc prorſus reſpuunt,& aſpernantur. rem autem ita ſe habere in humanis corporibus, hæc deſignat ratio. aſſumpta cibaria, coctionis ope, vnum ſanguineum corpus efformant, ſed priùs ſeponunt recrementa huic coalitui aliena. abſonum autem eſſet ſeponere ea, quæ deinceps eſſent hoc corpus conciliatura,quandoquidem tam varia, & multiplicia ſunt, quæ coaleſcunt in vnum, & vtraque bilis aſſumi poſſet, ſi penitus hæc aliena non eſſent. non aſſumuntur ergo, quoniam nequeunt huic vnioni ſe adaptari, propterea ab hac coctione manent ſecreta. ſunt ergo recrementa hæc verè cruda, nec coctionem vllam experiuntur, quoniam recedunt prorſus à iam dicta vnione. hinc eſt, quod, ſi ſanguineo ſe immiſcuerint ſucco, noxam perpetuò inferunt, quæ perſeuerat,vſq;dum victrix natura ſegregat alienum, illudque denuò ſeponit. quæ autem incocta ſunt, ſanguini immixta, noxam aliqualem inducunt, quæ tamen coctione emendari poteſt, dum id valens eſt natura peragere. accidit enim nonnunquam eò vitioſitatis venire alimentum, vt vitam prorſus oppugnet, quia corruptelam, aut alicuius qualitatis exceſſum ſubijt; & tunc peccat ſumma cruditate, perinde ac faciunt recrementa, maioremq; ideo adfert perniciem, quia ab vtilibus receſſit. morbi idcirco, qui à corruptela naſcuntur ſuccorum alibilium, vehementiùs affligũt, quàm faciant, qui à ſinceris recrementis emanant, in qua ſinceritate ſumma horum conſiſtit malitia, vt ex aliàs dictis conſtat.

34 At inſtabit quis: nonne Hipp. cocta medicari docuit, cruda verò immedicata ſinere, niſi turgeant? medicatione autem à corpore recrementa deturbantur, vt medeantur ergo, ſint oportet cocta recrementa, & ipſis ergo recrementoſis ſuccis coctio occurrit. reſponſio in promptu; nam vigere in corporibus coctionem, ſeu cruditatem, dignoſcimus ſignis ab ijs deſumptis, quæ veram nanciſcuntur coctionem, quamuis res ſignãtes ſint verè recrementa. tunc enim integra facta eſt ſuccorum alibilium coctio, quando recrementa deponuntur, ſuam mediocritatem ſeruantia: non quia ipſa concocta ſint, quoniam, vt dictum eſt, ab ea coctione recedunt, quæ commixtionem facit, ſed quoniam ſucci alibiles naturalem

conſi-

conſiſtentiam habentes, dum ſegregant alienum, illud proferunt ſuis præditum habitudinibus, & tunc natura ipſa medicationes ſuffert, quia alienum iam ſecretum eſt, quod non eiectum, opportuna purgatione turbatur, in ſupplementum deficientis naturæ. hinc 4. Acut. monuit Hipp. non eſſe in initijs purgationes faciendas, dum tenues, & crudæ ſunt vrinæ, ſed corpora tunc quiete permittenda, vngenda, & æqualiter tegenda, vt nempe, his vires refectæ alimenta concoquant, noxiumq; ſegregent, vt illud deinceps purgationibus pareat. & hoc opportunum ſegregantis naturæ expectandum eſt tempus, dum non turget noxium, ſua concitata motione. perinde enim, vt, dum vtilibus ſunt aliena commixta, expetitur coctio, quia natura tunc inutile ſeponit, ac ſubinde aptum purgationibus reddit, ſic dum aliena ſuapte virtute turgent, ſecreta vtique ſunt, & ideo opportunitatem purgationibus præbent, licet ſecretio hæc non ſit coctione peracta. non ergo cocta medicantur, quia coctionem ipſa recrementa ſubeant, ſed quia ſigna ſe offerunt dominantis naturæ, & alienum ſecernentis, quod purgationum opportunum eſt tempus. dicuntur autem recrementa concoqui conſecutione quadam, quippe coctione vegetior natura reddita, recrementa quoque ad vtilem excluſionem parat, dum meatus reſerat, craſſa liquat, tenuia additione alterius recrementi incraſſat, viſcidaque detergit, quę cuncta ſunt naturæ opera, ritè per coctionem ſe habentis. qua ſtante vnica ratione, corruunt ea, quæ de iſtis coctionibus fuere à Neotericis excogitata, miris inuoluta ambagibus. nunc enarratione proſequamur ea, quæ à crudis iſtis, incoctis, & in malos abſceſſus verſis humoribus, euenire proditum, & ſunt hæc, Acriſia, labor, diuturnitas, mors, & recidiuatio. de recidiuis agere inſtituimus, ſed priùs de reliquis pauca.

35 Acriſia iudicij eſt carentia, diuturnitatis quidem ſuapte natura, ſed non lethalitatis effectrix, vt proditum in Coacis. acriſia igitur occurrit, dum roborata natura coctionem integram peragit, nequit tamen alienum abſpellere, quia imparatum iſtud eſt, vel ſuapte natura, vel meatuum conditione. quocirca non pernicioſa eſt acriſia, ſed ad diuturnitatem facit, quia tandem alienum ſepromit, dum in bonum natura deinceps pertinaciter ſtudet, vt, integrè tandem, ſuum opus adimpleat. imparati enim ſunt alieni humores, alibiles quidem ob inconcoctionem, recrementoſi verò dum craſſitie, viſciditateue hærent: (quibus etiam de cauſis meatus occluduntur) aut nimia tenuitate vitiantur. ſed præcipua acriſiæ cauſa prior eſt, altera nonniſi aqueo recremento contingit, & hoc perquam rarenter, quoniam, dum ſucci alibiles coctione craſſeſcunt, recrementa quoque plerumque debitam conſiſtentiam acquirunt.

ſola

ſola ergo recrementorum craſſities ea eſt, quæ vt diuturnitatem, ſic & acriſiam facit, quia effluuium noxiorum iam ſecretorum retardat, & impedit. Apponuntur autem recrementis, vt ſic craſſeſcant, tum pituita ſiue naturalis, ſiue recrementoſa, tum etiam crudores ſuccorum alibilium; inde eſt, quod poſt acriſiam quandoque concoctę vrinę manent; vſque ad integram ſolutionem; quandoque quæ priùs coctæ erant, denuò recrudeſcunt. etenim, ſi iudicium impediatur, quia recrementa iam ſecreta, ob ammixtionem pituitæ, hæreant, meatuſque ſic occludant, tunc ab acriſia concocta vrina manere poteſt, vſque ad integram ſolutionem, ſiquidem laudabile illud ſit, quod ex alimentis aſſumitur. at ſi incocta ſint alimenta ſuperaccedentia, quæ expulſioni obuiant, interturbatur vtique illud naturale coctionis opus, prodeuntque ſubinde vrinæ crudorem præſeferentes. propterea priori ratione acriſia facta, minorem diuturnitatem habebit, altera maiorem, vt per ea, quæ mox dicentur, palam fiet.

36 Labores, quanam ratione à crudis incoctiſue humoribus, naſcantur, notiſſimum eſt. quoties enim ſentientes partes, aut pondere grauantur, aut copia diſtenduntur, aut aliena diſtrahuntur qualitate, recedunt uè à ſua habitudine, neceſſe eſt, vt laborem perſentiant, intenſiſſimo quidem cum dolore, ſi æſtu diſtractæ ſuæ continuitatis ſolutionem patiantur, remiſſiori verò, ſi ſolo grauentur pondere, adhuc remiſſiùs, ſi ſolius habitudinis mutationem ſubeant, tantoque remiſſiùs dolebunt, quantum ſenſioni detrahitur. quia ergo incocta non adhuc corpori ſe conciliarunt, ſunt tamen ea, quæ opem ferre debent, inde eſt, quod vbi manſerint, laborem faciunt, vſque ad integram coctionem, quam ſi nanciſci nequeunt, vtiliter eijciuntur. cruda autem recrementa, dum in malos vertuntur abſceſſus, laborem faciunt, quoties nempe, è ſuis receptaculis dimota, aliunde inopportuna veniunt; tunc enim iam dictis de cauſis laborem adferunt, quod non eſt, dum ſuis excipiuntur receptaculis: nam niſi quid alienigenum gerant, etſi copia exundent, ſine labore, alioue cruciatu deijciuntur. aſt ſi flauę bili feruidior ſanguis, ſalſaue pituita ſe adiungant, tunc vbi hæc reptauerit, laborem excitat, non quidem ſuapte natura, quia ſua tenuitate, ſucoque amarore meatus reſerat, celeriterque ſuum peragit curſum, & ideo hac ratione vel nullum, vel ſolùm momentaneum laborem excitat, quem facit admixtione illorum ſuccorum, ipſi hæreſcentiam, & ſtabilitatem donantium.

37 Sed quoniam vulgare eſt medicorum dictum, quod omnis ſuccorum decubitus, & affluxus duas incommodat partes, excipientem nempe, & emittentem, ideo dictum hoc enucleemus oportet; nam licet

Hipp.

Hipp. ſit, non eſt tamen ab omnibus benè perceptum. Adnotare ergo licet, quod tranſeuntes ab vna ad aliam partem ſucci, aut alibiles, aut recrementoſi ſunt. alibiles, aut ſolidis iam adhærent, aut in cauitatibus adhuc manent: qui ſolidis hærent, laborem dubio procul faciunt, tum in emandantem, tum in excipientem partem, quocirca in ardentibus laſſitudinoſo dolore cruciantur ſolida, quia ab his ſecedunt biliosi ichores, & labem ſpirituoſus recipit ſanguis, qui ei alienum apponitur. è vaſis autẽ emiſſus alibilis ſuccus vitiatus, aut totus in excipientem partem ſe transponit, aut aliquid noxiorum in ipſis remanet; ſi emittitur totus, partes, quę iam laborauerant, exoneratæ interquieſcunt & laborem totum excipientes habent; ſi quid autem remanſit in parte primitus affecta, vel aſſidua erit iſthinc noxiorũ ſuccretio, aut ſecus. ſi ſuccretio eſt, tunc prior morbus, noua additione, membra grauiùs affliget, non ſic autem ſi abſit germina; miteſcunt enim à priori morbo profecta ſymptomata, quanquam alia noua ſuperaccedant, ob Decubitum ad ſalutem, ſeu ad interitum. Quæ autem recrementa iam firmata laborem inferunt, ſi omnia aliundè receſſerint, omnem illius partis laborem ſecum ducunt; ſed eamdem, ſimilemuè affectionem locis excipientibus impertiunt; ſin autem, quid ſolùm ab ea parte decedat, tunc altera ſuccreſcit afflictio, degrauata tamen pars leuamen ſentit, quia non proprium, ſed alienum eſt, quod ab ipſa ſeponitur. & vt alibiles ſucci, quàm altiùs è ſolidis euelluntur, tam grauiùs diſtractam partem affligunt, ſic è diuerſo, recrementa quò vberiùs ſe dimouent ab afflicta parte, eò morbum, quem inuexerant, leuiorem reddunt, ac dum bonos pariunt abſceſſus, laborem penitus eximunt, ſin autẽ malos inuehant abſceſſus, eos inducunt labores, qui locis excipientibus conſonant. & hac cum diſtinctione loquendum de humorum metaſtaſi, & epigeneſi, ne in media exercitatione multa obſcura maneant.

38. De diuturnitate morbi iam dictum. recrementa enim, quia ſuapte natura cruda, quamquam aſſiduam febrem faciant, diuturniorem morbũ reddunt, quàm ſi is ab incoctis manaſſet alimentis. nam, dum hi omnem coctionem reſpuunt, ocyus conficiunt, dum autem eam ſubire poſſunt, ocyus hanc nanciſcuntur, quia natura huic operi perpetuò attendit. in continuis verò affectionibus, ab excrementis emanantibus, duplex requiritur opus; vnum vt natura incocta alimenta perficiat, alterum vt deturpatum emandet, ſeponatque recrementa, debitam iam parationem adepta. inde eſt, quod affectiones proficiſcentes à vitioſitate ſuccorum alibilium, intra acutorum terminum ſeptima, à recrementis verò emanantes, aut vndecima, aut decimaquarta die iudicantur. quod proportionata ratione extra hunc terminum accidit; nam decima ſeptima diiudicat quin-

tanum circuitum, vigeſima reuoluit tertianum, & vigeſima ſeptima quartanum. ratione etiam tum acriſiæ, tum decubitus ſuccorum, diuturnitas naſcitur, vt ex iam dictis conſtat.

39 Intereunt iiſdem de cauſis ęgrotantes. vitalis namque flammula è corde ducta, dum ſuum retinet tenorem, vitam ſeruat, animęque munia exercet; aſt ſi defecerit ab hoc, vt varius eſt defectus, ſic multiplicia inde exoriuntur incommoda, quæ, miris modis, animi opera ſubuertunt, ad internectionem vſque. Deficiunt autem à ſuo munere ſpiritus, vel quia pabulo deſtituti languent, vel quia à ſuo naturali motu ceſſant; deſtituuntur pabulo, vel quia eis nullus ſuppeditatur, vel quia non tanta eius eſt vbertas, vt eos diù alere poſſit; alimentum nullum ſpiritibus accedit, ſeu alimoniæ, ſeu meatuum deferentium vitio; vitium alimoniæ eſt, ſi venarum ſanguis talem conditionem, innaturalibus ex occaſionibus, ſumpſerit, vt nullum amplius valeat nutrimentum præbere, quod accidit, dum ad omnimodam ſuæ naturæ immutationem peruenit, ob vitioſitatem viſcerum, cibariorum, accedentiumuè recrementorum; meatus verò ſunt in cauſa, vt deficiant pabulo deſtituti ſpiritus, ſi dextera auricula, venoſumque illud vas è caua aſſumptum. ſic occludantur, vt ſanguis alioquin vtilis nequeat ſinibus ſe inſinuare, & hoc præſtant, tum craſſa, viſcidaque recrementa quæ indurucrint, tum craſſioris ſanguinis hæreſcentis copia. ſed hoc poſtremum vnquam fermè accidit, quoniam nequit talem ſanguis præſeferre craſſitiem, ni viſcidorum quid ei ſe adiungat. reponamus ergo hanc craſſioris ſanguinis copiam inter eas cauſas, quæ ſpirituum motum retardant, de quibus mox.

40 Minore eſt quantitas ſuppeditatæ alimoniæ, vel ſpirituum, vel ſuccorum accedentium colluuie. ſpiritus ſunt in cauſa, ſi ardoris tantum habeant, vt plus abſumant, quàm quod eis ſuppetit caua; ſucci autem hanc imminutam præbent copiam, ſi alia ex parte vbertim effluant, vel à debita conditione deficiant, quia ſeu ardore nimio æſtuent, ſeu frigore torpeant, ſeu alienas alias qualitates gerant. Ceſſant à ſuo motu ſpiritus, tum ob marcorem, tum propter ſuffocationem; marcor eſt, dum ſenſim, nulla facta violentia, labuntur, ipſo deficiente pabulo, iam dictis de cauſis. nam quoties nulla interuenerit ſuffocatio, licet cauſa ſpiritus expugnans violentiſſima ſit, mors ſine cruciatu erit; ſuffocatio autem eſt, dum ſic premitur cor, vt etiamſi opus ſuum peragere nitatur, nequeat pondere preſſi, quia in contentione, vtrique angitur, corpuſque totum ſummam patitur violentiam. Cæterum, quum cordis motus pendeat tum à ſanguinis Syrrhoe, tum à prompta reſpiratione, duę ſuffocationis etiam cauſæ, mixtim, ſeu ſolitariè occurrentes. de cauſis reſpirationem impedientibus, non eſt,

vt hic

vt hic agamus. ſufficiat nunc dixiſſe, quod ſpirituum ceſſat motus, ipſa ceſſante ſpiratione, quoniã pulmones, à quibus præcipuè opus iſtud emanat, alarum officium præſtant, quibus cor ſe expandit: quàm idcirco cordis motus eſt celerior, tam denſior eſt ſpiratio, vt è contra, dum deficit cordis motus, & ipſi interquieſcunt pulmones, nam in materno vtero, quia imbecillis eſt cordis motus, vix aſpectabilis eſt pulmonum elatio, cur autem cordi datæ ſint iſtæ alæ, altionis eſt ſpeculationis, (non iniucunda fortaſſis hac de re aliàs) illud ſolum nunc adnotemus, quod, expeditus ſit circumeuntis ſanguinis curſus, ſummoperè pulmonum motus conducit, quia vaſa ſeſe promptiùs expandunt; propterea nequit ſe expandi, & contrahi cor, ni ſpiratio fiat. impedita autem eſt ſanguinis hęc ſyrrhoes, dum, quæ impediunt, firmantur, aut in arteria venoſa, aut in vena arterioſa, aut in aorta. aſt, ſi impedimentum eſt in vena arterioſa, ſanguis in dextero ſinu ſtagnans opprimit cor, & ſenſum ſuffocationis edit; quod ipſum faciũt obices in venoſa arteria exiſtentes; tumeſcunt tamen vnà pulmones ſanguine diſtenti, duplexque interuenit ſuffocationis occaſio, quia nempe ſpiratio vitiata eſt, & ſanguinis tardatur circuitus; dum autem obſtaculum in aorta eſt, cor & pulmones ſunt vndique diſtenti, ambetque ad exitium interueniunt ſuffocationis occaſiones. hinc multiplex varietas ſymptomatum cor affligentium, de quibus aliàs, nunc de recidiuis.

41 Eſt recidiua prolapſus, in eumdem, aut ſimilem morbum factus, poſt prioris morbi quietem, ſeu leuatione aliquam. duplex autem morbis interuenit quies, vna perfecta & integra, altera imperfecta nullam ſtabilitatem promittens. prior quies naſcitur à firma & completa iudicatione, quæ, dum morbum penitus ſoluit, & eliminat, nihil relinquit in corpus, quod author recidiuationum ſit. nobile idcirco fuit Hipp. monitum, vt, ab his quæ iudicantur, ſuntq; integrè iudicata, abſit omnis motus, turbatio, & innouatio medicamentis, aliiſue facta irritamentis, quoniam natura munus ſuum iam ad Amuſſim adimpleuit, nec aliquid noxiorum detinuit, quod facere recidiuationem valeat. damnoſa idcirco in iſtis omnis erit purgatio, quia offendunt hæc quàm maximè ſana corpora, vt 2. Aph. 38. proditum. integrè autem natura munus ſuum adimplet, dum criſim promouet ea die, quæ ſtata eſt, vt illius morbi decernat circuitum, excludit humorem à quo morbus ipſe immediatè pendet, præſignat hanc ſecretionem, & excluſionem, criſimis, & coctionum inditijs, nam coctionis ſupra ad ſecretionem, criſima faciunt ad excluſionem profert è locis conferentibus noxium humorem, deturbat tandem eam noxiorum multitudinem, quæ morbum totum eliminat, nec viribus eſt incommoda. inde eſt, quod ſi tertianus circuitus ſeptima iudicetur, inte-

grè ſolutus non erit, quia non eſt dies legitima, quæ illum decernat circuitum. recidiuatio ergo expectanda, quia iudicationis præreptum eſt tempus, licet ad ſalutem morbus tendat. pariter, ſi vndecima die tertianus circuitus criſim edat, per excluſionem pituitæ, atriuè humoris, expectanda recidiuatio, quæ noxium tandem febris efficiens eijciat. ſigna quoq; præueniant oportet, quoniam licet haud ex neceſſitate inde ſequatur leuatio (quæ malis cum ſignis leuantur, inquit Hipp. in Coac. & quæ cum bonis non remittunt, difficilia ſunt.) opportuna tamen ſunt ad criſim, quippe ſi abſuerint, infida erit omnis leuatio. vt enim completa ſit criſis, oportet, vt natura ſuas vires concocto alimento redintegret, deinde, vt noxium ſecretum properet, quò ſalubriter vergere debet. ergò, tũ coctionum ſigna interueniant oportet, tum quæ propria ſunt humoris offendentis, & partium hunc ad excluſionem properantem, excipientium. interueniunt quoq; huic operi loca conferentia, quæ & excipiunt properantem circuitum, & humorem noxium ſecretum promunt. quocirca, nec pars excipiens exiguæ debet eſſe capacitatis, vt totum noxium continere poſſit, nec diſſonare ductus, à conditione circuituum vigentium. nã in quartano circuitu, aluus copioſè deijciens. haud firmam iudicationem reddit, ni inſimul ac deinceps ſudor emanet, quoniam circuitus is ad ambitum corporis potiùs, quàm ad ventres tendit. Quantitas poſtremò exeuntium morbo par eſſe debet, quia paucum criticum non eſt, deſignatq; ſeu naturæ imbecillitatem, ſeu noxiorum contumaciam: & quod debitum excedit, totam corporis œconomiam ſubuertit. ſunt ergo hæc ad integram criſim expetitæ conditiones, altera quarum ſi abſuerit, non ampliùs completa, ſed imperfecta erit Criſis, & exin recidiuatio expectãda.

42 Cęterum, ſi finem huiuſce imperfectionis attendamus, imperfecta quæq; criſis, aut interitum, aut ſalutem promittit. illud autem attendendum, quod quemadmodum perfecta criſis editur, dum natura, coctionũ armis munita, ſecretum propellit noxium, vt iſtud deinceps, ſuis conſuetis, ſeu opportunis eiectionibus, ſe depleat: ita ab hac integritate Criſis recedit, quia vel ſucci alibiles incocti ſunt, vel cruda recrementa ſeu vigent, ſeu ſecreta vaſis adhuc hærent inopportunè. ergo omnis imperfecta criſis iſtis de cauſis editur, quæ recidiuationum quoq; ſunt auſpices. nam hæc ſunt illa, quæ in morboſum ſtatum homines ducunt, & licet plerumq; hæc in corpore maneant, abſq; inſigni damno, hoc accidit, dum corpora vim reſiſtendi eximiam habent, à qua certè procul abſunt, dum, ab anteacto morbo laceſſita, languent; nec ſperandum alimentis hæc refici, quoniam plùs nocumenti, quàm iuuamenti afferunt cibaria, impuris immiſſa corporibus. recidiuatio ergo oportet ſuperaccedat ſalubris ſeu

exitioſa,

exitioſa, vt inclinationes inde promanantes ſe habuerint.

43 Dictum autem, quod, inter conditiones integrum promittentes iudicium, primum locum obtinet legitima dies. quocirca Hipp. 3. in 1. Epid. poſtquam cenſum fecit dierum legitimè decernentium, habet hæc verba. At verò noſce expedit, ſi aliter iudicatio fiat extra præſcriptos dies, recidiuas fore ſignificat, illaſq; ſanè pernicioſas. Labitur ergo in deteriùs morbus omnis, qui criſim habet, die, ſuo haud analoga circuitui. præripitur enim ſeu protrahitur iudicationis tempus, vel quia, humoris orgaſmo laceſſita natura, noxium profert, priuſquam integrè ſecretum ſit, quocirca iſtud aut non ſe exerit totum, aut vnà inſimul effertur, quod nutrimentum erat præbiturum. quamuis ergo, illa eiectionum vbertas apparentem leuationem faciat, deinceps in peiùs recrudeſcit morbus, quia vndiq; crudores vigent, & vires deiectæ concidunt. & in hoc non leuiter fallimur, dum vtilitatem ab iſtis inopportunis deiectionibus ſperamus, noſtris rebus intereſſe putantes quid noxiorum ſe exerere, quàm hoſtem integrum intus detineri: quùm tamen Hipp. 2. in 6. Epid. dixiſſe legimus tranſitus vtiles ad futuros, apertos eſſe detinendos quando oportet, alioquin, nulla inde expectanda vtilitas, aureaq; ſunt illa verba 1. in 2. Epid: ſcripta. Quæ præiudicata ſunt, inquit, ſi cum cruditate iudicata ſunt, recidiuas faciunt, ſin minus acriſias; fuerint autem & lethalia, ſi non parua. quoties ergo criſes ſtatutum tempus anteuertunt, acriſias, ſeu malas recidiuationes faciunt; ſimiliter dum tempus protrahunt; propter cõtumaciam ſuccorum, aut imbecillitatem virtutum, quæ altera eſt cauſa iudicij inordinationem edens, hoc faciunt.

44 Exemplis rem hanc illuſtriorem reddamus. Homo calefactus, octaua calido ſudore excluſo, viſus eſt à febre liber, vndecima tamen deceſſit, quia octaua dies erat illegitima in tertiano circuitu. Eurinactidis filia ſexta die libera à febre, iudicata eſt ſine ſudore, recidiua facta eſt ſeptima à iudicatione, moritur tandem. duo hæc exempla ſufficiant ad oſtẽdendum, quonam ordine criſes, diebus illegitimis factæ, morbum ad interitum inclinarunt, quanquam ritè dijudicationem proceſſiſſe in homine calefacto appareat, quia calidus effluxit ſudor, qui ardentem diiudicat. ſed & in deteriùs quoque prolabuntur morbi, diebus legitimè decernentibus, ſi cruda, & in malos abſceſſus verſa ſe offerant, vt in Pario, qui vigeſima ſudauit vniuerſim, quadrageſima à febre liber, centeſima vigeſima moritur. nam huic aluus toto morbi decurſu, ſeu lubrica ex bilioſis liquidis multis, ſeu adſtricta ex feruidis & crudis erat: quocirca licet interuenerint diebus legitimis factæ criſes, quia tamen, & incocti erant ſucci nutrientes, (vrinæ enim perpetuò malæ) & cruda recrementa vigebant,

nil vtilitatis attulerunt criſes diebus legitimis factæ, ſed in peiùs morbum inclinarunt, in diuturnitatem adactum, ope iudicationum ſe diebus legitimis offerentium, iam progreſſo morbo. eorum namq; ait Hipp. 1. in 2. Epid. qui ſtatim pereunt, celeres ſunt iudicationes, quoniam & dolores continui & fortes: iudicationes ergo, quæ incomplectæ legitimis accidunt diebus ſed progreſſo iam morbo, diuturnitatem inducunt, & interitum parant per plures recidiuationes, vt in Pario. Eandem longitudinem promittunt illæ criſes, quæ licet legitimis appareant diebus, non conſonant tamen cum circuitu morbi; quocirca expectanda recidiuatio, ſalubris quidem ſi in bonum reliqua conſentiant exitioſa ſin minùs. accipiamus Anaxionis hiſtoriam. hic vigeſima ſudauit, à febre liber, poſt iudicationem alleuatus eſt. vigeſimaſeptima redijt febris, trigeſimaquarta ſudauit à febre liber penitus iudicatus eſt. dies legitima quintani circuitus erat decimaſeptima, non facta eſt tunc integra ſolutio, maturiora tamen ſputa exire cęperunt. facta eſt iudicatio vigeſima, ſed non integra, quia morbi non excipiebat circuitum. redijt idcirco febris, quæ ſalubriter iudicata eſt trigeſima quarta excipiens quintanum circuitum reuolutum.

45 Sed vt integram habeas recidiuationum theoriam ſciendum morbos quoſdam ſtatos habere circuitus, quoniam offendens humor vniuſmodi eſt, alios verò non pro ratione ſed mixtim, tum quia adſunt vndiq; commixti humores, tum quia horum alteruter magis viget, vt inde morbus diuerſarum idearum inſurgat, licet vna ex his euidentiùs elucescat. hinc iudicationum, & recidiuationum varietas tanta, ſuis tamen non deſtituta rationibus. etenim qui vniuſmodi morbi ſunt, ſtatoſque habent circuitus, iudicationes quoque & ſtatas recidiuationes habent. hinc Hipp. 2. in 1. Epid. quibuſdam autem morbus iudicabatur vndecima, reuertebatur decimaquarta iudicabatur perfectè vigeſima; ſi verò aliqui ſuperriguiſſent circa vigeſimam, his iudicabatur quadrageſima. ſuperriguerunt autem plurimi circa iudicationem ab initio. conſtans ergo erat recidiuatio hæc ſtatis circuitibus procedens, quia bilioſus humor vniuſmodi erat. ſin autem diuerſæ complicatæ aderunt ideæ, tunc recidiuationes modis inordinatis occurrent, tantò ab ordine decedentes, quantò confuſſis affectus ſeſe adiungunt, con mixtiuſq; ſe habent. hinc dicebat Hipp. loc. nup. cit. Circa Arcturum multis vndecima die iudicatio facta eſt, & his recidiuæ, non pro ratione fiemes reuerſæ ſunt. ſubdit ac ſi huiuſce euentus rationem reddat. Erant autem, inquit, ſoporoſi circa tempus hoc. non ergo ſincera erat bilis, quæ vndecima criſim habuit, inde factum, vt recidiuæ non pro ratione fierent, quia alter prope iudicationem ſe exercebat alienus humor, recidiuationis non pro ratione fientes author.

46 Com-

46 Complicati quoq; affectus ſtatim ab initio apparentes, ſubuertũt ordinem. nam ſi febris ardens adiunctam habeat recrementoſam bilem, quæ hæreat, ſeptima ardens febris integram non habebit ſolutionem, nec vndecima hæreſcens bilis poterit ſe diſtrahi; propterea nonniſi vigeſima, integra expectanda erit ſolutio, per excluſionem bilis flauæ attenuationẽ iã nactæ. Qui dicebat Hipp. iudicatus eſt ſeptima die, ei intermiſit nouẽ, reuerſus eſt morbus, iudicatus eſt quarta. vigeſima itaq; morbi die facta eſt criſis. nam ſi quatuor recidiuationis ſeptem prioribus addantur, habemus dies vndecim, qui complent tertianum circuitum. intermiſit autem morbus diebus nouem, vt recidiuatio occurrat die decimaſeptima, quum nempe recrementoſa bilis, ſanguinis curſum ſeruans, delapſa in cor, deinceps ſalubriter per corporis vniuerſitatem ſe diſpergit, vt integram criſim faciat. nec fieri antea recidiuationem oportuit; quoniam ardens iam in totum ſeptima receſſerat, craſſioriſq; bilis quid ſolum relictum fuerat, ſtimulis deſtitutum; interquieuit idcirco tantum temporis, ratione ſuperius adducta. adiungit mox Hipp. ſingulare Phanacriti euentum. iudicatus eſt.n hic ſeptima die, intermiſit morbus diebus ſex, & denuò ſeptima à recidiuatione iudicatur. ardens hæc erat febris, atro è carnoſis educto partibus aſſociata humori, qui ſeptima excluſus intermiſſionem fecit vſq; ad hebdomadariam reuolutionem alteram, quo tempore alibiles iam appoſiti ſucci grauius offendentes eandem ardentem recrudeſcere fecerunt, quæ & ipſa criſim die ſeptima habuit. in totum enim detracto intermiſſionis tempore dies quatuordecim perdurauit morbus, quod ſpacium temporis quartanis competit continuis, & ardentibus recidiuantibus. ſcriptum enim lib. de iudic. Ardentes criſim experiuntur ſeptima, aut decimaquarta, ſi nimirum aliqua ſe interponat quies. obſeruatum namque per hyemem, circa hybernum ſolſtitium adæquinoctium vſque ardentes perſeueraſſe febres, & phreniridas, multoſq; deceſſiſſet, quia iudicationes transmutatæ erant, & iudicatio, inquit, facta eſt plurimis ab initio die quinta, intermiſit quatuor: recidiua facta eſt, ex recidiua iudicatio facta eſt quinta die, vt in totum eſſent dies quatuordecim, quod à torrido factum eſt ſanguine per quintanam periodon; intermiſit idcircò diebusquatuor, vt ſtabilis maneat periodorum ordo. exitioſæ autem, vt plurimum, criſes & recidiuationes iſtæ, tum natura cauſæ offendentis, tum propter iudicationem præreptam, ſalubriùs adfuturam decimaſeptima die.

47 De illis demum recidiuis decimaſeptima die finiẽtibus, mira adeſt ab Hipp. deſcripta varietas. Duo erant fratres, inquit, decumbentes iuxta Epigenis theatrum qui eadem hora ægrotarunt: ſeniori ſexta die iudicatio facta eſt, iuniori ſeptima, recidiua facta eſt ſimul vtriq; eadem hora, in-

ta, intermiſit dies quinque, ex recidiua iudicatio facta eſt ſimul vtriq; in totum die ſeptemdecima. plurimis autem ſexta die iudicatio facta eſt, intermiſit ſex, ex recidiuis iudicatio facta eſt die quinta. quibuſdam ſeptima die iudicatus eſt morbus, ſeptem diebus intermiſit, ex recidiua iudicatus eſt tertia. quibuſdam autem iudicatus eſt quinta, intermiſit ſeptē, rediit per tres, intermiſit vna inſuperque vna rurſus occupauit. aliquibus verò iudicatus eſt ſexta, intermiſit ſex, rediit per tres, intermiſit vna, & vna iudicatus eſt, velut Euagunti Daipharſis filio. quibuſdam autem iudicatus eſt ſexta, intermiſit ſeptem, ex recidiua verò iudicatus eſt quarta, velut filiæ Aglaidæ. pleriq; igitur ex his qui ægrotarunt in hac conſtitutione, hoc modo ægrotarunt, & nullum noui ex his, qui ſuperſtites manſerunt, cui non rediiſſent recidiuæ, ſecundum rationem fiebant, & ſeruati ſunt omnes, quos ego noui, quibus hoc gentes recidiuæ factæ ſunt. Hactenus ipſæ. Porrò ſic variæ in quintano circuitu iudicationes fiunt; quoniam febres quintanæ, omnium peſſimæ commixtas gerunt ſuccorū conditiones, inordinatis ſubinde periodis ad ſuam metam tendunt plerūmq; & tabidam gerunt naturam, ni primo ſoluantur circuitu. Sic ergo de recidiuis res ſe habet, quarum præindicantia ſigna præter iam dicta, ſunt hæc ab Hipp. 2. in 6. Epid. deſcripta ſitis, oris inſuauitas, ſeu ſiccitas: ciborum faſtidium: vigiliæ: ſomni turbulenti: laſſitudo totius corporis, & vrinæ inconcoctæ tales à febris diſceſſu perſeuerantes; quorum ſignorum rationes innoteſcunt ex iam dictis. Sunt & alia, quæ de recidiuis dicenda occurrunt non leuia, quæ, quia data occaſione fuere in Coacis enarrata non eſt, vt denuò nunc actum agamus. Cæterum quoniam coctionum inditiis vtiles præſignantur criſes, ad ea quæ ſuperiùs de iſtis dicta ſunt, hæc particulatim addere haud erit inopportunum.

48 Dictum autem in ſuperioribus eſt, quod vera, & integra coctio nutrientibus ſolùm accidit ſuccis vt eius ope in vnum diuerſa cibaria corpus coaleſcant, quæ adamuſſim correſpondet his, quæ multiplicia cùm ſint, vnam corporis compaginationem & habitudinem conſtituunt: quæ autem ab hac compoſitione aliena ſunt; ſecreta manent, nec vnquam in hanc coaleſcentiam aſſumuntur, quoniam alimentum corpori commune præbere nequeunt. Cœterum quoniam recrementa hæc multis modis corpora offendunt dum nempe ſeu præter debitum ſuas exerunt facultates, ſeu motu turgent: ſeu indebita quiete ſtagnant: his coctioni haud abſimile opus occurrit, quo ad excluſionem & ſecretionem parantur, vt quadantenus lenita, deinceps non ſic corpora incommodent. Alienum autem quod in corporibus eſt (de internis ſi loquamur occaſionibus) aut ab alimentoſis ſuccis, aut à iam ſepoſitis recrementis venit. alimenta corpore

pore aliena ſiunt, ſi aut inconcoctionem præſeferant, aut per corruptelam à ſuo degenerent ſtatu; quæ ſolam incõcoctionẽ gerunt, emendantur integra coctione, cuius ope exceſſum ſeu caloris, ſeu frigoris deponunt, cęteraſq; virtutes corpulentiores excedentes ad mediocritatem ducunt, vt deinceps, ad vnionem redeant; quæ autem omnimodam nacta ſunt corruptelam, non ampliùs veram coctionem ſubire valent, ſed ſi reliquis alibilibus ſuccis hæſerint, per coctionem ſegregantur, & aliquo modo ſeponuntur; at ſi concluſa aliqua in parte hæreant, puris naturam inducũt, ſanioſamuè recipiunt conditionem, vt ſunt corruptionis inuecti gradus. Recrementoſi porrò ſucci, aut ſolitariè peccant, aut nutrientibus ſunt permixti; Si commixti ſunt ſeponuntur, dum alibiles ſucci eam inconcoctionem deponunt, quam inuexit alienus commixtus humor; Solitariè autem offendentes apparatum exigunt, quo craſſeſcunt, quæ tenuia ſunt, craſſa attenuantur, hæreſcentia dimouentur, citata remorantur, ſed præcipuè meatus apperiuntur, per quos opportunè hi ſeponi debent. horum enim operum finis eſt excluſio, non alitio, vt in vera coctione. hinc eſt quod non ipſa eſt recrementorum corpulentia, quæ ſuapte virtute craſſeſcat, ſed iſtud additio alterius recrementi facit; nam bilis craſſeſcit, dum ei additur pituita, pituita attenuationem ſubit per additionem bilis.

49 Cęterum, quia paratio hæc ſecundarium eſt ipſius naturæ opus, neceſſe eſt, vt præueniat coctio, quia recrementa ex pulſioni quoq; obnoxia fiunt. exit autem per criſim quandoq; tenuis, & aquoſa bilis, crudorem gerens, quandoq; verò, quæ priùs tenuis, craſſa mox viſitur, cuius varietatis ea eſt ratio, quod dum recrementa collecta in penitioribus ſeruantur receſſibus, nec ſe penitus ſanguini immiſcuerunt cruda, & imparata à natura turbantur, eſſentq; ad excluſionem inepta, ſi aliorum recrementorum additione craſſeſcerent. cruda itaq; & imparata deijciuntur, cum morbi alleuatione, ſi natura ſuum coctionis peragat opus, alacriùs deinceps ad iudicationem properatura. ſic Hipp. 2. Acut. uothæ pleuritidi ſalubriorem fore dixit hellebori vſum ad iudicationem, quoniam in Coacis dictum, quibus in febre dolorem lateris, efficiente aluus multa, aquoſa, & biliosa egerit, leuamen occurrit; collectus namque crudor ſe deponit, non penitus ſanguini ammixtus. faciunt ergo hæc ad leuamen, non autem ad omnimodam iudicationem, quoniam ad hanc integrum requiritur naturæ opus, quod ſe per coctionem exerit, qua cuncta craſſeſcunt quadantenus. nam recrementa, quæ ſe altiùs in ſanguinem immiſcuerunt, ſecreta iam per coctionem, aut in penitioribus craſſitiem indipiſcuntur, quod plerunq; ad acriſiam facit, vel hanc aſſumunt, dum inte-

ſtinorum

ſtinorum fęcibus ſeſe commiſcent, quæ ad iudicationem craſſeſcunt, vt ſigna præbeant integrè iam peractæ coctionis, quemadmodum in ſuperioribus dictum. exeunt tamen recrementa ſalubriter prorſus cruda, quia talia ſuapte natura ſunt, ſed deinceps poſtquam ſuam exonerauerint vbertatem, craſſeſcunt iam dictis rationibus, vt ſit naturæ opus completum. quocirca ad omnem criſim anteueniunt coctionis ſigna, quanquam cruda recrementa ſe exerant craſſeſcentia mox.

50 Vt autem coctionum ſigna firma rataq; ſint, oportet debito tempore appareant, vndiq; ſpectentur, & morbo ſint analoga. nam ſi verum eſt illud Hipp. dictum, quod iudicantia ad meliùs non ſtatim promi debeant, certum quoq; erit, quod nec ſigna coctionis criſim præiudicantia, tuto ineunte morbo occurrunt quanquam enim ratio ſuadeat, tutiùs eſſe malum profligari, & bonum ocyus ſe offerre, nihilominus, quum omnis febrilis affectio à vitioſitate originem trahat ſanguini inuecta, ea ex neceſſitate accedunt mala, quæ dominantis humoris, & naturæ ſubditæ ſũt propria; ſubuertitur autem tunc nutritionis opus, quia temerantur alibiles ſucci, ergo ex neceſſitate cruditoris ſigna effloreſcunt, quæ deinceps deflorent, dum ſuas natura vires reaſſumit, vt opus nutritionis integrum edat. ergo ſi ineunte morbo coctionis ſe exerunt ſigna, doloſitas vtique ſubeſt, propter quam ægri plerumq; inſidioſè decedunt. hinc dictum in Coacis, Quod vrinæ in aſſurgentibus parotidibus, citò & modice matureſcentes, ſuſpicionem parent, quia non debito tempore occurrit hæc coctio.

51 Sed quodnam eſt tempus coctioni opportunum? ſciendum, quod morbi incipiunt, inualeſcunt, vigent, & declinant. incipiunt, dum corpus à naturali ſtatu decedens labitur in morboſum, nequit ſubinde ob moleſtiam, quam ſubit, promptè ſua munia exercere, ſicq; ſenſim morbi facti, aceruatim, vt dicebat Hipp. deinceps erumpunt. hoc autem tempus non eſt nec dierum, nec hebdomadum, nec etiam horarum numeris definitum, quoniam morbus quandoque erumpit molliter, mox increſcit, quandoq; verò talem præſefert vehementiam, vt dum naſcitur, increſcat, vigoremq; recipiat. & vt, priori in caſu, principium ſe extendit per multum temporis, ſic in altero vix perceptibile principium hoc eſt, quum ſtatim ea erumpant ſymptomata, quæ morbo incrementum tribuunt. incrementum itaq; morbi eſt, dum hic ingraueſcit, & noua profert mala; adeſt autem vigor, quum ad ſummum omnia perueniunt, vt deinceps decreſcant, non increſcant ampliùs; decreſcunt autem ſymptomata verè, dum morbus ad ſalutem tendit, inſidioſè, dum ad interitum. & hoc poſtremum, quia virtus proſtrata non ampliùs pugnam cum morbo init, vel

quia

quia mali naſcuntur decubitus, per tranſlationem ſeu propagationem noxiorum ab vna, ad aliam partem. Occurrunt autem morbo hæc tempora ſtatis, aut præuerſis ordinibus. ſtato quidem ordine accedit priùs morbi exordium, mox incrementum, ſequitur deinceps vigor, exceptus tandem vtili, ſeu inſidioſa demiſſione. Præuerſis verò ordinibus contingit, vt ſeu increſcat ſtatim malum ad vigorem vſq; declinaturum poſtmodum alterutro modo, ſeu protinus floreat, vt mox decreſcat ad ſalutarē, ſeu inſidioſam ſolutionem, ſeu demum momentò floreat, ſeruetq; ad criſim vſq; eundem ſtatum. vt hac ratione quibuſdam morbis perpetuus ſit vigor, alijs incipientibus à vigore mox demiſio ſit; alijs demum raptim incrementum adueniat ad vigorem vſq; vt mox declinent, ſeu ſalubriter, ſeu perniciosè.

52 Qua ſtante Hipp. doctrina, non eſt, vt per coctionum, ſeu cruditatum inditia, morborum diſtinguamus tempora, niſi in illis morbis, qui ſtatis ordinibus properant ad ſalutem. in iſtis enim cruditas, quæ ſtatim exoriente morbo apparuit, per incrementum morbi aliqualem coctionē recipit, quam mox integram vigor expromit. non ſic ad Amuſſim in reliquis res ſe habet. properè enim floreſcentes, ſeu increſcentes crudorem exhibent, quem per coctionem deponunt, dum increſcunt, decreſcunt, vigentque ſi properent per alterutrum horum ad ſalutem. non ergo coctionum, ſeu cruditatum ſigna diſtingunt tempora, quum vtrobiq; appareant, ſed inditia ſolum modo ſunt ſalutis, aut interitus, ſalutaris, aut perniciosæ adfuturæ criſis. ratio iſtius diſtinctionis eſt, quia quod inchoamentum, incrementum, & vigorem morbo tribuit, noxius eſt humor corporum naturis aduerſarius, quod autem ſalutem; aut interitum per coctionem promittit ipſa eſt natura; opus ſuum nutritionis peragens, & quia Criſis opus eſt naturæ præfinito tempore agentis, hinc eſt, quod coctio, iſtis naturæ operibus ſubſeruiens præfinitis quoq; ſe oſtendit temporibus, iuxta circuitus ad criſim tendentes. ergo coctionum ſeu cruditatum ſigna, non primariò ad morbum, ſed ad ipſam ſpectant naturam, & propterea quaterniores, & hebdomadæ veniunt in conſideratione, extra quos circuitus, de criſi, per hæc ſigna, certi quid pronunciare nequimus. coctionum ergo tempus præfinitur à circuitibus legitimè iudicantibus, qui ſigna per quaterniores, & hebdomadas monſtrant, quibus celeritas ſeu tarditas, ſecuritas aut ſecus ſanationis promittitur, ſiue morbus increſcat, decreſcat, maneatq; in vigore, quum, & in declinante, increſcente, vigenteue, talia ſe offerant ad criſim ſigna.

53 Alteræ bonæ coctionis conditio eſt, vt vndique appareat. nam ſi lotium coctionem præſeferat, quæ autem aſſiduè ex alno profluunt cruda ſint,

da ſint, & è contra, incompleta vtiq; & infida erit illa coctio, & ideō imminens criſis nec integra, nec ſalutaris erit idipſum dicendum, ſi crudus decumbat humor, coctionem ad integram ſanationem ſubiturus, cęcera verò recrementa coctionem oſtendant, recrudeſcet enim morbus, ſeu multum exhibebit negotij. vtq; ſummatim dicam, quicquid coctionem requirit, oportet ſuæ perfectionis ſigna vndique det, vt integra mox criſis euadat, ſecus acriſia erit, quæ recidiuationem, diuturnitatem, & in malos abſceſſus conuerſionem præſagit.

54 Poſtremùm, ipſa coctio morbo ad Amuſſim ſe adaptare debet, vt ea nempe concoquat calor, paretq; ad excluſionem, quæ noxam inferũt. nam ſi in pituitoſo morbo, lotium ſit mediocre, cum nubecula fundum matulæ petente, erit quidem coctio, quæ certam in morbis bilioſis ſalutē promittit, aſt non itidem in pituitoſis, in quibus oportet, vt vrinæ ſedimentum ad integram coctionem proferant, album, lene, & æquale, & hoc omnibus in morbis ſummoperè attendendum, ne nos fallat præſenſio; nil enim vtilitatis ſperandum ab ea coctione, quæ morbo non ſe adaptat. nam plerumq; contingit, vt pleuritici, ſeu peripneumonici decedant, lotium proferentes coctum, quia incocta ſunt ſputa. coctio ergo, & ad excluſionem paratio ſpectanda eſt in illo humore, qui immediatè offendit, vt integra inde ſit diiudicatio expectanda.

55 Sunt autem, quæ tanquam coctionum, & cruditatum ſigna ſpectanda veniunt, quocumq; in morbo, alui fęces, lotium, & ſputa, quæ criſes etiam excipiunt, non ſine diſtinctione tamen. deponit enim aluus non rarò cruda ad ſalutem, quæ licet ratione crudoris malum præbeant inditium, ſalutaria tamen ſunt, quia critico modo adueniunt. at quæ coctionum ſigna ſunt, expetitas ad coctionem conditiones exhibent, diſtincta ergo hæc ſigna erunt, prout coctionum, ſeu cruditatum notam præbent, & prout criſes gerunt. de primis autem nunc agere intendimus, deinceps ſuo loco de reliquis, ne inuoluta ſit horum narratio.

56 Certum itaq; eſt, craſſa recrementa omnia plerumq; inteſtinorũ excipi anfractibus, & inde multiformes prodire deiectiones, quæ partim à ventriculo veniunt, partim ab alto corporis. ventriculus vniuerſim aſſumpta cibaria in cremorem componit, quem mox venæ ſugunt, ſummotum à craſſioribus, & turbulentioribus partibus, quæ ex aluo tandem prodeunt compactæ, ſi debitam moram in inteſtinis traxerint, & venæ ipſæ integram ſuctionem fecerint. quare fęces tunc naturaliter ſe habent, quum debitam moram in inteſtinis trahunt, & venæ ſuam ſuctionem integrè peragunt; quorum alterum, ſi à ſuo defecerit ordine, fęces tunc genuinam non habebunt conſiſtentiam. cęterum venarum ſuctio vitioſa

eſt, dum

eſt, dum in hoc ſuctionis munere, ſeu deficiunt, ſeu excedunt. deficiunt à aut frigore langueſcentes, aut impeditæ cauitatum occluſione. inde enim fit; vt humiditatum in venis non aſſumptarum copia, aluus liquata mixtum fecibus cremorem deijciat; inconcoctionem exhibens, quia cremor ſuccus eſt incoctus, ſi ad eam comparetur perfectionem, quam mox in venis ſubiturus eſt; & hoc vnum cruditatis eſt ſignum, quia nempe auertitur à calore concoquente ſuccus coctioni aptus. aſt ſi in ſuo tractionis, ſeu ſuctionis munere, exundauerint venæ, alterum cruditatis tūc ſignorum genus occurrit, & eſt, dum omni humore deſtitutæ fæces, aut prorſus inteſtinis hærent, aut ſic indureſcunt, & reſiccantur, vt caprarum globulos repræſentent. prima ergo ratione à frigore, meatuumq; occluſione crudoris ſigna occurrunt, alterius autem generis ſignorum author eſt calor, intus euocans quicquid humoris in ventre eſt.

57 Ab alto corporis, tum quæ ſuapte natura aliena ſunt, cuiuſmodi habentur recrementa omnia, tum quæ innaturalibus ex occaſionibus talia fiunt, licet priùs amica eſſent: cuncta namq; hæc, quemadmodum incongruè detenta, ſeu delata, viſcera, ſanguinemq; offenderant, ſic ad inteſtina euocata, ſi vitium gerant, cremori officiunt ſic, vt nutritioni ampliùs non ſit accommodus, ob eam, quam ſubit, inconcoctionem, cuius inconcoctionis ſigna oſtendit, perinde ac faciunt ea, quæ ob imparatam ſuccorum accedentium naturam offendunt, ſiue viſcoſitate ſua aluum remerent, ſiue irritamento perturbent. quoties ergo, præuenit criſim aluus aut nimiopere fluens, aut prætermodum ſtagnans, crudor eſt, quem viſcera demittunt, ſi molles fiant fęces coherentes, & pares copiæ ingeſtorum, ſtataq; ſe exonerent hora; & vt per gradus fit ab optima deiectione receſſus, ita cruditatum inſurgit malitia, vſq; ad vltimum lethalitatis gradum, vt pleniùs in Coacis enarrationibus, vbi etiam de Vrinis, & de ſputis non pauca enarrabuntur, huic rei accommoda. illud ergo nunc dixiſſe ſufficiat, quod hæc exhibent coctionum, ſeu cruditatum ſigna; quia vrina vniuerſim de toto corpore (quum è vaſis ſanguineis emanet) præſagium fert; alui deiectio quandoq; de toto corpore, per ea, quæ ex alto in aluum ſe deponunt, particulatim verò, tum de tranſductione cibariorum in cremorem, tum de ea ſuctione, ſeu immiſione, quam venæ faciunt; ſpuitiones verò ſingulariter ſigna gerunt eorum, quæ thoraci eueniunt: in acutis proinde paſſionibus maximum habent locum ſpuitiones, tum ad celeritatem iudicationis, tum ad ſecuritatem ſanationis. venaturi itaq; deinceps criſima ſigna, inſtantem criſim demonſtrantia, perpendamus priùs, quotuplices ſint noſtris corporibus occurentes criſes.

58 Quo-

58 Quoties natura ſuo robore munita ad criſim ſe parat, agit in humorem noxium diuerſimodè, vt diuerſæ ſunt huius, corporumq; conditiones. Sic enim comparatum ad operis neceſſitatem, vt agens materiæ ſe adaptet, ſuumq; ſubinde munus fatali quadam lege compleat. Humores autem noſtra corpora offendentes, alij craſſitie, alij tenuitate prædit ſunt, itidem, dum naturalem ſeruant conſtitutionem, aut nutricatui inſeruiunt, aut purè recrementoſi ſunt. qui alimentum præbent, & tenues ſunt, ſi vitium contraxerunt, & ad extima corporis feruntur, vtilem ſudorem, ſeu copioſam promouent mictionem, ſi nimirum denſitas cutis ſudoris impediat exitum; vaſis autem hærens, tenuis hìc alimentoſus ſuccus, vtilem hæmorrhagiam facit, qua deferbet venarum ardor, earũq; ſoluitur contentio. Craſſus verò alibilis ſuccus in ambitum corporum delatus, phymaton, & exanthematon genera parit, ſed venis hærens ſanguinis excitat effluuia, aut ventrem dyſentericis torminibus torquet, vel abſceſſus parit, vel craſſum, purulentum, & ſtrangurioſum lotium reddit. Recrementoſi verò humores, aut ſanguini ſe adiungunt, aut cauitatibus hærent. qui ſanguineo miſcentur ſucco, ſiquidem tenuis fuerit pituita, exſudat, ſeu lotio profertur, ſi craſſa plerumq; abſcedit, aut leucophlegmatiam parit. biliosa quin etiam tum flaua, tum atra, ſi tenuia ſint, & ſe ad ambitum corporis vertant, ſudore exeunt, aut lotium profundunt; craſſitie verò donata, phymata, & abſceſſus, itidem & arquatos pariunt morbos ſi à ſanguine ſecreta in cuti firmentur; at in venis detenta, quæ tenuia ſunt effluxiones ſanguineas promouent, craſſa abſceſſus, torminaq; faciunt, ſeu craſſum, & ſtrangurioſum lotium reddunt; quæ demum tum recrementa, tum alimenta cauitatibus hærent, deponuntur ſeu ſpuitione, ſeu deiectione infera, ſuperauè, nec aliter, quam alterutro horum modorum noxij queunt ſe exerere humores, nam purgamenta è naribus, & ex auribus, ſputis haud abſimilia ſunt. Decem ergo ſunt Criſeos formæ, & non ampliùs, quarum aliæ effluuium, aliæ abſceſſionem faciunt. effluuia gerunt hæmorrhagia, ſudor, mictio, alui fluor, vomitio, dyſenteria, ſpuitio; decubitum præſtant, tum abſceſſus propriè dicti, tum exanthematon genera, tùm icterus.

59 Vt autem præenoſcamus, quænam criſis cuiq; morbo conueniat, attendendum, quod criſeos rationes pendent à roborae naturæ, à conditione ſuccorum lædentium, & à corporum diſpoſitione, quoad naturalẽ, ſeu morboſum ſtatum. à robore quidem naturæ habemus illam adfore criſim, quæ ſuis antea fuit præſignata inditiis, quæque morbo opportuna eſt, ſecundum eius circuitus; ſi verò hæc à debito vigore deficiat, loco vnius, altera ſuccedit criſis, qua de re extat Hipp. obſeruatum 1. Epid.

nam

nam in quadam conſtitutione ardentium ſe per hæmorrhagiam ſoluentium, illud peculiariter ſeneſcentibus contigerat, vt his, loco denegatæ hæmorrhagiæ, dyſentericus accederet fluor; quod ipſum humorum conditiones variæ præſtant. nam tenues plerumque effluunt, craſſi decumbunt, licet & hi quandoque effluant, ſi liqueſcant, aut violenter impellãtur: tenues autem ſolitariè ſumpti nunquam decumbunt. Auaria corporum diſpoſitione, naſcuntur Criſeos commutationes, & ſic lotiũ profluit loco ſudoris, & abſceſſionis, dyſentericæ fluxiones decurrũt vice hæmorrhagiæ. Hæc igitur, & quę de circuitibus dicta ſunt, ſi memoria ſeruentur & occulato animo perpendantur, certam nobis dabunt notionem, quam criſim quilibet morbus ſubiturus ſit, magno cum medicinæ decore, ęgrotantiumque commodo.

60 Ad ſpecies deinceps criſis enarrandas accedamus, & primò de hæmorrhagia, quod generoſum fortaſſe, & temerarium eſt à natura tentatum auxilij genus. quippe innaturale eſt quacunque ex parte ſanguinem effluere, quum diligẽti eum cuſtodia natura ſeruet, ne membris opportunum pabulum deficiat. effluit ergo ſanguis, dum natura ab hoc deficit munere, ſiue quia inſtrumenta ſanguinem continentia laborent, ſiue quia ipſa natura grauetur alieno pondere, prauaue eiuſdẽ ſanguinis qualitate. vitiantur inſtrumenta, ſiue quia ſint diducta ruptione, eroſione, aut vulnere, ſiue quia imbecillitate virtutis retentricis laborent, vt ſubinde contentum ſanguinem per pateſcentia oſcula profluere ſinant, & hoc eſt, quod ab alijs de ſanguinis effuſione dictum. Cæterum, ſi rectiùs loqui velimus, ab omni ſanguinis profuſione abeſt naturæ per ſe agentis opus, ſed iſtud innaturalibus ſolùm cauſis competit; quippe ſui prouida natura detinet omni conatu ſanguinem, nec eum effluere ſinit, niſi vel inſtrumenta, vel ipſe ſanguis vitietur. nam licet natura ſit, quæ pro incolumitate ſegregat noxium, illudque ſeponit, noxium tamen eſt, quod ſibi vias aperit, & adea properat loca, quæ ſuis conueniunt conditionibus; vt quemadmodum coctio opus eſt facultatis corpus regentis, ita excluſio præcipua actio eſt humoris morbifici ſtimulantis inſtrumenta, quæ ſunt ad ſui excluſionem comparata. inde eſt, quod non ſolùm ſalubriter, ſed perniciosè etiam ſe exerunt ſucci, non quidem quod actio alia ſit naturæ, alia morbifici humoris, ſed quia diſſimilis eſt temporum conditio. nam ſalubriter exeunt, quando iam ſunt per coctionem ab vtilibus ſepoſiti, malè autem profluunt, quando tempus hoc præuertunt. coctio igitur, & ſegregatio opus naturæ eſt, exitus verò fit ab iiſdem inutilibus, qui perpetuò innaturaliter ſe exerunt, dum innaturales ſunt occaſiones, licet conſuetudine fiant quadantenus naturales. bilis namque conſuetudo ordine ad

inteſtina

inteſtina tendit, non quia natura ſuapte nutu eam, vt libet, eijciat, ſed quia diſtenta veſicula tellea à pondere ſe exonerat ſtimulanturque deferentia vaſa bilis amarore. ſic ergo fit, vt, in omni ſanguinis profuſione, innaturales interueniant occaſiones, quæ, non naturæ conſilio, ſed ſubditæ materiæ neceſſitate, opus illud peragunt. Sed hæc, licet non inutilia, nunc omittamus, & ſanguinis effluentis occaſiones rimemur, vt quænam ſalubres, inſalubreſue ſint, noſcamus.

61 Quod venæ, etſi inconſpicuo, motu tamen quodam citentur, conſentaneum eſt. nam contentus in iſtis ſanguis fluxibilitatem recipit à ſpiritibus, qui vbique mobiles ſunt: viſuntur autem venarum tunicæ, & ſimplices, & tenues. ergo quum talem habeant tunicarum conſtructionem, caleantque quibuſdam ſpiritibus, motionem aliqualem habent, quã ſe quadantenus explicant. valuulæ præterea adſunt curſum ſanguinis remorantes, & hic calore liquatus operãs, dum remorantibus obuiat, oportet, vt vaſa diſtendat, & opportunè exiguus hic venis tribuitur motus. ſanguis enim ſolidas nutriturus partes, neceſſe eſt, vt è vaſis in ipſa membra labatur, quod nulla eueniret ratione, ſi venarum tunicæ, nullis foraminibus peruiæ, vniuſmodi eſſent. inconſpicua ergo, & exigua interueniunt oſcula, quæ motu & calore reſerata, aditum ad ſolida ſanguini præbent; non eſt tamen talis, ac tantus hic venarum motus, qualis, & quantus in arterijs conſpicitur, quoniam cænoſus ſanguis, ſuapte conditione, craſſus & inalgeſcens motum omnem, & calorem recipit à contiguis arterijs. Sit ergo aſſumptum hoc veriſſimum, quod venæ, vt inconſpicua reſerent oſcula, aliquali motu citantur, a calore liquante, ac diſtendente.

62 Inſuper addamus, quod innaturales cauſæ, vt ſuum adimpleant opus, naturalibus ſe adaptant inſtrumentis, licet ea conſuetè afficiant. recrementa enim, quæ innaturaliter per aluum ſe exonerant, vtuntur inteſtinis vt inſtrumentis, munus hoc ſuapte natura exercentibus, licet tunc, innaturalibus de cauſis, hæc ſtimulata ordinem præuertant. idipſum de venis dicamus, quæ innaturaliter ſanguinem deponũt, quia eius opus ſtimulatur innaturalibus ex occaſionibus; & vt ſanitatis tempore ſenſim exigua reſerantur oſcula moderato calore diſtenta, ita ſi inſalubritas acceſſerit, deſciſcũt vltra debitum illa oſcula, aut ipſæ venæ rumpũtur, ſi opportunæ ad id cauſę acceſſerint; tales autem ſunt, tum ſanguis vltra modum æſtuans calore, tum ipſa vaſa copia diſtenta. nam duæ hæ ſunt veræ, & adęquatæ rationes ſanguinis promouentes effluuia, Conittimus, quæ deforis occurſantia, vaſa rumpunt, quia non faciunt ad noſtrum propoſitum) quæ aliquando inſimul, aliquando ſigillatim ſe offerunt. nam & copia inardeſcentis ſanguinis, & vbertas tenuioris & aquei vaſa rumpũt,

ſeu

ſeu oſcula reſerant. hoc autem accidit ſeu per ætatem, ſanitatis alioquin tempore, ſeu per morbos, ſanguini, ſeu vaſis vitium impertientes. prior ſanguinis exitus ad præſentem non facit tractationem, alterum proſequamur. Exit itaq; ſic ſanguis, dum natura aut morbo depreſſa languet, aut per coctionem vires reaſſumpſit. Exitus prior ſymptomaticus eſt, & ad malum pronus, alter ſalutaris, ſi ſeruet conditiones mox percēſendas. quanquam enim omnis ſanguineus fluor innaturalis ſit bonus tamen, ſeu malus euadit, vt ipſa ſe habet natura. dignoſcimus autem ſtatum ipſius naturæ, ſignis coctionum, ſeu cruditatum, quæ ſeu ſpem ſalutis promittunt, ſeu lethalitatem ominantur, vt in ſuperioribus enarratum.

63 Porrò conditiones, quæ in omni ſanguinea fluxione conſiderandæ veniunt, ſunt quantitas ſanguinis ſe effundentis, locus effundens, & effuſionis tempus. Quantitas notabilis ſit oportet, nam effunditur ſanguis, vt vaſa ſe depleant, & ſanguinis deferbeat ardor. vtrumque autem fieri nequit, niſi vber ſit effluuium: quocirca ſtillationes ſanguinis perpetuò malæ, vtpotè quæ & ſummum ardorem, & magnam venarum contentionem præmonſtrent. ardore namq; ſummò ſanguis ipſe ichore deſtitutus craſſeſcit, contentione verò, ex diductis oſculis, parum quid venæ promunt: ſtillationes propterea partim lethales, partim difficiles, perinde ac ſunt reliqua iudicatoria non iudicantia. Philini enim, Epaminoni, & Sileni obitus à prauis ſtillationibus. Decumbenti in Dealcis horto difficilis iudicatio protracta eſt ad quadrageſimam vſque. Sunt autem de ſanguinis ſtillatione aurea verba hæc Hipp. 4. Acut. In acutis, inquit, quæ æſtate, & autumno fit ſanguinis ſtillatio, contentionem, & magnam inflammationem ſignificat circa venas; itemq; quod poſtera die vrina tenuis apparebit. & ſi æger ætate floruerit, & corpore exercitato, & benè carnoſo, aut melancholicus, aut ex potu manus tremulæ fuerint, bene eſt prædicere delirium, aut conuulſionem; & ſi paribus diebus quidem ſuperuenіant melius, in iudicationibus verò perniciosum, niſi multus ſanguis effuſus viam redundantiæ fecerit, vel per nares, vel per ſedem, vel per abſceſſum, vel commutationes, ſiue ad hypocondriorum dolores, ſiue in teſtes, ſiue in crura. Hactenus ipſe: quum igitur tales ſtillationes fiant propter craſſitiem, & ardorem exundantis ſanguinis, inde eſt, quod & contentionem circa venas, & magnam ſignificant inflammationem, æſtiuo, ſeu autumnali potiſſimum tempore occurrentem, quoniam tunc torridus viget ſanguis acutiſſimorum author; iſtis ergo de cauſis ſtillationes editæ, ſi poſtera die lotium tenue promanare faciant, delirij tunc, ſeu conuulſionis imminere mala deſignant, vt corporum ſe habuerint diſpoſitiones. nam qui florent ætate delirant facilè, aut conuelluntur; quod

ipſum illis quoq; contingit, qui ſeu gymnicis ſunt exercitationibus dediti, aut ocio marceſcunt, aut melancholica affectione tenentur, aut corrupti ſunt nimia temulentia. talia autem, inquit Hipp. melius eſt fieri diebus paribus, quia pernicioſam in iudicationibus. per dies autem pares intelligit non verè diiudicantes morbos, rectis circuitibus procedentes, nam praua, quæ diebus legitimè iudicantibus occurrunt, ſicuti is lethalitatem prædicunt. quocirca in iſtis diiudicantibus diebus tum ſtillationes, tum inde emanantes ſeu conuulſiones, ſeu deliria pernicioſæ erunt, niſi natura vitium emendet, ſeu ipſa redundantia aliàs onus ſuum deponat, per vberem effluxionem è narium venis, ſedis, vteriuè, vel ſi obſtet craſſities, effluxioni decubitum paret, morbumue commutet ſeu ad hypocōdriorum dolores, vt in Herophonte, ſeu ad teſtium contentiones, cruriumuè apoſtema, vt in ardentibus, & acutis alijs paſſionibus. fluat ergo copiosè ſanguis oportet, ad integram, & ſecuram iudicationem.

64 A qualitate expetitur, ne meracus ſanguis ſit, ſiue ſtillet, ſiue profluat. meracus enim eſt, qui proprio deſtituitur ſero, quod accidit, dum aut frigore congelaſcit, aut ardore indureſcit; vtraq; enim ratione incōctionem, & meracitatem gerit, vnde coactus ſanguis non exit è venarum oſculis. ergo meracus effluens habet innaturalem ardorem abſumentem quicquid eſt ichoris. nec audiendi, qui autumant meracum dici, dum multis temeratur recrementis, nam meracus ſanguis, quacumq; in quantitate profluat, prauitatem gerit, temeratus autem recrementis quandoq; vtilitatem adfert, vt Decumbenti in ſutrina contigit, qui ſe primum euaſit, vbertim fundens biliosum ſanguinem. à meraco verò profluēte decedunt ægri veluti compreſſi, exſudantes circa frontem, vt ſcriptum eſt 7. in 6. Epid.

65 Locus effundens oportet è directo affectioni reſpondeat, communionemq; habeat cum affecta parte. è ſiniſtra namq; nare prorupta hæmorrhagia non perindè mala tollit Iocinoris, vt quæ in Liene ſunt, ſed oportet, vt partes ſeſe cōſonent, cōmunionemq; inuicem habeant, ſiue id per latus, ſiue per longū fiat. vera attamen rectitudo eſt, quæ per longum ſe extēdit, ſi vaſa per quæ fluxuri, refluxuriue ſunt humores conſenſerint. quocirca phlebotomia in Pleuritide reuulſionis cauſa facta, commodiſſimè ſeu è venis tali fit, quia rectitudo per longum ſeruatur, & venæ in talos deſcendentes conſentiunt his, quæ per membranam pleuræ diſpergūtur, ſeu è venis cephalicis, vt curſus intercipiatur pituitoſioris ſanguinis defluentis in pleuram à capite. non ſic autem iuuat phlebotomia, quæ reuulſionis cauſa per latus fit, in mo plerumq; offendit, dum ad oppoſitā partem per eaſdem venas noxium ducit humorem, qui, ni conferta de-

traction

tractione totus exeat, nouam in ea parte paſſionem promit. vberes autē iſtæ detractiones vt temerariæ, ita plerumq; funeſtæ. è reliquis autem venis exiſtentibus in cubito lateris affecti demitur ſanguis, deriuationis potiùs quàm reuulſionis gratia, tolluntúrque hinc promptè illæ lateris paſſiones, quæ iam ſtabiles ſunt, quæ verò adhuc fiunt, & perennem ſuccretionem habent, vt plurimum in peiùs ruunt, detractionemq; repetitā exigunt, non ſine diſcrimine. hæc obiter, quibus addamus, quod in Pleuritide hæmorrhagia obeſt, non ſic in peripneumonia. ratio diſcriminis eſt, quod per pluram venarum ſe diffundunt ramuli ab Azigos ſumpti, arteriæ verò abſunt. profluunt autem ſalutares hæmorrhagiæ, dum noxius ab affecta parte diſtractus effertur per vaſa in cerebrum, ſed à pleura tranſitus is per venas fieri nequit, quia valuulæ in iugularibus exiſtentes aſcenſum impediunt; nullæ autem ſunt in pleura arteriæ, ergo in pleuritide ſalutaris eſſe nequit hæmorrhagia. pulmones autem arteriarū ope cerebro conſonant, (inde genę & nares rubeſcunt, dum pulmones ęſtuant) propterea ſalubres hæmorrhagię in peripneumonia occurrunt, ſi reliqua in bonum conſentiant. ſic ergo vtilia ſunt diiudicanda loca effundentia, ſi rectitudinem ſeruent, & cum affecta parte conſonent per vaſa.

66 Reſtat, vt aliquid de tempore dicamus; & quia aut ſtillat, aut copioſè effluit ſanguis, ſciendum quod ſtillationes, quæ ſuapte natura malæ, ſi primis prodeant diebus minorem præſeferunt malitiam, vtè contra largior exitus ineunte morbo factus prauitatem, ſeu difficultatem plerumq; promittit: ratio eſt, quia licet phlegmonoſus adſit ardor, dum ſubſtillat ſanguis, conſtantes nihilominus adhuc vires (niſi prauitate ſint preſſæ) vtili coctione malum emendare poſſunt; ſcriptum propterea in Coacis, quod ſtillationes, quæ febrire incipientibus oborta ſternutatione erumpunt, ſi æger quarta die lotium reddiderit alba cum hypoſtaſi, ſolutionem promittunt ſeptima die adfuturam; at ſi vndecima die ſtillationes iſtæ eruperint, difficultatem ſummam promittunt. de largis autem hæmorrhagijs erumpentibus primis diebus dictum eſt Hipp. quod fluxio è naribus in ardentibus quarta die facta plus adfert periculi, quàm ſi quinta die eruperit, extatque exemplum de ſeruo in extrema Caupona, cui ſanguis quarta die profluens, interitum cum ſumma afflictione ſeptima attulit. in mulieribus quoq; ſanguinis fluxus quarta die factus diuturnitatem ſignificat, aluum erumpere facit, & tumores in cruribus excitat. & in Metone hæmorrhagia quinta die facta incompletam attulit ſolutionem, quæ niſi alijs fuiſſet emendata excretionibus, malum vtique ventris peperiſſet. proditum enim ab Hipp. qui quinta dię largiter ſanguinem

fundunt, ſexta inſuper rigent, ſeptima perfrigerantur, & rurſus repentè incandent, in malam incidunt ventris affectionem.

67 Duo ergo hæc catholica ſint. Primum, quod magnæ in principio ſanguinis eruptiones ventres malè afficiunt. Alterum, quod in morbis longis paruæ comparentes ſanguinis fluxiones, perniciosæ. Ergo proruptuis hęmorrhagijs vtile tempus intra acutorum metam eſt dies ſeptima, nona, & decimaquarta; quibus proportionabiliter & alij correſpondent vltra acutorum terminum, in quibus factæ hæmorrhagię ſoluunt, aut alleuiant morbum. attamen; quantò ſeriùs accedunt poſt illa tempora, tam minùs ſunt tutiores; Heropitho enim quadrageſima larga profluit hęmorrhagia, protractus eſt morbus ad centeſimam vigeſimam. Cęterùm quia 4. Epid. obſeruatum, quibuſdam muliebria apparuiſſe decima ſeptima cum integra ſolutione; vt omnis temporis ratio innoteſcat, recolligendum, quod fluxiones è corporis ambitu emanantes, quarum vna eſt hæmorrhagia, vtiliter prodeunt ſub illem hebdomadæ rationem illius circuitus, quem facit ſanguis. compertum autem, quod quintanus circuitus pendet à torridò ſanguine, qui ſolidas quadantenus partes affligit. ergo, ratione iſtius ſanguinei humoris affligentis, accidit, vt tunc quoque hæmorrhagia erumpat, licet tunc ſolùm dimidiata ſit hebdomada; quod ipſum in hoc circuitu peculiariter facit nona, quæ dimidiat ipſum circuitum. non ſic autem facit vndecima, quia tertianus circuitus à recrementoſa bile promanans, aut ſudore deſiſtit, dum tenuis hæc eſt, aut ventres prorritat ſi craſſa, nihil proinde vtilitatis huic circuitui hæmorrhagia adſet. Sic ergo per reuolutiones dictorum dierum profluunt hæmorrhagiæ, tutiùs quidem, & ad firmam iudicationem intra auctorum terminum, non ſine diſcrimine, ſi morbus eſt iam in longitudinem protractus.

68 Notatione autem dignum eſt, dixiſſe Hipp. ab hęmorrhagia ſtatis diebus erumpente ſolui morbos plerumque, vt anceps nempe huiuſce effluxionis euentum deſignet. decimaquarta namque die moritur Mulier in mendacium foro degens ſanguinem largiter effundens, quum cætera lethalia eſſent. infrequens quippe eſt, vt ea ad Amuſſim ſe exerat ſanguinis quantitas, quæ prorſus, & vndique cauſis morbi ficis occurrat, nec vires defectu, ſeu exundantia incommodet. Si enim conueniens defecerit quantitas, grauantur capita, vigilijs infeſtantur ægri, inſurgunt, ſeu recrudeſcunt mala, non minùs prioribus infeſta. at ſi debitum excedat, conuellit ægrum, ſincopin parat, aut ſaltem aluos malè afficit.

69 Cùm igitur tantis ſit, totque periculis hęmorrhagia obnoxia, meritò ſub quęſtione cadit, nùm tutiùs ſit ad futuram hęmorrhagiam

prȩripere ſanguinis detractione, vel expectare exeuntis incommoda. vt autem hac in re Hippocratico modo procedamus, videndum breuiter quibus corporibus tutò, & promptè hȩmorrhagia accedat, & quibus ſecus. Sunt autem corpora, quȩ ad noſtrum faciunt propoſitum aut iuuenilia, aut ſeneſcentia; conſideranturque hȩc, prout ſalubriter, aut inſalubriter ſe habent. iuuenes, & quibus ætas increſcit, ſeu viget, promptè hȩmorrhagijs tenentur, nec vllum ab vberi effluxione damnum experiuntur, quoniam robuſta viſcera, dum vbertim ſanguinem gignũt, depletum facilè redintegrant. excipiendi tamen ſunt illi, qui ſuapte natura decolores, & albidi ſunt, horum enim increſcens ætas languet ſub paucitate ſanguinis, idcirco damnoſȩ in iſtis largȩ effuſiones, quemadmodum prorſus aduerſariantur ſeneſcentibus iam. viſcera enim in decreſcenti ætate ſic languere incipiunt, vt nequeant ſuppeditare, quod ſat eſt ad nutritionem, & inſuper ad deperditi reſtaurationem: in iſtis propterea non poteſt non diſcriminoſa eſſe omnis ſanguinis effuſio, quæ proinde rarò ex ſe prodit. Quantum ad morboſum ſtatum, iam dictum diuturnos morbos non perȩquè vt acutos tolli hȩmorrhagia, nec in acutis omnibus conferre: nam in pleuritide damnoſa. illud prȩterea addamus, quod futurȩ hȩmorrhagiȩ prȩindicantia ſigna, alia iam inſtantis certam opinionem faciunt, alia eam procul demonſtrant. Quibus prȩaſſumptis, ad propoſitam queſtionem dicamus, quod ſi apparuerint ſigna inſtantis iam hȩmorrhagiæ, & ſalutaris futura eſt, nullo modo eſt auertenda, rationem reddit Hipp. quia iudicatoria non decernentia partim difficilia, partim lethalia ſunt. ſin autem incommoda futura eſt, expedit eam prȩoccupare opportuna phlebotomia. abſceſſus enim omnes, dicebat Hippoc. qui inutiles futuri ſunt, priuſquam fiant, ſi poſſibile eſt, retrahendi ſunt, ſin minùs quando fiunt. at ſi apparuerint ſigna eminus hȩmorrhagiam indicantia, in ſeneſcentibus quidem prȩoccupanda eſt, ſiue vtilis, ſiue inutilis futura ſit, ſecus autem in iuuenibus, dum vtilis futura eſt, ne ſcilicet humoris ad congruam excluſionem reptantis ancipiti phlebotomiȩ euentu prȩpediatur; in quibus autem non conuenit, ſed inde quid diſcriminoſum veremur, vtiliter auertitur, ne mala imminentia occurrant: Anceps autem eſt hȩmorrhagiȩ euentus in illis corporibus in quibus ſanguis aut craſſitie torpet, aut nimia tenuitate turget. ſiquidem, dum ob craſſitiem ſegniter procedit, verendum, ne finibus cerebri hȩreat, nec liberaliter profluat; dum autem tenuitate turget, ſuſpicandum ne profluat nimiùm quàm par eſt. quoties inſuper vires langueſcentes haud ſuffecturȩ ſunt ad largam profuſionem, prȩripiendus erit hic ſanguinis fluor opportuna phlebotomia, quæ libratis ad Amuſſim viribus, tollit quod aggrauat, nec

vires incommodat. & in hoc medica ars natura eſt excellentior, quia ſuo arbitratu effluentem ex aperta vena ſanguinem ſiſtere valet, quod non eſt naturis tam promptè conceſſum.

70 Videndum tamen in hac operatione, vt curſus properantis ſanguinis ſeruetur, ac ſi ab infimis tendit ad ſuperas venæ cubiti, ſi à ſupernis prolabitur ad inferas malleolorum, ſeu ſedis referentur venæ. ſed prior tranſitus, vt periculoſior, ſic frequentiùs emendationem exigit. à capite verò copia exhauritur ſanguinis, ſi referentur cephalicæ venę, tū quæ in capite, tum quæ in brachijs ſunt. dempta enim vbertate, quæ diſcriminibus eſt plena, natura deinceps moderatis impulſionibus explebit ſalubriter ſeu hæmorrhagia, ſeu ſudore, quod reſiduum eſt. & hæc, quæ dicta ſunt, ſtillationibus perbellè ſe adaptant, quia, quum ardorem, & contentionem venarum deſignent, dato ſanguini exitu, malum omne rependitur. hinc eſt, quod, in pernicioſis dyſenterijs nil peræquè conferre quàm opportuna phlebotomia, obſeruatum, vt ſuo loco oſtendetur. nunc ſigna proſequamur venturæ hæmorrhagiæ opinionem facientia.

71 Hæmorrhagia omnis fit affecta parte è qua egreditur. noxius .n. ſanguis dum illuc procumbit, ſuæ naturæ, partiſque excipientis conſona edit mala, eruptionis opinionem facientia. Exit autem ſanguis conſueta eiectione, aut è narium venis, aut ex infera ſede, vtero nempe ſeu podice; vtrumq; vel quia in illis, circumſtantibusuè partibus iam ſtabilis facta eſt affectio, vel quia eam per tranſcurſum à longinquis partibus recipiunt. dum ſtabilis eſt affectio ſigna aderunt firma ab ea parte deſumpta, futuram hanc demonſtrantia effluxionem; ſin autem à longinquis partibus obrepit ſanguis, ea priùs occurrunt inditia, quæ morbum hæmorrhagia ſanaturum deſignant, mox accedunt, quæ metaſtaſis, ſeu communionis opinionem faciunt. quæ duplicia ſignorum genera, cum ſint ſibi inuicem diſtincta, diſtinctam quoque exigunt enarrationem. priùs ergo de his, quæ eminus indicant, mox de reliquis coniunctim.

72 Lumborum itaq; dolores ſanguifluì ſunt, largamq; tandem ſanguinis effluxionem faciunt, ſiue per inferam aluum, dum tertia quaq; die vi febris ingraueſcunt dolores, ſiue è naribus, dum inde cardialgicæ accedunt paſſiones, manus mox torpidæ fiaciunt, inſonantq; aures. fęminis quoq; ſi horrores ſiut, laſſitudines, & capitis aggrauationes, prorupturi mox erunt menſes. Præcordia inſuper dura, & doloroſa effluxionē ſanguinis promouent: è naribus quidem, ſi primo morbi circuitu ſigna appareant ſanguinis ſe effl. rentis, ex infera verò ſede, ſi dolor ad vmbilicales partes ſe extendat. Spinæ denùm paſſiones, ſpirandi difficultatem

tem adferentes, nonnunquam profundunt ſanguinem. & in vniuerſum hæc ſimiliaq; ſigna, quæ à ſanguinis malitia affectionem naſci indicant, dum conſenſionem quoq; partium inferarum ſeu ſuperarum demonſtrāt hæmorrhagiæ opinionem præbent. quæ autem ſint iam inſtantis hemorrhagiæ notæ, compertum; quippe affectiones ſtatim turbulentæ, vigilias inducentes, ſanguinem de naribus ſtillantes, & mentem quadantenus emouentes, ſi præcipuè inquietudo adſit, vrinæ ſint aquoſæ reditæ, & egeſtio nigra, ac compacta ſit, ſanguinem fundunt. proximiora autem adhuc ſigna ſunt, faciei rubor, dolor capitis fortis, eiuſue grauitas ſe ad ſinciput extendens, venarum pulſus, ſurditas ſeu echo aurium cum viſus hebetudine, marmarigmata obuerſantia, narium poſtremò grauitas, & titilatio, quæ iamiam prorupturæ hæmorrhagiæ ſunt ſigna. cuncta nāq; hæc innaturale pondus ſanguinis circa vaſa cerebri ſtagnantis arguunt, proruptum dato aditu, vt ſe exoneret ad ſalutem, ſeu ad interitum. quoties enim debitis modis ſe exerit, Acutos morbos tollit, pertinacem capitis dolorem ſoluit, concuſſiones, & tremulas totius corporis impotentias firmat, ſtuporem aufert, aurium pertinacem dolorem, eorundemue ſurditatem ſedat, parotidas compenſat, vertigines demit, tumores præcordium deprimit, inferarum partium dolores mitigat, deficientibus menſtruis opitulatur, multaq; alia bona præſtat, quæ ſi non integram ſolutionem, aliquod ſaltem adferunt leuamen. è contra verò mala quam plurima adueniunt, ſi, non recto, & iam ſtabilito ordine, exitus quilibet ſanguinis fiat, vt ex his, quæ paſſim ab Hipp. dicuntur, quotidianoq; occurrunt experimento, colligere licet.

73 Cœterum quoniam infrequens eſt, vt hæmorrhagia ſola morbū prorſus eliminet, huicq; defectui natura ſuccurrat ſudore excluſo, opportunum idcirco erit deinceps de ſudore agere, qui non timoroſè, vt facit hæmorrhagia, ſed ſalubriter, & iucundè venas deplet, ſi nimirum naturæ opera obſecundet. violentus enim ſudor, vt naturæ ordinem ſubuertit, ſic quæ aderant inacuit mala, & alia quandoq; grauiora excitat. limitatur autem hic ſudoris ordo tempore, quantitate, qualitate, & loco. ſed priùs ad dicendorum intelligentiam, nonnulla de ſudoris gignitione.

74 Eſtitaq; ſudor humiditas è cute effluens, qua parum, aut multum corpora madeſcunt, vt cumulatior ſudor, ſeu partior extiterit, ſeq; vniuerſim per membra diffundit, ſeu particulatim ſolùm emanat. Huiuſce ſudoris materialis cauſa eſt quilibet humor corpora replens, ſiue ſuapte natura tenuis, aqueuſue ſit, ſiue attenuationem aqueamue fluxibilitatē acquiſiuerit. hic enim, ſi in ſanguineis redundauerit receptaculis, exit

tandem, ſi impellens acceſſerit. impellit autem tum calor, tum frigus. frigus enim, ſi à morticinio inſiti caloris naſcatur, exprimit quicquid in exiguis vaſorum ramulis, & in carnoſis partibus ichoris continetur: inde frigido ſudore corpora madent, deceſſura paulopoſt. Sed frigido quoq; homines imbuuntur ſudore, dum copia aquei & frigidi humoris laxat cutim, & venarum oſcula, vt fieri in quartanis, alijſq; diuturnis febribus conſtat. friget enim perpetuò is ſudor, licet interna impellens cauſa calore agat, quippe improportionatus eſt calor ad vbertatem, & vigentiam humoris extranei, nequit ſubinde eum incaleſcere. ſic enim 4. de morb. Hipp. philoſophatur. Frigidus, inquit ſudor de ampliore malo ſecernitur, & de eo quod reliquum eſt, & adhuc validum, & nondum putrefactum, neq; attenuatum, neq; exuſtum, & frigidior & craſſior, & graueolentior prodit. calidi verò ſudoris effector internus eſt æſtus, quo, ſeu humiditates paratæ ad ſui per cutis ſpiracula, excluſionē tenuantur, ſeu ſolidæ liquantur partes, vt roridi ſic .atices exeabt; quod poſtremum prauis occurrit affectionibus, etiam ſi calidus ſit excluſus humor; alter plerumq; ſalutaris, ſpiritus enim benigni, etſi æſtuantes, exundantes ſuccos tunc in vapores vertunt, qui ſuopte impetu corporis meatus inuadunt, ac ſi obſiſtentia denſati in aquam fluunt, perinde ac facit vapor è feruentibus aquis eductus, qui ſi obſtaculum habeat, ad quod ſe impingat, denſatur, & in guttas ſtillat. & hac ratione in Diarijs, benigniſſimiſq; ſanguineis febribus vtiles prodeunt ſudores, in cœteris verò à recrementis emanantibus, ſudores exeunt, dum liquati ac ſecreti humores partem craſſiorem deiectione aliqua priùs deponunt, mox, quod reliquum tenuius eſt in vaporem tranſit, ſpiritibuſq; immixtus foras procedit. hinc prodeunt ſudores completam iudicationem facientes, dum ſupplent, quod alijs defuit deiectionibus. Aſt ſi quæ de febrium generatione protulimus vera ſunt, veriſſimum quoq; erit, ſudorem ab arterijs præcipuè manare; hinc eſt, quod nullus in ardentibus vtilis ſudor, niſi quem rigor præceſſerit, quoniam corpora tunc rigeſcunt, quando alienum quid ſpirituoſo ſanguini accedit. per aduentum autem ichoris innaturalis compeſcitur ardor, ac ſubinde vegetior natura reddita, tenue quidem ſudore exprimit, craſſius ictero, aut quid ſimili. non diſſonat autem ab arterioſo ſanguine ichor, quoniam hunc à lienę arterię aſſiduè ſugunt, vt aliàs oſtenſum. quoties autem arterię nimiopere ęſtrauerint, ichore deſtitutę inareſcunt, quem mox dum à liene ebibunt acidum, inſolitè tunc obrigent. ſic eſt, vt dum momentò cor turbatur, corpora ſudore madent, quoniam tunc arteriæ contentum ichorem exprimunt, frigore ſtipatę. hęc in vniuerſum de ſudore, reliqua proſequamur.

75 Sudo-

75 Sudores, inquit Hipp. 4. Aph. 36. & alibi, febrienti ſi inceperint boni tertia die, quinta, ſeptima, nona, vndecima, decimaquarta, decimaſeptima, vigeſima, vigeſimaſeptima, & trigeſimaquarta; morbos enim hi diiudicant. qui autem non ita fiunt, laborem ſignificant, morbi longitudinem, aut recidiuationem. Hæc ſudoris Hippocratica eſt diſtributio, non fortuitu, ſed ſumma cum ratione facta. quippe tertia die ea ſoluitur febris, quæ naſcitur à ſuccorum alibilium vbertate, dum hi propter denſitatem cutis non diflantur; quocirca acceſſu nouæ alimoniæ tandem exeunt ſudore, quia & hæc calorem inuehit, quo cutis rareſcit, & coacti ſucci difluunt; ſic enim Hipp. 2. de Diet. hac de re philoſophatur. In exercitati, inquit, humidam carnem habentes, cùm laborauerint, corpore calefacto multam liquationem remittunt. quicquid igitur exudauerit, aut cum corpore depurgatum fuerit, non exhibet magis laborem in corporis parte præter conſuetudinem euacuata. quicquid verò ab excretione intus remanſerit, non ſolùm huic laborem exhibet, ſed etiam ei parti, quæ humiditatem ſuſcipit; non enim commoda eſt corpori, ſed infeſta. & in carnes quidem corporum non ſimiliter congregatur, verum in carnoſas partes, quare his laborem exhibet, donec exierit. ſi igitur multum fuerit, quod excretum eſt, etiam ſanum corpus exſuperat, vt totum concaleſcat, & febrem fortem inducit. calefacto enim ſanguine, & attracto, celerem circuitum faciunt ea, quæ in corpore ſunt, & tum reliquum corpus præ ſpiritu purgatur, tum quod compactum eſt caleſcens attenuatur, & ſimul ex carne foras ſub cutem extruditur, atq; hoc ſudor calidus vocatur. hoc autem excreto & ſanguis in naturalem ſtatum reſtituitur, & febris remittit, & laſſitudo ſedatur maximè tertia die. Habes rationem, cur ex liquatis humiditatibus febres, & laſſitudines oboriantur, quæ deinceps tertia die ope caloris attenuantis ſoluuntur facta alimenti circuitione, vt in ſuperioribus quoq; oſtenſum. ſic Timochares ob retentam defluxionem febricitans tertia die copioſo excluſo ſudore conualuit. ſimiliter Nicolai filius nimia potatione incaleſcens multitudine ſudoris tertia die iudicatur. ſanatur quoq; Thaſia Mulier moroſa calido ſudore tertia die excluſo.

76 Quinta porrò die facti ſudores illas ſoluunt febres, quę ab alimentoſis ſuccis profectæ nondum ardenter æſtuant, ſed à torrido quadantenus naſcuntur ſanguine, quæ propterea quintanam faciunt periodon, ſoluunturq; ſudore ſeu ſolitariè excluſo, ſeu excipiente iam factam hæmorrhagiam. integrè quidem ſolo ſudore, ſecus, ſi hæmorrhagia antecuenerit, vt Metonis exemplo patet. ratio deſumitur à ſanguinis conditione; inardeſcit enim hic torrido ardore, dum ante ſeptimam promo-

uet

uet hæmorrhagiam. at ſi ardor exiguus eſt, dum liquatum ſuccum ſudore excludit, integrè quoq; is deferbet, quia vtilibus tunc diluitur ichoribus. idipſum nona die contingit, quę dimidiat quintanum circuitum deferbeſcentem, ſi ſolida erunt vtilibus irrorata ſuccis, vt hæ ſubinde liquamentum omne promant ſudore. Septima ardentium decretoria eſt, quæ integrè ſudore deſiſtunt, vt aliàs oſtenſum, & extat Philiſtidis, Vxoriſq; Dealcis hiſtorijs comprobatum. De illis autem ſudoribus vndecima die factis ſanitatem integram adferentibus, notabilis eſt Melidis hiſtoria; huic enim ſeptima die ſudore excluſo remiſit febris, ſeceſſus tenues erant, bilioſi, mordaces, & graueolentes: vrinæ itidem boni coloris, tenues priùs, mox cum alba, & lenta ſubſidentia. quia ergo morbus per tertianum circuitum ad ſolutionem procedebat, integra criſis delata eſt in vndecimam, factuſq; ſeptima die ſudor, licet leuamen, non tamen completam attulit iudicationem, quam deinceps perfecit ſudor vndecima die factus, poſtquam ſe recrementoſa bilis deiecit. ſic ergo ſudor vndecima die factus integram ſolutionem adfert, ſi craſſior bilis antea per patentiores ductus ſe exonerauit, aliàs non integra erit diiudicatio vndecima die ſolo ſudore facta.

77 Hoc ipſum, ſed diſpari quadam ratione mulieri decumbenti in littore contingit. decimaquarta enim bilioſa multa euomens, & ſudore madeſcens dijudicatur. at, vt in Melide ad iudicationem præuenire debuit alui deiectio, vt craſſior ſe deponeret bilis, à qua præcipuè morbus pendebat, in Muliere hac præuenit ſudor quartanarium dijudicans circuitum, mox copia bilis supernè ſe exonerauerit, quia natura vndiq; victrix, poſtquam præcipuum hoſtem proſtrauit, deturbat quoq; è cauitatibus, quod malum fouet, & adauget. id enim arte commodè quoque peragitur, dum natura è ſuo feriatur munere, vt exemplo filij Pythionis in Pella aliàs extat comprobatum. Quam autem alleuationem afferat ſudor decima ſeptima erumpens, conſtat hiſtoria Cherionis. ſuperriguit enim hic ea die, mox ſudauit, iudicatuſq; manſit, quanquam morbus denuò recidiuans diſtulit integram ſolutionem in vigeſimam. & tamen die Herophon ſudore integrè ſanatur, quia huic quintanus circuitus recto ordine procedebat, vt aliàs dictum. De vigeſima habemus hiſtoriam decumbentis in Dealcis horto: vigeſima enim ſudore iudicatur, & integrè quadrageſima ſudore, & pituitæ egeſtione. Virgo in Abderis completam habuit criſim vigeſimaſeptima multo ſudore excluſo, & Anaxion trigeſimaquarta ſanatur ſudore vniuerſim erumpente. incipiunt ergo iſtis diebus ad iudicationem prodire ſudores, qui ſi boni fuerint ſalutem, ſin mali interitum, aut ſaltem diſcrimen non leuem promittunt.

aſt ſi

aſt ſi ordinem hunc temporarium non ſeruent, & laborem, & longitudinem, & recidiuationem promittunt. nam dicebat Hipp quæ præiudicata ſunt, ſi crudè iudicata fuerint, recidiuas faciunt, ſin minus acriſias, & fuerint ſanè pernicioſa. Philiſcus enim febre acuta correptus prima die ad noctem laborioſè ſudauit, ſecunda ei omnia exacerbata ſunt. Eraſinus quoq; toto morbi decurſu ſine alleuiatione ſudans quinta moritur. boni etenim illi ſudores habentur, qui febrem omnino ſubmouent; ſubmouent autem, dum ſtato tempore accedunt. non ſubmouentes ergo, quia extra tempus erumpunt, mali vtiq; erunt: inde enim prorrogatur ægritudo, humiditatemq; exundare, ait Hipp. 4. Aph. 56. arguimur, ſiue hæc ſuapte natura exundet diuturnitatis effectrix, ſiue obliquationem membrorum ſe exerat ad perniciem.

78 Effluit autem ſudor quocumq; tempore cumulatim, aut parcè. ac vt exiguæ ſanguinis ſtillæ nil boni promittunt, ita ſudores parcè effluentes nunquam erunt ſolutorij. naſcuntur autem hi leues ſudores tum à facultate retentrice exoluta, vt cum alijs loquamur, tum ab expultrice, ſeu pondere preſſa, ſeu ſtimulis concitata. ſinit enim retentrix vis langueſcens roridas carnium humiditates nutricatui deſtinatas effluere, quę quidem humiditates, quin non exundant copia, ſudaciunculas potiùs, quàm cumulatas exſudationes pariunt, quod paulo poſt morituris raram cutim habentibus non infrequenter contingit. expultrix quin etiam pondere grauata, aut ſtimulata acredine aliqua ſudaciumculas profert, ſi nimirum crudus maiori ex parte, & craſſus ſit premens humor, denſæq; ſint excipientes carnes. tunc enim ſola expellentis virtutis contentione exiguum quid promitur, quia & corpora, & quæ effluere debent imparata ſunt. ac veluti priores ſudaciunculæ perpetuò lethales, actumq; de ægrotantis ſit ſalute, ſi vehemens & ſtabilis ſit affectio, (qui enim animo linquentes exiguis ſudoribus madent in magno ſunt vitæ diſcrimine) ita quæ ab expultricis aggrauatione, aut humoris contentione fiunt, malæ quidem, non tamen prorſus lethales ſunt, ni reliqua quoq; praua ſint. Cumulatim etiam effluit ſudor, tum imbecillitate retentricis virtutis, tum robore expultricis. redditur autem ipſa retentrix imbecilla tum ſuapte malitia, tum obiectorum vitio. ſuapte quidem malitia, dum concoctrix vis partium ſolidarum perit, & ipſa retentrix exoluitur, vt exanimatis contingit, dum per oſcula pateſcentia cumulatim effluit ichor crudus à ſpiritibus ſe expandentibus tunc delatus, dum redit animus. obiectorum autem vitio colligitur humiditatum copia, ſiue è carnoſis partibus ardore è liquatis, ſiue è vaſis copioſo ichore repletis. tunc enim accidit, vt febre ipſa non deficiente copioſus emanet ſudor ad deſignandam ægritudi-

nis diuturnitatem. quod etiam ſanis corporibus accidit ſomni tempore, dum plùs quàm par eſt cibariorum ingeritur, ſeu ipſa corpora plurimo ichore tument. expromitur quoq; vbertas ſudoris ab expellente virtute robuſta, dum facta eſt noxiorum ab vtilibus ſegregatio. & hic ſudor perpetuò ſalutaris eſt, & ad integram facit morborum ſolutionem.

79 Exiens autem ſiue parcè, ſiuè cumulatim ſudor, aut calidus, aut frigidus eſt. frigidus nunquam bonus, maioremque malitiam ſubeſſe arguit. calidus (ſi non iudicatorius) minorem prauitatem gerit. morticinium namq; caloris, ſeu crudoris exundantiam deſignat frigidus ſudor, propterea in acuta febre mortem, in reliquis ſalubrioribus longitudinem portendit. calidus etiam iniudicatoriè ſe exerens hoc ipſum demonſtrat. Notabile eſt autem Hipp. 7. Aph. 61. monitum, vt corrigatur malitia ſudoris diuturnitatem edentis. Sudor, inquit, multus, calidus, aut frigidus, fluens aſſiduè, humorem abducere oportere ſignificat: forti quidem ſupernè, debili verò infernè. Galeno viſum perperam hunc fuiſſe interiectum, nec veritatem continere omnimodam. ſed hæc eius ſectatores penſitent. iniudicatorij etenim facti ſudores (& de iſtis loquitur Hipp.) quum crudum per ſolidas partes alimentum diſpergant, grauia reddunt corpora, eaq; ad hydropiformem ſtatum ducunt, propterea commoderandus eſt hic exitus, retractione ſuperfluæ humiditatis ad alias conuenientiores partes. prorogat enim morbum ſudor iniudicatoriè factus, & multitudinem humiditatum ſubeſſe deſignat, quæ quidem vbertas nullis manifeſtis de cauſis collecta (aſſiduus enim eſt hic fluor) indicat ſui depletionem, quemadmodum & cętera quæ innaturaliter exundant. quoties ergo ſudor ſiue calidus, ſiue frigidus aſſiduè emanat, (iudicatorius enim ſtatis ſolùm diebus accedit, & morbum ſeu tollit, ſeu imminuit) opportunum erit incongruam hanc accerſere eiectionem, iuxta illud Hipp. monitum 3. in 6. Epid. Reuelere, inquit, ſi quo modo non oportet vergant, ſin autem quo oportet, his aperire. non vergunt autem opportunè humiditates, dum eiectæ nec morbum ſummouent, nec imminuunt, immo grauiùs premunt. deplere itaq; expedit exundantem humiditatem ſupera, aut infera purgatione; illa quidem in robuſtis corporibus omnem ſufferentibus violentiam, vt inſimul ſe exoneret quod tenuiùs & craſſiùs eſt: hæc in langueſcentibus, ſi non vbertim, ſenſim ac repetitis vicibus facta. eſt enim ſymptomaticus humoris noxij impulſus omni ſubinde induſtria corrigendus: obijt namq; Eraſinus ſudore perpetuo madeſcens. ſic enarranda ſunt Hipp. verba, non temerè ſed diuinis afflatibus prolata ex abditis naturæ.

80 Quantum ad poſtremum, catholicum illud eſt, vbi ſudor, ibi morbus:

bus: quare ſi è toto corpore effluit, diſperſus eſt morbus, eiuſue cauſa per corporis vniuerſitatem: ſin autem particulatim ex aliquo membro erumpit, illic morbus, morbiue cauſa iacet. Aſt quum ad morbi ſolutionem ſudoris ſit expetita vbertas, nec corporis exigua pars noxium totum excipere queat; inde eſt, quod nunquam ſolutorius ſit ſudor, qui particulatim emanat: qui autem vniuerſim effluit, bonitatem, ſeu malitiam gerit, vt reliqua conſentiunt. nec preſſuram quarumcumq; partium tollit ſudor particulatim erumpens, niſi ſe in vniuerſum corpus extendat, ſeu aliæ vtiles interueniant Criſes. de ſudoribus autem circa præcipuas partes ſe offerentibus hæc ab Hipp. in Prognoſt. ſcripta leguntur. Peſſimi, inquit, ſunt ſudores frigidi, qui circa caput, & faciem fiunt, & circa ceruicem, propterea quia, cum acuta febre mortem, cum mitiore verò longitudinem morbi ſignificant. premuntur enim tunc, aut exoluuntur illæ partes, vt ex iis ſudor emanet, ſalubriùs effluxurus per vniuerſum corpus, & ſi iniudicatoriè, dummodo à ſola oppreſſione naſcatur. præſtat enim noxium per vniuerſum corpus diffundi, quàm tanto pondere membrum præcipuum degrauare.

81 Notæ præſignantes ſudoris aduentum in acutis, magniſq; febribus ſunt, rigor, vrinæ ſuppreſſio, & pulſus immutatio ad mollitiem, & vndoſitatem quandam. Anteuenit quidem rigor in aſſiduis febribus ad ſolutionem tendentibus, quia tunc arteriæ vtiles ebibunt ichores ardorē diluentes ſanguinis, riget ſubinde corpus inſolita illa ſuſceptione, obſeruatumq; eſt 2. in 1. Epid. ex ardentibus poſt proruptam hæmorrhagiam ſuperriguiſſe ægros vtiles mox excluſuros ſudores, inde illud prodit vniuerſale axioma. A febre ardente habito rigore ſuperueniente ſolutio. anteuenit autem huic ſolutorio rigori vrinæ ſuppreſſio, quia ſudor tūc prorupturus ex eodem ſero aſſumitur ſe per veſicam vrinariam exonerāte. lotium idcirco ſupprimi debet, dū confertim ſic effluxurus eſt ſudor, extantq; Hipp. 1. in 6. Epid. aurea verba. Ante rigorem, inquit, ſuppreſſiones vrinarum, ſi ex commodis proceſſerint conſiderandæ; atq; ſi venter percurrerit, & ſomni ad fuerint. conſiderandum quoq; febris modus, & quæ ex laboribus. Proponit enim his verbis Hipp. quæ conſideranda ſunt ad firmam præſagitionem aduentantis rigoris ex vrinarum ſuppreſſione. & priùs videndum, nùm vrinæ ſuppreſſio ex bonis procedat, vt nimirum non illis morbificis fiat de cauſis, ſeu lotium interno ardore euocantibus, ſeu frigore ichores intercipientibus, ſeu meatus hos excipientes obturantibus, ſed id contingat naturæ neceſſitate, quoniam ſe per arterias ichores diffundunt, vt inaccenſum in his æſtinguant ardorem, idq; faciunt, dum iam ſigna coctionis adfuerunt: tunc enim excō-

modis

modis vrinarum ſuppreſſiones adueniunt. conſiderandum inſuper, nùm aluus profluat: nam vt dum vrina profluit imminuitur deiectio, ſic ſi deiectio profluat, interuertitur lotij exitus: quocirca ſi fluxerit aluus, & vrinæ ſubducantur, non eſt expectandus hic ſalutifer rigor, quemadmodum nec ſi arcti ac turbulenti erunt ſomni. oportet enim vt placidi ſint, dum inſtat criſis quæ vtili ſudore fieri debet, quum ad æqualitatem tunc redigantur ſucci, mox vtilem ſudorem facturi. & hoc ad defferentiam earum excretionum, quæ noxium vt ſe habet deponentes ipſa inſtante criſi turbulentis motionibus corpus exagitant, quanquam deinceps natura vitrix maneat. inde fit, vt inter cęteras eiectiones ſudor legitimè factus, iucundè, & tutò morbum tollat; & hoc nomine ſomni, vtilibus anteuenientes ſudoribus, placidi ſunt, & ad naturalem fermè ſtatum adacti. Poſtremùm, quod perpendendum occurrit, eſt febrium modus, quò ſcilicet ad earum ideas, vt dignoſcamus, quibus circuitibus procedant, quænam ſit harum effectrix cauſa, & quibus corpora tum naturalibus, tum aduentitijs conditionibus donentur. ardens enim rigore vnica vice edito ſoluitur, potiſſimum ſi laſſitudinoſa eſt, & æger corpus paratum habet ad ſudorem. arteriæ ſubinde, quæ priùs duræ, & tenſæ, molles deinceps fiunt, pulſantq; vndosè, dum ichores qui accedunt, feruorem reſtringunt, & fluxibiliorem ſpirituoſum ſanguinem reddunt. hinc arteriarum corpus molle fit, fluctuant tamen æſtibus reciprocis eas replentes ſucci, dum ſpiritus adhuc incaleſcentes impellunt obuiantes ichores, qui ſi aliqualem præſeferant acredinem, pruritu quodam corpora vniuerſim titillant, priuſquam ſudore ſe promant.

82 Porrò, quum eadem ſit lotij, & ſudoris materia, de mictione deinceps, quæ profert per vrinarios ductus ſeroſitates iam in vaſis contentas. continebantur verò ad expetita munia, quibus expletis, ſi ſudore non difluant, tendunt in veſicam vrinariam. contingit autem, vt exitus hic moretur, vel quia ipſarum ſeroſitatum deficit copia, vel quia meatus huic operi incumbentes obturantur. deficit copia tum paucitate humiditatum ingeſtarum, tum auerſione eorumdem è vaſis, tum ardore torrido protinus abſumente quicquid humoris ingeritur. ſic eſt, vt qui diù ſitim tolerauerint, mictionem imminuant; ſimiliter, qui ſudore diffluunt, qui liquidam aluum frequenter exonerant, & qui torrido ardore mareſcunt, ardenterq; febricitant. obturantur meatus tum eorumdem compreſſione, coaleſcentia, aut ſubſidentia, tum obſtructione facta à craſſo aliquo corpore. cœterum in acutis paſſionibus, præter iam dictas cauſas lotium remorantes, illud peculiariter contingit, vt frequentiùs ſymptoma hoc accidat à craſſo, frigido, viſcidoq; humore, ſiue à recrementis, ſiue

ſiue è liquatis partibus prodeunte, ac ſanguini innaturaliter admixto: hinc enim quicquid liquoris eſt ſic congelaſcit, vt ſubinde lotium pigret, quod in cauſoni de hyemali contingere proditum 4. Acut. Dum ergo corpora optant regredi ad naturalem ſtatum, neceſſe eſt, vt ſublatis impedimentis mictio promptè decurrat, quod fiet, ſi pigret iam fluida alulus, ſi miteſcat febrilis ardor, ſi craſſus, tenaxque humor attenuatus promptè deinceps cum ſero decurrat.

83 Cœterum, quum integra iudicatio noxium iam ſecretum deponat, inde eſt, quod copioſa mictio verè iudicatoria eſt, quia profert quicquid intimis ſuapte craſſitie hæreſcebat. hæreſcebat autem humor ſeu coctionem ſubiturus, ſeu eam ſuaptenatura reſpuens. coctionem ſubit, qui ex alimentis aſſumptus eſt, ſiue eam coctionem nanciſcatur, quę corpori alimoniam præſtat, ſiue eam, quæ optimam puris conditionem gerit. hinc vrinæ prodeunt albam, leuem, & æqualem ſubſidentiam habẽtes, ad firmam celeremq; morbi demiſſionem. præindicant enim non decernunt, quia eam deſignant coctionem, quam ſubit alibilis ſuccus, vt inde mox vtilia ſepromant opera, quæ autem puris naturam repræſentant, decernunt, ſi totum ab internis cauitatibus prompſerint pus. nam craſſa & alba vrina laſſitudinoſam febrem ſoluit, auertitque abſceſſionis pericula, quia pituitæ vbertatem, benignamque partium liqueſcentium ſubſtantiam effert. promunt etiam vrinæ humores ſuaptenatura coctionem reſpuentes: nam craſſa vrina, & bilis colore ſaturata icterum ſoluit, & quæ ſubrubra eſt, ſubrubrumque ſedimentum habet dorſali pleuritidi opem fert, eamq; vt & aliàs affectiones non rarò decernit. Sic Dexippo mens ad integritatem redit lotio excreto multam ſubſidentiam habente. Cherion quoque vigeſima ſanatur copia vrinarum ſubſidentiam habentium. & 2. in 1. Epid. hæc annotata leguntur. At in hac, inquit, conſtitutione ex quatuor ſignis maxime ſeruabantur, quibus videlicet ſanguis è naribus probè erupiſſet, aut vrinæ multæ, & multam ſubſidentiam habentes per veſicam prodiiſſent, aut per ventrem turbata biliosa tempeſtiuè proceſſiſſent, aut qui dyſenterici facti eſſent. Seruabantur etiam, addit mox, eodem vrinarum fluore hi, quibus iuxta aures tubercula facta erant vigeſima die ad iudicationem. reſtricta enim, inquit, & ſedata ſunt omnibus, & non ſuppurata ſunt, ſed ad veſicam conuerſa. Sic ergo fluore craſſi lotij multi iudicabantur. quod ipſum ſtranguriosæ mictiones faciunt, nam & hæc ſunt Hipp. loc. cit. ſolùm verò bonum, inquit, & quod plurimos in maximis periculis conſtitutos liberauit, quibus ad ſtillicidium conuertebantur, & ad hoc abſceſſus fiebant. verum vrinæ ſtillicidium, addit, his diuturnum & laborioſum erat. vrinæ his

erant

erant multæ, craſſæ, variæ, rubræ, purulente cum dolore, atq; hi omnes ſuperſtites manſerunt, & nullum noui ex his mortuum. Et vt craſſæ vrinæ, ſiue promptè, ſiue ſtranguriosè decurrant, magnas febres, periculoſaſq; tollunt affectiones, ſic quæ tenues, & prorſus aquoſæ, ſi cumulatim prodeant, demunt affectiones proficiſcentes ab vbertate ſeroſi humoris. nam 6. Aph. 14. dictum, quod his qui ab aqua intercute tenentur, ſi aqua per venas in ventrem aut veſicam defluxerit, ſoluitur morbus.

84 Tempus, quo ſalubriter dijudicantes vrinæ prodeunt, eſt illud, quo metitur morborum circuitus, ſiue acutiem, ſiue diuturnitatem gerant. hanc enim vrinarum fluor habet prærogatiuam, vt vicem gerat cæterarum criſeon. nam & impedita hæmorrhagia, & denegatus ſudor, & ſuppreſſæ ſputiones, & icterus non exceptus tota cute, & in ſumma omne effluuium, omniſq; decubitus, ſi per venas proceſſerint, vrinarum repenſantur fluore, ſi his vt par eſt acceſſerit. nullibi propterea tempus huius exitus extat ab Hipp. præfinitum. ſigna quinetiam hanc prænunciantia criſim artificioſa potiùs coniectura, quàm certis notis habentur; ex aliarum nempe excretionum denegato exitu, dum morbus, quia vires robuſtas refert, ſalutis opinionem facit. quodſi & lumbi grauentur, & aluus ſuppreſſa maneat, & titillent vrinarij ductus, non erit abſ re adfuturum vrinæ fluorem prędicere. quemadmodum ſi ſuppreſſa ſit vrina, grauitas adſit in imo ventre, incaleſcat, ſeu iam incaluerit caput, futurū ſtillicidium non ſine ratione expectamus. quippe, dum pituita ardore liqueſcit, ſecedit hæc partim ad nares, partim ad os, partim per venas, quę ducunt ad pudendum. quum autem ad pudendum peruenerit, mingit homo, & patitur, quemadmodum ab vrinæ ſtillicidio. Lienis quoq; recentes elationes hanc excretionem promittunt, ſi tenue ſit, quod tum Lien, tum alterum præcordium quoq; eleuat. facilè enim humor ſe transfert in vrinarios ductus, turbulentamq; & nigram mictionem reddit ad ſalutem, ſi & reliqua in bonum conſentiant. hæc de mictione, de alui deiectione mox.

85 Deiectiones quæ ab aluo prodeunt, aliæ ſolum cibariorum recrementa deponunt, aliæ cibum in cremorem ductum exhibent, aliæ ipſa immutata cibaria expromunt, aliæ humorum in intimis iacentium recrementa proferunt, aliæ denum corpori profuturos humores demittunt, eaſq; ex alto trahunt. Deiectio quæ ſolùm cibariorum deponit recrementa, naturalis prorſus eſt: quæ humorum intus iacentium recrementa profert nonnunquam à natura, aliquando vi morbi editur, eius tamen cauſa perpetuò innaturalis eſt. Cœteræ verò deiectiones prorſus innaturales ſunt, licet ex euentu quandoq; vtilitatem adferant, vt mox dicetur.

dicetur. Deiectiones, quæ chyli fœces deponunt, non decernunt, ſed ſignificant: ſunt etenim notæ coctionum ritè ſe habentiũm, ſi molles & pultaceæ exeant: ex euentu tamen dijudicant, ſi multitudinem exerant ſeu crudoris ſeu pituitæ hæreſcentis circa ſtomacum, & inteſtina. chyli tamen recrementa vt talia ſunt, non decernunt, ſed ſolùm ſignificant ideoq; ſuas præmandant bonitates ad integras, & completas Criſes. Quę verò deiectiones cibum in cremorem ductum exonerant, nunquam bonæ ſunt; nam aut nimia tunc adeſt inteſtinorum laxitas, aut perijt iam venarum ſuctio. & vt fruſtrata hæc actio ſolis inteſtinis propria eſt, ſic ventriculus quoq; laborat, dum non mutata exeunt cibaria. Quæ deiectiones corporibus profuturos humores exalto ductos expromunt, malæ ſuapte natura ſunt, quoniam à liquatione profectæ torridum in intimis, putrilaginoſumuè adeſſe deſignant æſtum; Ex euentu tamen decernentes ſunt, dum liquatus humor non ampliùs corpori profuturus, iam ab vtili ſecretus, vnà cum reliquis recrementis ſe ad aluum demittit, biliosæq; ſubinde, ſeu pituitoſæ pingues, & oleoſæ deiectiones ſe offerunt ad ſalutem. frequentius tamen ex recrementis à viſceribus emanantibus (de ſanguineis enim fluxionibus abundè in ſuperioribus dictum, & inferiùs nonnulla data occaſione) deiectiones fiunt ſeu bonæ, ſeu malæ, quæ indicant, & decernunt. Sunt etenim quæ corpora noſtra plerumq; offendunt, ſi intus maneant, tolluntq; affectiones, ſi conuenienter ſe deijciant, profluantq; dominio naturæ, quia paratam conditionem aſſumpſerint. flaua namq; bilis aut omni ſero deſtituta meraca furit, aut nimio ichore diluta, defluit. Si meraca eſt, natura tandem dominatrix eam aut ſero diluit, aut pituitæ mergit. Si nimio liqueſcit ichore eam craſſefacit aut ſiccatione, aut admixtione craſſioris recrementi. idipſum proportionata ratione dicendum de pituitoſis, & melancholicis recrementis innaturaliter ſe habentibus, qui iiſdem ad æqualitatem ducuntur rationibus. Inde eſt, quod liquidæ deiectiones quandoq; bonæ, quandoq; malæ ſunt, malæ ſi natura ſuccumbit, bonæ quando dominatrix ipſa eſt, ſinitq; noxium iam paratum effluere, intus quod profuturum eſt detinens. ſin autem adhuc morbus viguerit, vnà cum inutili proficuum exit non ſeruato tempore, nec modo, tempus enim eſt, vt profluat aluus poſt coctionis ſigna: modus, vt non frequenter & paulatinè, nec profusè ac ſæpè, ſed aceruatim ea in quantitate prorumpat, quæ ſit morbo par, & viribus haud incommoda. meracæ idcirco deiectiones omnes prauæ; quæ autem dilutæ ſunt, aut craſſeſcentes, licet prauis tinctæ appareant coloribus, ſi aceruatim, & debito tempore nec ſæpè erumpunt, ſalutares & vtiles erunt. Sic Cauponi peripneumonico morbus proceſſit in meliùs, quia

aluus aceruatim ſubibat, at non ſæpè. quin etiam bilioſæ & aquoſæ prodeuntes extemporaneos lateris cruciatus alleuiant, capitis dolores ſedant, & tumidum lienem deprimunt.

86 Tempus, quo ſalubriter deiectiones iſtæ erumpunt, iiſdem ab Hipp. in acutis præfinitur diebus, quibus & hæmorrhagiæ. nam ſeptima ardentium decretoria eſt, quo tempore, ſi aluus antea pigrans bilioſa cumulatim deijciat, ſanitatem adfert, quia tempeſtiuè hæc prorumpunt, vt accidiſſe conſtat in ea ardentium tempeſtate 2, in 1. Epid. deſcripta ſic dies nona per dimidiatum quintanum circuitum profert vtiliter liquamenta, à torrido ſanguine è carnoſis partibus educta, & decimaquarta bilioſa, pharmaci ope, deturbata ſanitatem attulerunt filio Pythionis in Pella. pari ordine procedunt deiectiones per circuitus extra acutorum terminum, & tutiùs quidem, ac ſecuriùs in diuturnis, quam in acutis, quum recrementa ſint, quæ primario in diuturnis peccant, & hæc ſuapte natura ad aluum feruntur.

87 Signa, quæ alui cumulatam profuſionem promittunt, ſunt, ructus, flatus, murmur ventris cum eleuationibus. humoroſa namq; materia ſe in ventrem colligens, ni tota in flatus abeat, cumulatam tandem deiectionem promouet. ructus enim, & flatus calorem ſubeſſe arguunt liquoribus immiſſum, ſtrepitus edit, eorundem flatuum, ac ſuccorum cõcitata commotio, horumq; vbertas ventrem eleuat. Sunt ergo mox aduenturæ diarrheæ hæc inditia ex alto venientis, ſi anteceſſerint horror, anxiendo, dilaſſatio, & lumborum cruciatus. quippe hæc certa ſunt ſigna humoris à viſceribus, altiſq; cauitatibus per venas in ventrem reptãtis. his addendum pulſus parititas, & vrinarum tum paucitas, tum tenuitas, quæ cuncta aliaq; ſimilia vbertatis, & tranſlationis ſunt craſſioris humoris inditia.

88 Cœterum quemadmodum diluti, vt par eſt, humores ſe ab alto in ventrem transferrentes cumulatam, & plerumq; indoloroſam faciunt deiectionem, quæ promptè morbum ſummouet: ſic è diuerſo accidit, vt alienus humor acredinem præſeferens craſſis admixtus recrementis ad aluum decurrat, qui quum nec promptam, nec lenem facere deiectionẽ queat, tormentoſè inuadit, inteſtina dilaniat, & dyſentericam egeſtionẽ promouet, perinde ac de ſtranguriosâ mictione dictum. Eijciuntur ergo mucoſa, & cruenta, quæ ſi modum, & tempus ſuis in eiectionibus ſeruauerint, difficiles affectiones ſanant. Modus eſt, ſi vice alterius excretionis de repente prorumpant. obſeruatum namq; 2. in 1. Epid. iuuenibus ſanguinem è naribus vtiliter fluxiſſe: ſeneſcentibus iam denegato hæmorrhagiæ exitu ad morbum regium res deueniſſe, aut copioſa ſana-

tos

tos fuiſſe diarrhea, aut dyſentericos euaſiſſe, quod vnum erat ex his, quibus facti ſanabantur egri. de repente autem prorumpat dyſentericus hic fluor oportet, nam vt ſanguinis ſtillationes vel prauę ſunt, vel nullam vtilitatem afferunt morbo impares, ita dyſentericus fluor, ſi paulatinè accedat, diuturniúſq; affligat, morbum non omnino tollit, viſcerum naturalium œconomiam ſubuertit, & viribus infeſtus eſt. & hoc nomine dyſentericus hic fluor à vera ſeponitur dyſenteria, quę tractim accedens, diuturnè quoq; affligit. Tempus opportunum eſt, vt in alijs egeſtionibus ſeu hęmorrhagijs, rationibus iam adductis.

89 Porrò, quibus dyſentericus hic fluor pręnoſcatur inditijs, non eſt tam promptum determinare. ex obſeruatis tamen ab Hipp. cõſtat, quod denegatus hæmorrhagię exitus quandoq; dyſenterico fluore rependitur: conſentaneum idcirco, vt ad vilem hanc deiectionem, capitis antecedant mala, quę opportunis non ſoluta eiectionibus hoc rependũtur fluore. hinc in Coacis dictum. In febribus, inquit, venarum quæ ſunt in collo pulſus & dolor, dyſenterię habet euentum. & alibi. Capitis, inquit, concuſſiones, & aurium ſonitus ſanguinem effundunt, aut mulieri menſes deducunt, tùm aliàs, tum ſi iuxta ſpinam ardor conſequatur, fortaſſis autem dyſentericas fluxiones. Quibus in verbis negotium totum habemus ſperabilis dyſenterię. dum enim grauatur copia ſanguinis caput, vt ſubinde ſe concutiat, & aures inſonent, ſi eam vbertatem hæmorrhagia non depleat, ſed defluat hęc in ſubditas, diſtenduntur tunc venę, quę ſunt in collo à ſinubus ductę, dolent ſubinde, & pulſant, mox incenduntur partes ad ſpinam attinentes, vt exin in fęminis ad id paratis menſtrua purgamenta fluant, in reliquis dyſenterica deiectio emanet, niſi confertim referet hæmorrhoidas, qui fluor mucoſę & cruentę deiectionis vicem gerit. Adeſt & alterum indicium, ſi nempe vrinę aquoſę ſint. Multis autem alijs, inquit Hipp. 2. in 1. Epid. iudicatis ad dyſenteriam res deuenit, veluti Xenophani, & Critię. vrinę aquoſę multę purę, tenues poſt iudicationem, & ſubſidentia bona facta, & alijs probè iudicatis. mentionem faciam eorum quibus factę ſunt. Bioni qui apud Silenum decumbebat, Critię qui apud Xenophanem, Aretoni filię vxori Mneſiſtrati. poſtea verò omnes dyſenterici facti ſunt; quod vrinas minxerunt aquoſas conſiderandum. conſiderandum nempe eſt, quanam ratione vrinę aquoſę redditę ſint. Si quidem, ſi prius quàm dyſenteria accedat, ob imperfectam aliquam criſim vrinę aquoſę & tenues appareant, non eſt mirandum ſi capitis mala occurrant, quę tenues, & aquoſę vrinę ſignant ex neceſſitate. aſt ſi decurrente iam dyſenteria tenues & aquoſę vrinę appareant, exitiale profectò ſignum hoc: quippe ſoporoſis paſſionibus, aut

Digitized by Google

ſeuis tenentur ęgrotantes delitijs, aut mox tenebuntur, quia atra exundat. ergo in acutis dyſentericus alui fluor ſoluit illas paſſiones, quæ ex denegato inſurgunt hæmorrhagiæ exitu,ſubmouetq; illas parotidas,quę inſuppuratæ manent. tubercula, inquit Hipp. loc. cit. iuxta aures in febribus cum dolore oborta, quibuſdam febre iudicatorio modo deficiente ſedantur, neq; ſuppurant. hæc bilioſorum alui profluuium,aut dyſenteria, aut craſſarum vrinarum ſubſidentia ſoluit, vt Hermippo Clazomenio. Cœterum ſalutiferi hi dyſenterici fluores nec diutiùs,nec ſeuiter affligunt. ſcripta enim 2. Porrhet. hæc leguntur. At quæ dyſenteriæ, inquit, commodæ ſunt, mala hæc non inducunt, verum ſanguine & ramentis egeſtis deſinerunt ſeptima die, aut decima quarta, aut vigeſima, aut quadrageſima, aut intra hæc tempora. huiuſmodi enim egeſtiones etiam eos qui priùs ſunt in corporibus morbos ſanant: antiquiores quidem diutiore tempore, recentiores verò in paucis diebus ſubmouere poſſunt. hæc de dyſenterico fluore, deuomitu mox.

90 Ea ratione quæ ex aceto parantur picrocolis vtilia eſſe 3. Acut. proditum, quia inquit, acetum amara diſſoluit, & in ſublime effert pituitoſis ammixta. amat idcirco amara bilis ſurſum educi, quemadmodum & pituitoſa. illa quidem, quia tenuis & mobiliſſima, hæc verò quia leuia ſuapte natura liquoribus innatant. monuit propterea Hipp. æſtiuis temporibus medicationes ineundas eſſe per ſuperiora, quia flaua tunc exundat bilis, quæ, dum affectiones promouet ad partes ſupra præcordia ſpectantes, vomitione ſalubriter exit, dum nempe ægri graciles ſunt, & ad vomendum parati. difficulter namq; vomentes, & obeſo præditi corpore, perinde ac tabeſcentes, arcendi ſunt à vomitu. illi quidem ne violento conatu pectoris venas diſcindant;obeſi: quia anguſtos habent ductus, exundantq; potiùs viſcoſis, quàm tenuibus; tabeſcentes demum, ne thoracis motu recrudeſcat pulmonum vlcus. Hanc autem peculiarem vomitus habet prærogatiuam, quod, vt proditum 2. de Diet. legimus, ventrem compactum ſoluit, & plùs quàm conueniat egerentem ſiſtit; nam compactum humectat,liquidum verò ſiccat,ideoq; dum aluus profusè deijcit, vtilis vomitio, quæ morbos quoq; tollit à bile promanantes, dum hæc diluta ſe exonerat, ſed præcipuè dum eſt craſſiori pituitæ admixta. nam meracæ vomitiones malæ omnes; vtiliſſimæ verò quæ ſeu dilutæ, ſeu permixtæ craſſiori ſucco ſunt, & in debita quantitate confertim prodeunt. nam quod exiguum excluditur, haud indicatorium eſt (pauca enim vomitio bilioſorum quadrageſima die in Epicratis vxore facta diſtulit iudicationem in octuageſimam) & quod debitam quantitatem excedit, viribus eſt incommodum. Modum autem ſeruabit,ſi debito

bito tempore fiat. nam Mulieri decumbenti in littore decima quarta die copioſa bilioſorum vomitio ſanitatem integram dedit.

91 Eſt autem opportunum tempus in acutis dies ſeptima, nona, vndecima, & decima quarta, hoc conſtabilitum ab Hipp. 3. Progn. ordine, vt ſi prima die prodeant ea, quæ vomitionis opinionem faciunt, mox hæc clariùs ſe exerant quarta, & non quinta, aduentabit ipſa vomitio die ſeptima. ſin autem tertia die prodire incipiunt, mox quinta euidentiùs apparent, nona aut vndecima vomitiones aderunt. demum, ſi quinta die aduenient hæc, poſtmodum ſeptima, aut nona firmantur pleniùs, vomitiones prodibunt decima quarta die. ratio iſtius admirabilis diſpoſitionis ex ſæpè dictis innoteſcit. prænunciat enim de ſeptima quarta: & quia phęnomena ſtatim apparentia ſolutionem accelerant, vomitionum autem ſigna prima die ſe offerunt, quæ mox quarta firmantur, ideo iudicium expectandum ſeptima. Tertia autem dies dimidiat quintanam periodon, & inualeſcentiam gerit tertiani inſultus, edita idcirco ea die vomitionis ſigna, quinta mox clariùs ſe exerentia iudicationem promittũt nona in quintano circuitu dimidiato, & vndecima in tertiano complecto, nona enim ſeptima eſt à tertia, & vndecima ſeptima à quinta. Signa demum, quæ quinta die obſcuriùs promuntur, clariùs deinceps ſe exerunt ſeptima, aut nona, iudicationem ad futuram deſignant quarta decima die, vt in mulieri decumbenti in littore contigiſſe proditum.

92 De ſignis vomitionem anteuenientibus hæc in Coacis. Quibus, inquit, cibi faſtidia ſint, & oris ventriculi morſus, & multum ſaliuæ, his vomitus fit. quibus ſi addatur rigor, & partium quæ infra præcordia ſunt inalgeſcentia; iam vomitionem inſtare dicimus, quia humores tunc ex alto veniunt, vt ventriculum exonerent. hanc eandem opinionem faciũt dolor capitis, tenebricoſa vertigo, totius corporis grauitas, ſi inſuper ea acceſſerint ſymptomata, quæ ventriculi compaſſionem deſignant. caput enim incaleſcens tenuiùs ad ſe trahit, craſſiùs verò euomit, ſi ventriculũ iſtud offendat. & in ſumma cuncta ea ſigna, quæ craſſitiem humoris vigentis caput inſimul, & ſtomacum affligentis demonſtrant, ſunt etiam vomitionum præſagia. addatur oris amaritudo, & labiorum tremor, dum acria ſunt ſe exoneratura, quibus acerbiſſimè quoque caput dolet.

93 Poſtremum iudicatorium effluuium ipſa eſt ſputio acutis potiſſimum opportuna. nam licet febrem ipſa ſolitaria non tollat, demit tamen integrè quicquid partibus ſpiritalibus adhærens, aut noxam ingentem affert, aut ſanationem impedit. Peripneumonicis enim, Pleuriticis, aliiſq; ſimilibus affectionibus opem eo nomine fert, quod humorem detrahit, à quo malum ingens oboritur. ardenter autem febrientibus illud

aufert, quod ſanationem tardat, & malum ſubinde adauget. neceſſe [illegible] namq; ait Hipp. 4. Acut. ad iudicationem quæ in ardentibus fieri deber, vt ſputa craſſa vbertim exeāt, ad celerem febris demiſſionem, & ad auerſionem peripneumoniæ, ſeu decubitus. vt verò ocyus, aut ſeciùs ſputa ſuæ maturitatis ſigna dant, ita per vberem cocturam ſpuitionum exitum, cita, aut tarda expectanda erit ſolutio.

94 Cœterum, quum nedum ſola pituita, ſed reliqua recrementa perpetuum præſeferentia crudorem noxam pectori inferant; (ſiue talia ſuapte natura ſint, ſiue crudorem hunc indipiſcantur à corruptella) illud ipſum ſpuitionibus, quod & reliquis excretionibus contingit, vt nimirum dum ſe offerunt tanquam coctionum ſigna, oportet, vt permixtam ex flauo integram conditionem gerant. dum autem decernunt, & morbum alleuiant, non eſt neceſſe, vt hanc referant coctionem, ſufficiens eùm ſit promptus earum exitus. tantùm enim conducit libera anacatharſin in pectoris paſſionibus, vt licet prauum ſit exiens, quia morbi exhaurit cauſam, vtilis euadit. nam ſpuitiones, quæ ſanguineæ, & bilioſæ ſunt, tempore & modo exeuntes alleuiant, & tollunt morbum; perinde ac illæ quæ copioſum pus efferunt, vt abundè in Coacis extat enarratum. tranſeamus nunc ad eā enarranda, quæ in cutim abſcedunt.

95 Quæ per cutem diſperſim ſe proferunt, ſiue eam in quoſdam eleuent tumores, ſiue eius ſolum colorem immutent, exhantematis nomine inſigniuntur: in hoc proinde cenſu habentur puſtulæ, papulæ, maculæ pecticulæ dictæ, ac Arabum Variolæ, & morbilli. cuncta namq; hęc in cutim efflorefcunt, non quidem magno cum tumore ſeu vlcere, nec vniuerſim cutim tingunt, ſed vel exiguos in tumores eam eleuant, vlcuſculiſuè exedunt, ſeu aliàs aliter, & inſolitè colorant. id autem facit humor ſe euomens in cutim, vel quia natura eum per coctionem ab vtilibus iam ſecreuit, vel quia ſuopte impetu præuerſo naturæ ordine erumpit. vtcumq; autem ſparſim effloreſcit, quia per exiguas venulas delatus viciniſſimas oſculorum partes apprehendit, eaſq; aut in tumorem eleuat, aut exedit, aut colorat: orbiculatim quidem frequentiùs, ob eam figurationem, quàm venarum oſcula habent. fędatur nihilominus quandoq; cutis tota, dum tanta eſt humoris erumpentis vbertas, vt longè is propulſus ex vno oſculo alteri adiungatur, quod in Variolis & ſcabie vſu venire non rarò conſtat, & in ictero ſemper propter humoris tenuitatem. Vt autem diuerſus eſt ſe exerens humor, diuerſa quoq; eſt rerum in cutim effloreſcentium effigies; nam tenuiſſimus ſanguis calore æſtuans in denſa cuti firmatus plerumq; rubeſcentes excitat aſpredines culicum morſibus haud abſimiles, eo ab eryſipelate nomine diuerſæ, quod non vniuerſim

uerſim membrum aliquod apprehendunt, ſed ſparſim quanquam confer-tim ſe diffundunt: non enim ea tenuitate eſt præditus is humor, vt per eam ſe latè diſpergat. has autem aſpredines noſtrates vocant Ferſcia, forſitam à feruore, & pruriginis ſtimulo, quo cutis perinde ac vrticæ tactu conſtringitur. Aſt ſi euocatus in cutim aquoſus ſit & feruidus ichor, perinde ac facit feruida iniecta aqua, ampullas excitat, quæ cruſtoſum ſubditum habent vlcuſculum, Aſcaræ idcirco ab Arabibus dictæ. reliqua puſtularum pupularum genera a corpulentioribus naſcuntur humoribus, cuti hæreſcunt, & ſuæ naturæ conformia mala edunt. huius quoque generis ſunt grandiores papulæ ecthymata ab Hipp. 3. in 3. Epid. lata quin etiam exanthemata, & latæ puſtulæ dictæ parum a phymatibus diuerſæ. quibus nominibus inſigniuntur quoque puſtulæ aliquæ paruę nullum tumorem, nec inſignem facientes abſceſſum ab Hipp. in hiſtoria Sileni recenſitæ, quæ fortaſſis ſunt Arabum variolæ. huic enim octaua die puſtulæ vna cum ſudore rubentes, rotundæ paruę veluti varri effloruerunt, quę permanebant; neque colligebantur: quibus haud abſimilia ſunt ſudamina è genere eruptionum ſummo corpori hæreſcentium, quæ vlcerum more cutim exaſperant, vtpotè à bilioſis editæ ac feruentibus, & ſtimulantibus ſudoribus, de quibus Hipp. lib. de Humid. vſu diligentem facit narrationem.

96 Erumpunt autem hæc, aut impellente natura, aut propio vitio, potiſſimum dum tepens aeris viget conſtitutio, quæ conſopitum humorem exagitat, eumque ebulire facit. accidit nihilominus, vt vitioſus ſanguis ſua craſſitie vaſis hæreat, in quibus dum quadantenus ebulit, vice puſtularum maculas quaſdam profert, quæ orbiculatæ ſparſim per cutem ſe exhibent; his enim perinde imbuitur cutis, ac ſi pulicum morſibus eſt impetita. talia non erant, quæ in Euphranoris filio effloruere: nam cimicum, & non pulicum morſibus ſimilia erant. quum autem iiſdem imbuatur cutis coloribus, vt ſanguinis ſe habent conditiones, huiuſce proinde ſtatum arguere licet ex diuerſo macularum colore. veriſſimum autem illud eſt, quod imbuens ſanguis nullam habet acredinem, quum nec cutim exedat, nec eam in tumorem eleuet: hæret idcirco ſola craſſitie cum quadam leni ebulitione, hinc eſt, quod ſomnolenti, & anxioſi ægri redduntur, dum iſtę ſunt prorumpturæ maculæ, quia nimirum præter debitum ſanguis ipſe ſtagnat. moratur autem ob craſſitiem, quam inſolitè contrahit, ſiue eam vitioſus accedens præſtet humor, ſiue frigiditas ſanguini inuecta (alget enim ſpiritibus deſtitutus, quemadmodum craſſeſcit ichore viduatus) hoc ipſum faciat. mali moris proinde habentur iſtæ maculæ, licet aliquando decernant, ſi cumulatim primis decre-

torijs diebus erumpant. id ipſum de reliquis exanthematibus dicendum, quæ ſi debito modo & tempore prodeant, eo nomine ſecuriùs ſanitatem promittunt, quod craſſiorem humorem ab intimis demunt. debito autem modo erumpunt cuncta hæc, ſi excipientis capacitatem non excedunt, nec deficiunt à morbi exigentia. & hoc præſtat non impetus noxij humoris, ſed ipſa dominans natura. tabeſcentes enim dum ad interitum properant, puſtulis toto corpore replentur, potiſſimum ſi in his ſalſuginoſæ ſint ſuppreſſæ ſpuitiones, extatq; vt perniciofum 2. in 1. Epid. annotatum, aliquibus exanthemata parua, nec pro morbi dignitate erupiſſe, quæ citò occultabantur, & exinde ablactati pueri, & iam pubeſcentes decedebant per aduentum aquoſæ dyſenteriæ, quæ ſummè pernicioſæ erant. deceſſit quoq; Puer Timonactis conuulſus, & Epilepticus, poſtquam ipſi euanuerunt exanthemata. Quæ autem ſint notæ eruptionem hanc deſignantes, ex iam dictis conſtat. febris enim aſſidua tenet, exiguus, & lentus ſudor, pruritus aliàs ſubinde aliàs ſe exerens, vrinarum tenuitas, pulſus ad magnitudinem vergens. orgaſmo tamen humoris quandoq; accidit, vt priùs erumpant exanthemata, mox febris inſurgat, vt filio contigiſſe Euphranori ſcriptum legimus. Maculis autem erupturis in febre præueniunt inquietudines, lumborum grauitates, & labores, ſomnolentæ affectiones, arteriarum anguſtię, & vrinarum turbata craſſities; quę cuncta quibus fiant de cauſis ex dictis ſatis compertum.

97 Succedit icterus maculis non abſimilis vniuerſim ſe diffundens, bilioſus namque humor alienus à natura ſanguinis ſua tenuitate latiùs ſe diffundit, & ſuo amarore ſtimulat: confertim idcirco, aut à ſecretrice virtute in cutim pellitur, aut ſuopte impetu erumpit, ſi illuc vergat. ſic ergo quia tenuis eſt, & à ſanguinis natura ſemotus totam imbuit cutim, ſi non vniuerſim, maiori ſaltem ex parte. Cœterum quum ſint multiplices bilis conditiones, multiplices quoq; icteri occurrunt. nam ſi à torrida, & æſtuante bile inſurgat icterus, tunc cum virore pallent ęgri, obrigent, anxiantur, immorigeratiq; fiunt, eorum viſcera lancinantur, cutis mordetur, & abraditur, vrina exit craſſa, pallida, craſſum quid, & ſubalbidum deponens, ex aluo demum recrementa prodeunt malè olentia, & cum virore albicantia. talis, conſimiliſue eſt effigies icteri ſymptomatici, quem edit bilis ſuopte impetu prorumpens, quia innaturalis prorſus eſt reddita nimia ſua meracitate, ac ſubinde nimia cuncta naturę ſubuertit. Aſt ſi hęc ſola copia, & motu peccauerit, tunc vt icteritie aduenient faciles, aut difficiles ſolutu, ita dijudicantes icterifiunt, quia bilis in ſanguinem reclufis ſolitis ductibus delata, & mox à natura ſecreta in cutim trudetur. Erit ergo icterus morbis ſuperaccedens ſymptomaticus vnus,

alter

alter criticus. de ſymptomatico ſuo loco, nunc criticum proſequamur, qui talis eſt, dum tempore, & modo debito accedit. tempus opportunũ eſt, vt quoties ſolitariè accedit ſeptimam non prępripiat diem, nam alijs cum excretionibus ſalutaris quandoq; Fuerunt, inquit Hipp. 3. in 1. Epid. quibus icteri ſexta die: ſed hos aut per vrinam purgatio, aut aluus turbata iuuabat. atq; hic, & è naribus fluxit ſanguis, & venter turbatus eſt, & per veſicam eſt purgatus. iudicatus eſt autem ſexta die, non vt Phanagereon ſeruus, cui nihil horum euenit, mortuus eſt. Hermocrates pariter interijt, quia aluus ſuppreſſa erat. Verè autem iudicatorius erit, ſi ſeptima, nona, vndecima, aut decimaquarta die accedat rationibus iam de ſudore dictis; ſimili enim ratione alterutrum horum occurrit, vt deinceps palàm fiet. Modus autem, quo vtiliter icteri prodeunt eſt, vt ipſis rigor præueniat cum naturæ dominio. ſic enim fiet, vt bilis tota ſe in cutim deponat, nihilq; in viſceribus ſuperſit, quod affligere ſanguinem valeat. deponitur autem à viſceribus bilis tota, ſi mollia ſubinde reddantur pręcordia. quippe ſi in viſceribus durities perſeueret, nulla tunc eſſe poteſt ſalutaris & abſoluta excretio: viget enim in his ſeu inflammatio, ſeu humorum congeſtus, quibus per ęquè anceps iudicium redditur. quoties enim inflammatione indureſcunt pręcordia, ni profluat hęmorrhagia, pernicioſus quocumq; tempore icterus, obijtq; Maritus Lechus, neq; mingens, neq; egerens, neq; frontem quidem ſudore humectans, quia magna & dura erant precordia, & ſpiratio denſa. ſi verò à craſſa bile indureſcant, contumax affectio eſt, quę non tollitur, niſi per aduentum aliarum excretionum.

98 Sunt autem de Ictero Hipp. enarratione digna verba hæc lib. de iudicat. In febribus, inquit, ardentibus ſi poſteriùs ſeptima die morbus regius accedat, inditium eſt ſublati ſudoris: nam morbus non ſolet exſudare, ne vſquam alibi abſceſſum facere, ſed ſanus fit. neceſſe autem eſt, vbi calor febris deceſſerit, & humorem in ſeipſum contraxit, febri contingere iudicationem per vrinas prodeuntes, aut etiam alui egeſtiones, aut ſanguinis è naribus fluxum, aut mictionem multam, aut per multam humiditatem, ſudorem, aut vomitum, mulieri etiam per menſium viam. maximè igitur hæc iudicationem faciunt, & quicquid his propinquum contingit. facit autem & alias iudicationes, ſed minùs quàm has. ſi verò ſeptima die morbus regius accedat, aut poſteriùs in febre ardente, & difficilis multi ſputi ſeceſſus tum in ardentibus, tum in alijs febribus, ſi nullum talium ſignorum fiat, & dimiſerit febris, neceſſe eſt tales iudicationes pro illis fieri, aut magnorum tuberculorum abſceſſum, aut dolores ex abſceſſu vehementes, aut colliquationes humorum ex calore. iudicationes,

Digitized by Google

dicationes, & remiſſiones eorum, quæ febrem ardentem ſignificant, lõgiorem morbum faciunt, ſi verò fortia fuerint, mors plerumq; ſequitur. Addit deinde quædam de Leipyricis, quæ aliena nunc à noſtro propoſito aliàs extant enarrata. proſequitur narrationem deinceps. deſinente verò, inquit, febre ardente, ſi accedat morbus regius non ſolet amplius exſudare, nec vnquam alibi abſceſſum facere, ſed ſanus fit. Proponit ergo Hipp. ardentes ad iudicationem properantes, quarum ſolutio primis accedens circuitibus ſudore editur præſignato rigore, & vrinæ ſuppreſſione. Cœterum ſi à ſeptima die loco ſudoris prorumpat icterus ſignum eſt voluiſſe quidem natura noxium ſudore abſpellere, ſed nequiuiſſe propter craſſitiem exundantis humoris, ideoq; vice ſudoris aduentaſſe icterum, qui propterea ſperabilem ſudorem iam præſignatum auertit, quoniam vix contingere poteſt, vt vno eodemq; tempore tenuis exſudet humor, & craſſus icterum faciat; reliquum igitur, vt aduentante ictero abſit ſudoris effuſio. non raró tamen contingit, vt poſt eruptum icterum, ratione iſtius acriſiæ febris adhuc maneat, & tunc, quia intus detentum eſt, quod ſudore ſecerni debuerat ad integram ſolutionem, oportet alia accedat opportuna dijudicatio, prodeantq; humores aut per lotij ductus, aut per inferam aluum, aut per hæmorrhagiam, aut per copioſum ſudorem, aut per vomitionem, aut demum in fœminis per menſtruale profluuium. ſunt etenim hæc, & alia conſimilia ardentium iudicatoria, dum ab ictero non prorſus extinguitur ardens. Sed & abſceſſus inſuper accedunt ab ictero ſeptima, aut poſteriùs facto ſi nimirum in pectore, capiteq; pituitæ exundet vbertas non expurgata per liberam anacatharſim. quippe in ardentibus pituita hæc retenta, (ardentes enim ad iudicationem properantes ſputa proferunt craſſa & copioſa) & febrili ardore attenuata tumidos tandem reddit articulos, ſeu dolore hos affligit, aliaſq; liquationes facit, quæ ſi magna cum vehementia accedant, ægrotantes conficiunt: ſin aliter, longo tempore affligunt. Leipyricæ namque inde febres oboriuntur in epyalum degenerantes purgationibus indigæ, vt ſuo loco oſtenſum. Et hìc progreſſus eſt icteritiæ in ardentibus, dum febrilis ardor adhuc poſt icterum aliquantiſper manet. at ſi prorſus poſt hanc bilis diffuſionem deferbeat, tunc morbus non exſudat amplius, neq; alibi abſceſſum facit, quia integrè iudicatus eſt ictero, cuius aduentantis notæ ſunt, tum quæ ſudoris, exanthematumq; eruptionem denunciant, tum quæ dominium craſſioris bilis deſignant in venas ſe inſinuantis, vt ſuæ naturæ conformia mala edat. pigrat namq; in his aluus, aut biliosa ſoluta derepẽte deſiſtit. quod ipsũ promittũt vrinę biliosæ craſſæ mometò deinceps tenues, & aquoſæ redditæ, & alia quę in Coacis paſſim enarrabũtur.

99 Rema-

99 Remanet, vt de abſceſſu propriè dicto verba faciamus. eſt autem huius nominis anceps ſignificatio. nam ipſa humorum eiectio abſceſſus nomine inſignitur: profluunt enim, quia ab vna ad aliam partem feruntur. Optimi, dicebat Hipp. 1. in 2. Epid. abſceſſus ſunt, qui per effluxionem fiunt, velut ſanguis è naribus, pus ex aure, ſputum, vrina. & 2. in 1. Epid. Multi, ait, abſceſſus oboriebantur, aut minores quàm vt quicquam prodeſſent, aut maiores quàm ferre poſſent. erant autem dyſenteriæ, lienteriæ, teneſmi, & crudores. abſceſſus quoq; dicuntur, quæ in cuti efloreſcunt. Sed & quæ ſub cutim, inquit 1. in 2. Epid. abſcedunt foras tubercula, veluti humenctia. Mutatio quoq; morbi in morbum abſceſſus eſt. quibuſdam, ait ipſe, non paucis ex alijs febribus, & morbis abſceſſus in quartanas fiebant. Empyemata quoq; abſceſſus nomine comprehenduntur. tumores, inquit in Prognoſt. in ventrem minùs faciunt abſceſſus. Sed propijſſima ſignificatione abſceſſus decubitus eſt ſuccorũ ad aliquam partem laborem, a ſpectabilemuè tumorum, ſeu vtrumq; facientium. qui quidem decubitus acutis, aut diuturnis morbis contingunt tum ad ſalutem, tum ad interitum. ſunt autem in acutis plerumq; mortiferi, aut ſaltem ancipiti euentus. nam in iſtis noxius humor aut inflammatione hæret, aut turget impenſè. vtroq; autem modo ſe habeat, totus ad inferas nequit abſcedere, obijtq; Lariſſæus Caluus quarta crudeliſſimo femoris dolore vexatus. in diuturnis verò ſalubriter abſceſſus fiunt, ſi quiſpiam nimirum diutiùs, at ſecurè, ex febre continua laborauerit citra dolorem, & inflammationem, aliamue cauſam. hæ namq; ſunt conditiones, quæ vtilem abſceſſionem promittunt. intermittens etenim febris & erroneo modo inuadens autumno appropinquante in quartanã degenerat. febris quin etiam rigorifica abſceſſionis plerumq; occaſionẽ tollit, id enim ab Hipp. 1. in 6. Epid. proditum. Quibus rigores, inquit, non admodum fiunt abſceſſus: quippe rigoris vi ſenſim morbificus excluditur humor, & qui rigorem facit, quum ſideat extra vaſa, totus abſcedere nequit. dictum autem non admodum, quoniam ſi exigui erunt rigores, nec vllam comitem habeant humoris excluſionem, excipi tandem poſſunt aliqua abſceſſione; ſed hoc raro contingit. Nec obſtat abſcendentes febres dici ab Hipp. 2. in 6. Epid. reuerſiuas: quoniam reuertentes febres dicuntur, non periodicæ intermittentes, ſed recidiuantes, quæ ſubinde ad diuturnitatem ductę abſceſſionem faciunt. hęc enim altera à continuitate eſt conditio, quæ abſceſſum promittit. diuturnitatis namq; cauſa, aut naturæ eſt imbecillitas coquere, & ſecernere nequeũtis, aut humorum craſſities: horumq; alterutrum abſceſſus occaſionem præbet. nam ſi vtrumq; iungas, humorum nempe craſſities, & virium languor,

guor, nullus abſceſſus, nullaque fiet ſalutaris excretio: exigua verò craſſities tractu temporis ſic à prælanguida attenuatur virtute, vt abſceſſum pariat, quemadmodum de frigidis, craſſis, & incoctis ſuccis, facit vegeta virtus. quæ enim cocta ſunt poſt diutiuas febres craſſum lotium redunt potiùs, quàm abſceſſionem faciant. incocta ergo venis hæreant & craſſa oportet, vt abſceſſio fiat, quæ etiam diuturnitatem parant, vt ex aliàs dictis conſtat. abſit præterea oportet à morbo abſceſſuro inflammatio omnis, & dolor, aliauè cauſa, quæ intus humores detineat, & morbum in perniciem adigat. nam morbus vtiliter abſcedens non pernicioſus, non reſpuens curationem, ſed incoctus eſt, cuiuſmodi eſt nonana febris à pituitoſo ſucco profecta cæteris continuis diuturnior, cuiuſmodi ſunt quoque laſſitudinoſæ febres, in quibus iiſdem de cauſis promptiſſimè abſceſſiones fiunt, aduertantes in corporibus iam ætate conſiſtentibus. nam in iuuenibus tenues, & ad motum propenſi humores faciunt potiùs quàm abſceſſionem, effluxionem aliquam. morbi verò in ſenecta aut commoriuntur, aut per paulatinam coctionem deſinunt. media ergo in ætate, quia craſſi humores exundant, & corporum vigent rectrices virtutes, poſt diutinam afflictionem tandem prorumpunt abſceſſus, dum ſemicrudum natura cispellit ad partes longinquas. hyeme propterea magis quàm alijs temporibus abſceſſiones fiunt, quia incocti tunc excendantes ſucci viribus robuſtioribus facilè cedunt: tardiùs tamen ſoluuntur, ſed nullo cum recurſionis metu hærent, quod periculum calidis, & æſtiuo tempore factis imminet abſceſſionibus.

100 Tria autem præter iam dicta conſideranda ab Hipp. 2. in 6. Epid. proponuntur. quò, vnde, & propter quid; hoc eſt, qua in parte fiant, vnde veniant, & propter quam cauſam, de quibus ſigillatim. partes ſalubriter excipientes decubitum ſunt inferæ, & procul ab affectione ſummotæ optimi, inquit Hipp. 1. in 1. Epid. abſceſſus ſunt præcipuè inferni, & longiſſimi infra ventrem, & remotiſſimi à morbo. & in 6. Epid. Si infra vmbelicum, ait, conſtiterint ſuperna in inferioribus articulis, bonum. quocirca in vehementi, ac pernicioſa peripneumonia vtiles in Prognoſt. habentur abſceſſus, qui ad crura procedunt. non perinde tamen ſequitur, quod abſceſſus etiem ad ſuperos artus non ſint boni, dum infra morbum ſunt. nam Calimedonti puero ad durum, magnum, & doloroſum tuberculum, præter lini cataplaſma contulit abſceſſus ad cubitum. hi tamen abſceſſus, quum parum ab affecta parte diſtent, non ſine reuerſionis metu ſunt. hinc eſt quod facti ad glandulas abſceſſus cacoethes ab Hipp. 2. in 6. Epid. dicuntur, quia partibus principibus aſſident, hiſque vaſorum comercio promptè communicant. in diuturnis etiam febribus, ait Hipp.

3. in

3. in 2. Epid. Lienis fiunt elationes, quæ morbi contumaciam, & diuturnitatem deſignant. Decumbat ergo abſceſſus oportet ad inferas partes, vt ſalutares ſint: illuc hæreant, at non ſuppurent, ſed digeſtionem faciant. nam abſceſſus in articulis ſuppurans fiſtulam facit, quæ in molliſſimis corporibus membrum contrahit, in alijs difficultatem ſanationis gerit, vt ſcriptum 3. in 6. Epid. facit, quod monitum expreſſum etiam. 1. in 6. Epid. in praxi ſummopere obſeruandum, ne inſigni cum ægrotantium damno errata contingant. Cæterum, non omnes ad articulos facti abſceſſus dolorem inſimul, & tumorem gerunt: nam laſſitudinoſis febribus crurium effæminationes contingunt vllo abſque tumore; quod ipſum reualeſcentibus à morbo accidit. diſiunctim propterea 4. Aph. 44. dictum in longis febribus fiunt ad articulos tubercula ſeu labores: quanquam reuera illi non ſunt propiè dicti abſceſſus morbos ſubmouentes, qui tumorem non inferunt. quem autem laboris nomine intelligit Hipp. non eſt dolor ſolitariè accedens, ſe grauitas vbertate humorum edita, & ſi collectum non exhibeat tuberculum.

101 Secundum, quod conſiderandum venit eſt pars abſceſſionem admittens, quæ dextera eſt, ſeu ſiniſtra; ſeruanda enim in his rectitudo, vt in hemorrhagijs; nam in Herophonte ad ſalutem properarunt abſceſſus, quoniam decubuerunt ſeruata rectitudine. accidit nihilominus complicari affectus contrarias obtinentes ſedes; indeque contrarios oboriri decubitus, qui dum rectitudinem ſeruant, iuuamen adfuerunt. in Apomanti enim vxore, quia dolebat caput parte dextera; & lien ſublime erat, dexter oculus diſortus eſt, & in ile ſiniſtrum decubuit humor, partium affectarum ſeruata rectitudine. Poſtremò conſiderandum, propter quid fiant abſceſſus; nùm ſcilicet ab irritamento aliquo, vel à natura dominante. vt enim bonus ſit decubitus incidat oportet die iudicatoria, quia tunc natura dominatur, ſi reliqua ſint bona. praui propterea abſceſſus omnes ineunte morbo editi, quoniam irritantis ſunt humoris ſoboles, exprommunt ſeu paucum ad morbi exigentiam, ſeu nimium ad partis capacitatem, vt recurſionem faciant, quod accidiſſe in quadam morboſa tempeſtate annotatum 2. in 1. Epid. legimus. Legitimis autem diebus facti abſceſſus optimi habentur, facilemque ſanationem ſubeunt, vt per ea, quæ Mulieri ſupra portas degenti acciderunt, conſtat. & vt omnia recolligamus, bonus & ſalutaris abſceſſus non acutis, ſed diuturnis continuis febribus accidit, non minor occurrit, quàm morbi exigat magnitudo; nec maior quàm partis ferat capacitas, non ad contrariam morbi ſedem decumbit, ſed recta via ad inferos articulos tendit, non recurrit, ſed inhærens abſque ſuppuratione ſe digerit.

102 Signa autem abſceſſionem prænuntiantia, & ipſa artificioſa conjectura ſumuntur. morbus enim in diuturnitatem cum aſſidua febre ductus opinionem abſceſſionis præbet, potiſſimum ſi vrinæ tenues cruditatem præſeferant. nam vrinarum conſpecta craſſities abſceſſionis occaſionem tollit. at hæc craſſities immeritò ac repentè in tenuitatem ducta, conſectariam vtiq; abſceſſionem habet. quod ſi inferæ partes doleant, aut iam indoluerint, laſſitudinoſaque ſit ipſa febris ſicca cum tuſſi, promptiùs expectandi erunt abſceſſus, ſi vera ſunt quæ ab Hipp. 41. Aph. & 7. in 6. Epid. ſcripta leguntur, firmiuſq; erit præſagium, ſi conſiſtens ætas cruditatibus exundet, anniq; tempus adhyberna declinet, ſpirentq; auſtri.

103 Cęterum quoniam abſceſſus & ſi priorem morbum tollant, plerumq; tormentoſi, & ſanatu difficiles ſunt, in quæſtionem cadit. nùm ſatiùs ſit præuiſos auertere, an expectare vt erumpant. videtur autem Hipp. hanc ſoluiſſe quæſtionem, dum 3. in 2. Epid. habet hæc verba. Abſceſſus igitur horum non fientes facere, fientes autem declinare: hos autem excipere ſi eant, quales oportet, qui verò non valde cooperari: eos autem auertere, qui omnino inutiles fuerint, præcipuè autem hos futuros: ſin minus, quum nuper inceperint. Monuit itaq; Hipp. conſiderandum nùm abſceſſus vtiles futuri ſint, necne: ſi vtiles habentur, & non fiunt, eos excitare oportet omni artificio, quod veritatem habet, dum morbus alia ratione ſolui nequit; fientes autem declinandi ſunt ad inferas partes, vt ſalubres euadant, & careant recurſionis metu. ſi itaque procedunt, vt morbo conuenit, tùm quò ad quantitatem, tum quò ad excipientem locum, nihil agendum, ſed opus totum relinquendum naturæ tunc agentis modo, & ordine recto. at ſi in his defecerit cooperandum, vt nimirum meatus pateſcant, per quos noxius humor decurrit, & ex in totus ſe proferat; & hoc eſt, quod erga vtiles abſceſſus faciendum monuit. Aſt ſi inutiles habentur, reuellendi ſunt priuſquam erumpant, vel ſaltem eo ipſo tempore quo, erumpunt. inutiles autem habentur, tum qui in acutis fiunt vtilibus potiùs ſe ſoluentibus eiectionibus, tum qui in ſupernis partibus prorumpere tentant. hi ergo priuſquam fiant reuellendi ſunt, iuxta Hipp. monitum 3. in 6. Epid. vt incongruus ſubinde humoris emendetur motus, abſcedatq; conuenientioribus in locis, ſeu vtilibus ſe depleat deiectionibus, licet inconcoctionem gerat. turget nãq; humor, dum debito nec ordine, nec modo procedit, pharmaco proinde, ſeu phlebotomia vtiliter turbatur, vel ad inferos artus euocatur, vt peccantis humoris ſe habuerint conditiones. Sed de vtilibus quoq; illud occurrit, quod de hæmorrhagia dictum, vt & hi tormentoſi futuri priuſ-

quam

quam fiant, ſi commodè auerti poſſint, auertantur, ſin verò eorum iam inſtauerit eruptio, retrahendi minime ſunt, ne grauiora fortaſſis mala accedant.

104 Sic ergo per hæc iudicationum genera pergunt morbi ad ſalutē, quorum dijudicationum author ipſa eſt natura, quæ dum vires ſuas iam labefactatas ab alimentis integrè concoctis recipit, ſegregat noxium, illudq; ad excluſionem parat debitis modis ac temporibus, vt ſuis competit circuitibus. quæ nam autem ſint, quæ morbis ſigillatim ſeu ad bonos, ſeu ad malos euentus occurrunt, poſteriori volumine erunt enarrata.

Digitized by Google

Digitized by Google

ARCANI OPER. NATVRÆ
MORBOS SIGILLATIM DECERNENTIS.
LIBER SECVNDVS.
Amplectens COACARVM Magni HIPPOCRATIS Enarrationes.

Digitized by Google

HIPPOCRATICÆ MEDICINÆ STVDIOSIS.

IActa ſuperiori volumine diuinatricis Medicinę fundamenta, & ſi in aliquibus Ęgrotantibus viſum; ſingulis tamen in morbis, an hęc haud exiguam molem firmiter fulciant; experiri in animo eſt. Eximium proinde magni Hippocratis opus COACARVM *enarrandum aſſumpſimus: quippe totum pręſagitionis negotium amplectens, vberrimam nobis ſegetem tribuit, vt iſtinc naturę adoleſcant arcana, non ſine medicinę fortitudine, & ęgrotantium ſalubritate. Prodit autem amicorum pronuba ſuaſſione prima hęc mei ingenij fętura; digna Ercle, vt adhuc in Gynęceo deliteſcens alienis ſaltem calamiſtris vſa, comptior in literatorum hominum conſpectum tandem veniret. Aſt horum maluit parere monitis, quam virginali nimio pudore his inciuiliter obluctari. Prodit inquam pannoſa, quia tenues ſunt parentis opes, nec ad vmbratilem pompam congeſtę: calyptra tamen ei non deeſt, qua obtutum vulgarium effugiat, ſolum illis ſe nuptui exhibens, quibus non deſunt apotimemata, vt eius non minus profectitiam, quàm aduentitiam dotem aſſumant: & ij, quibus Hippocraticus arridet Genius, ex ęquo, & bono ſtatuant, optamus, nùm Terrę parentis ſit hęc alumna, an ex Hippocratica familia deprompta: ſat enim ſi eius hi germanitatem decreuerint. Cęteri, vt lubent, Ariſtophanicum illud obganniant, Priſca hac, iouialia, & annis obſita: quippe nobile ſedet documentum, Fertilem eligendam eſſe librorum materiam, quę capiat ingenium, quę excitet, cui pro viribus incumbentes hęc, iuxta Epicuri dictum, non multis damus; hiſque ſi annuerint reliqua Hippocratica medicinę parata erunt dogmata non minus, quam iucunda, vtilia, & tuta. interim, ſi genus hoc noſtrę ſcriptionis mertetur, hiſce fauete conatibus: ſin minus, ſaltem pro Delo Calauriam date.*

LIB.

LIB. SEC. ARC. OP. NAT. COAC. MAG. HIPP. ENARR. AMPL.

SECTIO PRIMA.

De Rigore, Horrore, & Perfrigeratione in magnis febribus.

I

Qui à rigore perfrigerantur, caput, & collum dolentes, aphoni cum ſudaciuncula, poſtquam ſe recollegerint, moriuntur.

1 RIGENT ægri violenta, ac inſueta alieni humoris in ſanguinem ſpirituoſum transfuſione: perfrigerantur, quia impedita eſt vitalium ſpirituum ſyrrhoe, quod impedimentum, membris ſpiritalibus firmiter hærens, ſtabiles perfrigerationes edit. vbertas quin etiam pituitoſioris ſanguinis, dum in ſinuum fontem ſe colligit, partem circumiacentes grauat, & diſtendit, vt exin & capitis aduenian t cruciatus, & Aphoni reddantur ægri, dum illi ſunt intercepti ductus, qui ad vocis attinent inſtrumenta, vt deinceps palàm fiet. Soboles etiam huiuſce aggrauationis ſunt ſudaciunculæ, quæ in fronte, & propè ceruicem occurrentes; morbum illuc ſubeſſe arguunt. Peſſimo idcirco in ſtatu ſunt illi ægrotantes, qui à rigore perfrigerati capitis, & colli dolore affliguntur, ſuntq; cum ſudaciuncula voce capti. quippe à ſumma cuncta hæc proficiſcuntur cerebri, partiumq; ſpiritalium afflictione, quę ſiue illarum ſit propia partium, ſiue aliunde indempta, non poteſt non eſſe pernicioſa, tum ſuapte natura, tum quia inde nullum eſt ſperabile opus, quod à tot, tantiſq; malis ægrum vendicet. etenim corpori firma perfrigeratio rigore edita arguit ſic à ſuccorum craſſitie opprimi vitales ſpiritus, vt hi prorſus inabiles ſint redditi ad opus quodcumq; vtile exerendum. propterea licet ægri deinceps ſe recolligant; decedunt nihilominus, quia inſidioſa eſt illa leuatio, quæ præter rationem fit: nec bonum eſſe poteſt, quod nullo editur naturæ munere. ſe ergo recolligunt ægri mox intērituri, quia virtutes tunc deficientes aliò noxium procum-

bere ſinunt; non quidem ad vtilem excretionem, abſceſſionem; ſed ad doloſam leuationem, perinde ac accidit delirantibus priuſquam decedant plerumque resipiſcentibus. vtitur proinde Hipp. ad deſignandum hanc inſidioſam leuationem vocabulo ἐπαναγκάζοντες quod eſt transferre in aliud crimen, vt nimirum morbi hæc ocioſitas leuationem exhibens accedat, quia malum ſuſidet, & ad alias partes ſe transfert viribus, & ipſe iam deſtitutus, poſtquam naturam confecit. Sic enim hoſtes ſeſe proſternunt, victorque occumbit ante triumphum.

II.

Cum perfrigeratione dyſphoriæ, peſſima.

2 INquietantur ægri, moleſtè ferunt morbum, ſpernuntque ea, quibus antea oblectabantur, (hæc enim dyſphoriæ eſt effigies) dum ſpirituoſus ſanguis, viſceraque grauantur, propter quam oppreſſionem, quia ſpirituum promptus tardatur circuitus; corporum extima algent. cæterum quod opprimit, aut phlegmon eſt alicui viſceri inhærens: aut congeſtio ad loca ſpirituum ſuccorum prauitatem gerentium. dum viſcera ſub aliquo phlegmone laborant, refrigeſcunt quandoque extima, ſed cum ardoris viciſſitudine: nam emicat ſæpè ab æſtuante viſcere flamma, qua fugaci ardore corpus incenditur, quia protinus ſpiritus ſeu ad interna ſeſe recolligunt; ſeu diſſipati ſuapte diſperguntur tenuitate; quam cal oris ex frigoris viciſſitudinem obſeruauit Hipp. in Pario, & Puerpera laborantibus viſcerum phlegmone. Altera perfrigeratio cum dyſphoria collectione edita occurrit in Lypiricis febribus, quæ propterea non niſi choleræ aduentu deſiſtunt, vt inferius dicturus eſt Hipp. Peſſimæ ergo vtcumque ſunt dyſphoriæ cum perfrigeratione, quia aut ſummam, & aggrauantem ſubeſſe collectionem circa ſpirituum loca arguunt, firmamq. & ſtabilem perfrigerationem edunt: aut viſius aliquod phlegmone laborare dicendum, ſi cum perfrigeratione viciſſitudinaria adeſt emicantia caloris. & vt priora non tolluntur mala, niſi cholera acceſſu: ita hæc poſtrema, aut rapiunt quam celerrimè, aut tandem empyema pariunt.

III.

Perfrigeratio cum duritia pernicioſa.

3 DVra fiunt corpora aut vniuerſim, vt in congelatis, & veram patientibus catochen: aut particulatim in ... cute, quæ tenſa ſit, & dura. quod poſtremum ardentibus, ac maraſmodicis accidit febribus,

bus, in quibus torrido, ac cæco ardore ſic ſolidarum partium depaſcuntur latices, vt ſubinde cutis obrigeat, tendatur, dureſcat, ac deinceps algeat ad inſudoroſum promittendum interitum, vt in Dealcis vxore: inde illud catholicum. Quibus cutes, intentæ, aridæ, duræ ſine ſudore: quibus verò laxæ cum ſudore moriuntur, quod ſcriptum 5. Aph. 71. repetitum 6. in 6. Epid. legimus. Altera durities, qua cutis tenditur, & artus dureſcunt, fit appulſu atræ bilis ſanguinem congelantis, vt in primo typho accidere proditum ab Hipp. lib. de int. affect. vtraque durities perenni adiuncta algore pernicioſa eſt, quia in illa ardor febrilis ſuccos omnes abſumit, indeq; prius flacceſcit cutis, mox circumtenditur, ac tandem natiuo viduata calore firmiter ad internectionem alget: in altera verò conglobatur, areſcit, & inalget ſanguis ab atrabilario accedente ſucco nè dum in carnoſis partibus, ſed in intimis quoque venis quadantenus. quocirca & artus dureſcunt, quod malum eſſe 1 in 6. Epid. proditum; ſed extima quoque omnia perfrigerantur membra, quod eſſe pernicioſum facit bilis atræ copia, natiuum vndique calorem obruens.

IV.

Ex perfrigeratione timor, & triſtitia præter rationem in conuulſionem finit.

4 ACidus ſuccus, dum à ſuo tum inſtinctu, tum munere deficit, aut ſummè exitioſus eſt; aut ſaltem pertinaci opere offendit. quippe & diuturnæ inde quartanæ lethales dyſenteriæ, vertigines, aphoniæ, capitis aggrauationes, & alia conſimilia exurgunt mala, dum nempe corporum vaſa aprehendit: aſt ſi inruat in animorum ſedem, tunc miris modis mentem ſubuertit, ac in inſuetam, nulliſque editam rationibus meſtitudinem, & triſtitiam homines præcipitat, dum nempe frigiditate ſua, & pondere ſpiritus, & cor ſtringit, & aggrauat. quod ſymptoma, dum acutis perfrigeratis occurrit; conuulſionum vtique eſt prænuncium, tum ratione perfrigerationis, quæ in magnis morbis conuulſifica eſt; vt aliàs oſtendetur: tum conditione humoris in ſpirituoſum ſanguinem abſcedentis. hęc enim ſunt Hipp. 6. Aph. 56. In morbis, inquit, melancholicis ad hęc periculoſi decubitus, ſtuporem corporis, vel conuulſionem vel furorem, vel cęcitatem ſignificant. qua nam autem ratione atrus humor meſtitudinem pariat aliàs dictum. A perfrigeratione ergo, quam atrabilarius edit loca ſpirituum inuadens; expectandę ſunt conuulſiones, ni malum vtiles excretiones pręripiant. inſanientibus namque, ait Hipp. 5. Aph. 21. ſi varices, & hęmorrhoides ſuperueniant, inſanię fit ſolutio,

 euaſitq.

euaſitque tot conflictata malis moroſa illa Thaſia ſudore, & menſtruorum profluuio: ac in Herophonte morbi ſolutionem attulit ſudor, & abſceſſio in crutibus, quę commoda vix ſperari poſſunt, ac ne vix quidem, dum corpus firmiter alget.

V.

Ex perfrigeratione lotium intercipi, peſſimum.

5 INtercipitur lotium, dum ſeroſitates, vt exeant, à ſanguine non ſecernuntur, & hoc ad ſuppreſſionis differentiam, quę alijs fit de cauſis, vt ſuo loco. Num autem hoc ſecernentis virtutis vitium naſci à perfrigeratione valeat, decreuit iam Hipp. 2. de Diet. dum aìt, quod ſpiritus, cibus, & potus frigidiores, quam par eſt ſuſcepti, corporis ſuccos congelare poſſunt, aluoſque ſiſtere. pari ergo ratione frigore denſantur, & congelantur ichores diſcurrentes per venas, quod ipſum in ſecundo fieri cauſone teſtatum relinquit Hipp. 4. Acut. quippe liquata pituita per venas diſcurrens, vt obſtringit ſpiritus, & corpus ſubinde perfrigerat; ſic & ichores congelat, vt inde ſit lotium interceptum. quocirca huic Cauſoni attractorię conferunt ſorbitiones, quę calidę, & attenuantes ineptum in ſanguinem vitium emendant. quod enim calidum eſt, dicebat ipſe 2. de Diet. frigidum attrahit, & quod frigidum, calidum.

VI.

A rigore ignorantia malum, malum item obliuio.

6 IGnorantię, & obliuionis mala naſcuntur, dum impedita eſt prompta ſpirituum latio, vt per ea, quę ab Hipp. in lib. de Diet. dicuntur, palàm conſtat, qua de re pleniùs ſuo loco. impedimentum autem hoc gerit, vel nimius algor, vel humiditas craſſa calorem obruens, quæ rigoris quoque ſunt occaſiones, vt ex aliàs dictis conſtat. mala ergo eſt à rigore inuecta ignorantia, mala itidem obliuio. nam Androphanes ignorans poſt multas recidiuas deceſſit tandem. & vt meticuloſi momentò obliuioſi fiunt, ſic ijſdem, ſimilibuſuè de cauſis obliuioſi erant homines in quadam peſtilenti conſtitutione 3. in 3. Epid. deſcripta, dum inualeſcebant paroxiſmi. Apollonius quin etiam fuit toto morbi decurſu obliuioſus, fortaſſis à nimio lactis vſu. documentum inde ſumant noſtrates, quot malis ægri obnoxij reddantur copioſo potu aquę lactis, vel emulſionum è ſeminibus, dum ſunt ad has affectiones propenſi.

So-

VII.

Soporoſi rigores ſtatuta quadam lege pernicioſi, & flammeus in facie color cum ſudore in his malum. frigiditas in his poſticarum conuulſifica, vt in ſumma poſticarum frigiditas conuulſoria.

7 Vitium animę rigore inuectum malum eſſe ſuperiori dictato pronunciauit Hipp. Deuiare enim à propria conſuetudine pręſertim in acutis, nunquam in bonis reponitur. quod ipſum corporis affectiones rigore editę arguunt, ſi animi inſimul facultas nonnihil læſionis perſentiat, vt ſoporatis contingit. in iſtis enim nedum corpus, ſed & interior facultas, quia ſunt illa queati ſpiritus; torpet. nam illorum ſpirituum torpor eſt paſſio, qui tum cordis, tum cerebri obambulant vicinia, quocirca ſoporati immobiles iacent, tardam arteriarum exhibent pulſationem, nullumque eorum anima in tam longa dormitatione ſomnium ſpeculatur, quia nempe tunc colligati pauſat ſpiritus. propterea à rigore promptè naſcitur ſopor, quia noxius humor tunc ſpiritus obſtringit, & vt varius hic eſt, firmaque ſeu imbecilla eſt cordis virtus; ſic ſopor arctior ſeu ſolubilior euadit. Porrò ſtatuta quadam lege hi rigores accedunt, dum per inſultus paroxiſmorum recurrunt, criſimiſque adueniunt diebus, quod eſſe tum in continuis, tum in interpollatis febribus ſymptoma pernicioſum teſtantur Hipp. obſeruata 3. in 3. Epid. & alibi. quod ſi multitudo craſſorum tunc obruat, decedunt ægrotantes plerumque conuulſi, ni diſtractum pondus tandem promat ſuppurantes parotidas, ſeu hęmorrhagiam committat ancipitem in euentu. diſtractionum autem ſpem aliqualem flammeus in facie color promittit, ni inſimul ſudaciunculæ adeſſent, quæ à nimia vtique aggrauatione profectæ his periculum minantur, ne anſam conuulſionibus præbeant, quum & ipſi ſopores conuulſorij quid habeant, & poſticarum partium perfrigerationes in vniuerſum conuulſorię ſint, perinde ac ſunt reliquę paſſiones, quæ affligunt ſinus ad ceruicem ſpectantes, vt de tuberculi introrſum ruptione ſcriptum eſt ab Hipp. 5. Aph. 65.

VIII.

Ex dorſo horrores crebri, & fortiter tranſeuntes, moleſti. nam vrina doloroſam interceptionem ſignificant. inſuper exſudare peſſimum.

8 Orſi nerueæ, & ex carnes partes, vt ſunt excipiendis fluxionibus à capite per ſinus dilabentibus paratæ, ſic fortiter, ac cre-

briter horrent, dum firmam affectionem ſubeunt. hoc eſt, dum ſpinalis medulla in phlegmonem tranſit copia, & ęſtu ſanguinis ſuppuratum concipientis, qua de re Hipp. lib. de int. affect. verba fecit. inde enim arrefacta ſpinalis medulla contrahit neruos. ſe in vrinariam veſicam inſinuantes, vt deinceps doloroſè ſit lotium interceptum. Cæterum quum ſuapte natura remoratum lotium caput inuadat, & corporis vaſa ichore repleat, accidit, vt iſtinc ſudaciunculæ aduenia nt, quæ ſunt peſſima aggrauationum ſigna, & in hoc rerum ſtatu conuulſionum equidem prænuncia, ni protinus ſpinæ phlegmon deſiſtat, ac ſubinde lotium liberè decurrat.

IX.

Rigor cum continuitate corpore iam debili exiſtente, lethalis.

9 RIgere cum continuitate duplicem habet intellectum. vnus eſt, febrem non ſolui rigore, ſed quæ antea continua erat, à rigoardentium ſignum decretorium; eadem perſeueret: eritque rigor decretorium non decernens, & in virium infirmitate perniciosum, ſi originem à viſcerum phlegmone trahat, dum nempe in venis lumbalibus ſanioſi ſe inſinuant ichores inepti ad excluſionem. Alter intellectus eſt, eſſe cum continuitate rigores, quoniam diù perdurant, ægroſque continenter vexant, & hoc prauus, & rigorificus facit humor copia exundans, ac pertinaciter ſpiritus, & afficiens, & oppugnans: cæterum quum aſſiduus hic rigor ad lethalitatem oſtendendam aliud non exigat additamentum; (paulò enim poſt dicturus eſt, continui rigores in acutis praui) conſentaneum vtique continuitatem hanc referri in febrem à rigore aſſiduam perſeuerantes, vt illud nunc inſinuet, quod 4. Aph. 56. ſi rigor, inquit, incidat febre non deficiente ægroto iam debile, lethale. quod enim abſque criſi ſecernitur, dum vires languent; lethalitatem præſagit, vt & ipſa rigoris quaſſatio: ſecus ſi fiat iudicatoria ſecretio, dum infirma eſt virtus: nam tunc facilè reuiueſcit hæc, quia ſublatum eſt, quod incommodat, & offendit.

X.

Qui crebro exſudant, & inſuper rigent, pernicioſum. ſic enim tandem ſuppurationem habere comperiuntur, ventreſque perturbatos.

10 QVandoque ſic latenter ægrotantes viſcerum ab phlegmone patientes purulentiam concipiunt, vt ſe ipſos, & perito quoque me-

medicos fallant, meliuſq. ſe habere ex doloris vacuitate putantes, ruunt mox in præceps. Aſt occultum malum vnquam nobis dolum imponet, ſi præ oculis habeamus, quæ nunc ab Hipp. ſcripta leguntur. Rigoris namque, & ſudaciuncularum crebrę viciſſitudines certa ſunt harum ſuppurationum ſigna, dum nempe à ſuppurato viſcere ſanioſi exſudant ichores, qui ſeſe in loca ſpirituum inſinuantes, ſua aliena virtute offendunt, rigorem ſubinde, ſudaciculam pariunt. quæ ſymptomata, quum ſalutarem vllum promittant euentum, exitium vtique minantur, dum alui profuſionem faciunt, quę empyjs, ac tabeſcentibus necem molitur, vt plenius ſuo loco.

XI.

Rigores ex dorſo moleſtiores: qui vero decimaſeptima rigorem habuit, & vigeſimaquarta inſuperriguerit, difficile.

11 QVia à lumbis frequentius rigores, ſi à dorſo incæperint, non poſſunt non eſſe moleſtiores. deſignant quippe colligi circa illa vaſa putridum quid moleſtiæ, & quaſſationis author. nec à conſuetis circuitionibus deuiat difficultas, quam rigor decimaſeptima, & vigeſimaquarta inſuper accedens promouet, quia torridus ſanguis ſolidis adhærens quintanum facit circuitum, cuius decretoria decimaſeptima eſt. aſt ſi tunc temporis contingat, vt loco laudabilis ſolutionis moleſtus appareat rigor; vtique bilioſi ſe exerunt ichores, qui ardentem febrem efforment ſeptima die ſolutionem habituram. morbus idcirco ſe transfert ad vigeſimamquartam, facitque ad ſummam difficultatem, ſi tunc rigor inſuper accedat, quia atra ſe effert bilis, quæ nedum difficultatem, ſed & exitium promouet, vt ſuperiori volumine oſtenſum, ac in praxi ſæpè compertum.

XII.

Horrore affecti, caput dolentes, exudantes, malignum.

12 HOrridi erant, inquit Hipp. 1. in 1. Epid. tabeſcentes, motu ſcilicet ſanioſi humoris per dorſales venas: quibus horroribus, ſi capitis addantur cruciatus, & ſudaciunculæ; malignitas denunciatur. aggrauatum etenim cerebrum, vt diſſentione dolet, ſic & ſudaciunculas exprimit, ac per ſinus in ſubditas malitiam diſtribuit: verendum idcirco ne delirent, ſeu mortiferè conuellantur ægri. & hoc illud malignum eſt, quod priori ſe adiungens morbo profert alia ſymptomata, ni vitium prę reptum ſit vtilibus excretionibus. Lariſſæa namque virgo perpetuò horrens incolumis ſexta die euaſit mulieribus, & hæmorrhagia.

Hor-

XIII.

Horrore affecti, multum inſuper exſudantes, difficili malo tenentur.

13 SAnioſus humor venis ſpinæ inhærens author fit Tabis inconſpicuæ, lumborum dolore, & vacuitate partium capitis poſticarum percæptæ, vt lib. de loc. in hom. ſcriptum eſt. dum autem fluxio in poſteriora deſcendit, doloroſa in dorſo exurgit ſenſio, indeque horrore exceptæ prodeunt ſudaciunculæ; dum nimirum fluxio remorata illuc ſuppuratum concipit. cæterum dictio hæc, multum, aut repetitionem deſignat ſudoris, vt quia ſæpe inhorrent, pluries exſudent ægri: aut multitudinem ob eius continuitatem denotat, quamuis ſenſim, & non ex toto exeat ſudor. & hic poſtremus. verior eſt intellectus. nam de iſtis horridis, ac difficilimis febribus hæc ſunt Hipp. 1. in 1. Epid. ſudores, inquit in his ſemper, at non per totum. & hoc contumacia facit ſuccorum, à qua morbi ſanè difficultas.

XIV.

Rigores multi torporem inferentes, maligni.

14 QVam portendunt horrores ſeu malignitatem, ſeu difficultatem acceſſu aliorum ſymptomaton; eandem & rigores: malignitatem quidem ſi torpere faciant corpus: difficultatem, & acriſiam ſi ſexta die adueniant. rigores namque multi, hoc eſt continuati, & longius quam par eſt perdurantes ab inflammatis exurgunt viſceribus, dum ſuccreſcens bilis ſpirituoſo inhærens ſanguini perenniter infeſtat. cæterum dum ſic craſſeſcit hæc, vt ſpiritus obruat, & vaſa intercipiat; corpus torpere facit: nam torpor ſegnities eſt, ſeu totius corporis ad motum ignauia, dum ipſa motrix facultas haud integrè valet munus ſuum adimplere, quo nomine à ſtupore diſſidet torpor, exili tamen naturarum diſiunctione. quippe dum læditur ſenſatio labem quoque & ipſe motus experitus; quemadmodum etiam dum motus imbecillis eſt, obtorpet quadantenus ſenſio. Ad hanc autem imbecillitatem motrix deuenit facultas extinctione, aut oppreſſione. illa quidem lethalis, quia effectus eſt immoderatæ intemperiei: hæc verò oppreſſione edita tempore proſperæ ſeu in proſperæ valetudinis contingit. etenim ſi Auſter diù ſpirauerit, corpora alioquin ſana grauantur, ſegniterque in actiones aguntur, ſi fuliginoſum effluxurum per cæcos ductus interquieſcens ſpirituum circuitione tardet, prematque virtutes. quod ipſum faciunt tum vbertas ſuccorum,

tum

tum exercitamenta intermiſſa, vt eſt ab Hipp. 2. de Diet. proditum. Quæ autem valetudinarijs ſegnities occurrit, fit ab vbertate pituitæ, qua, vt ſcriptum eſt 2. de Morb. capita præmuntur: tum à vitioſis humoribus corporis inſignes venas inuadentibus, à quibus mentis quoq; aberrationes adueniunt, & rigores, de quibus nunc Hipp. maligni enim eo nomine dicuntur, quia humoris morbifici emanantis ab inflammato viſcere quadam cum perennitate, ac opprimentis corporum retrices virtutes deſignant prauitatem: propterea delirationum potius, quam vtilium excretionum ſunt prænuncij, ni deinceps vitioſitas hæc ad bonam frugem munere naturæ, aut medico artificio deueniat.

XV.

Quibus ſexta die rigores fiunt, difficile iuditij.

15 MOrbi difficultatem pariunt affectionum ſedes: humoris tum copia, tum facultas; demum fruſtanei naturæ nixus. ſolidarium namq; partium morbi, ait Hipp. lib. de Loc. in hom. ſtabiles ſunt, nec tam facilè cedunt, præſertim ſi in intimis deliteſcant. crudi quoq; & craſſi humores hæreſcentes eandem gerunt difficultatem: & quod indebito tum tempore, tum modo ſeſe agitat, partis primitus affectæ vitium adauget, illudue propagat, ſeu alio transfert. & hac ratione irriti naturæ conatus morbi difficultatem pariunt, aut demonſtrant. quia enim lege naturæ fiunt, non ſunt pernicioſi: ſed quia fruſtanei, difficilem fore morbum oſtendunt partis afflictæ conditione, ac pertinacia ſuccorum. eſt autem quandoq, in acutis conatus natuiæ rigor, dum ſcilicet coctionis præſignatus inditijs vnica vice accedens ſalutarem aliquam facit noxiorum excluſionem: ſalutaris enim ſi iſtas habeat conditiones euadit, ſecus ſin minus quacumq; pari ſeu impari die accedat. paribus namque diebus inualeſcentes morbi, paribus ſoluuntur, & qui diebus imparibus inualeſcunt, imparibus ſolutionem habent, vt aliàs oſtenſum. Sexta itaq; die factus rigor ſolutorius eſt, ſi dictas habeat conditiones: nam Lariſſæa virgo morbo detenta paribus diebus inualeſcente, integrè conualuit die ſexta critico tunc facto rigore. non ſic autem ſi morbus imparibus inualeſcat diebus: nam tunc naturæ conatus ſeu morbifici humoris impetus ſe exerentes die pari, morbi difficultatem promittunt. in Melide enim horror ſexta die factus, iudicationem diſtulit in vndecimam, huicque miſſet fortaſſis in præceps morbus, ni ſeptima exſudaſſet, quia exacerbationes acerant per dies. impares. in Virgine etiam Abderitana horror ſexta die factus iudicationem abſolutam diſtulit in vigeſimam ſeptimã.

Rigores

Digitized by Google

Rigores ergo plurali numero appoſuit Hipp. ad morbi deſignandam difficultatem, quoniam ſexta inter pares dies integrè diiudicat, conualuitq; tunc Lariſſęa Virgo, & Dromeadis vxor deceſſit. dum autem pluries ea die rigores accedunt, quia debitum non ſeruant ordinem; & prauitatem ſuccorum, & affectionis contumaciam deſignant, inde propterea nulla ſperanda eſt ſalutaris excretio, quum crudores adhuc vigeant. motus ergo hic vel ad interitum, vt in Dromeadis vxore: vel ad difficilem in acutis deſignandam ſolutionem, occurrit.

XVI.

Quibus fiunt horrores crebri ſanis exiſtentibus, ij ex ſanguinis fluxione ſuppurantur.

16 QVia & rarò, & latenter oboritur ſpinalis medullæ Tabes; ideo affectio hæc cognitu difficilis eſt. Hipp. tamen mira ſedulitate promit nunc certa huiuſce morbi fientis inditia, vt inde præſagium habeamus imminentis affectionis in homine proſpera alioquin vtente valetudine. ſunt autem hæc, horrores benè valentibus crebriter accedentes. nam ſuppuratum concipiunt ij ob ſanguinis fluxionem. iſtud autem fiat in benè valentibus appoſitè dixit, vt ij à crudoribus immunes, non aliũde horroris occaſionem habeant, quàm ab vbertate pituitoſioris ſanguinis à capite per ſinus defluentis in ſpinam. ſic enim dignoſcimus appulſu ſanguinis illuc hæreſcentis ſpinalem affligi medullam, vt iam inflammatam ſcimus, quando crebri apparent horrores fortiter à dorſo tranſeuntes, vrinæ doloroſam mox interceptionem adferentes. qua de re extat Hipp. narratio lib. de int. affect. & 2. de morb. ſic enim ægrotantes horrent, vt prolapſum ſe perſentire humoris per ſpinam, ac ſi formicæ perertarent dicant. ſunt ergo hæc diagnoſtica huiuſce orientis affectionis inditia, ideo poſita, vt opportuno auxilio obuiam imminẽtis tabis eamus, ne fluxio ſe obfirmet, & phlegmonem pariat, ſeu ſuppuratum concipiat.

XVII.

Inhorreſcentię cum difficili ſpiratione in laboribus, ſigna ſunt tabis.

17 COnfirmatam iam ſpinæ tabem notantia ſigna ſunt inhorreſcẽtiæ, & ſpirandi difficultates in laboribus occurrentes. Laboris autẽ nomen illam laſſitudinem deſignat, quæ ab vbertate ſuccorum profecta, ſuam vitioſitatem tandem profert, ait Hipp. 3. de Diet. in ſpiritalibus membris. quippe, vt ait ipſe lib. de int. affect. cauæ, hoc eſt, magnæ,

ſpina

ſpina adiacentes venæ nimio repletæ ſanguine diſtenduntur, laborioſumque ſubinde dolorem pariunt, ac ſuppuratum ſanguinem in thoracis capacitatem effundunt tandem: hinc effuſo pure bronchia opplera pulmonum, ſpiritaleſque intercepti ductus ſpirandi difficultatem exhibent, quia exiguum, & pallidum eſt, quod expuitur, irritumque tuſſiendi conatum & ſuffocationem parit: quocirca ægri & bilem aceruatim, & aſſumpta nonnunquam euomunt cibaria. Huiuſce vero eximiæ repletionis manifeſta inditia ſunt, tumiditas & nigrities membrorum: pallores, qui in partibus oculis ſubſtantibus viſuntur: venarum itidem quibuſdam in membris rubores: ſudoroſa denum, rigorifica, ſeu horridula febris, & alia, de quibus ſuo loco.

XVIII.

Ex pulmonis ſuppuratione dolores circa ventrem, & clauiculam, ſtertor quoque anxius, copiam puris in pulmonibus oſtendunt.

18 EMpyema non fit perpetuò à primigenea thoracis affectione, ſed nonnunquam contingit vitio ſuccorum accedentium liberam anacatharſim haud habentium, quod eſt ab Hipp. lib. de loc. in hom. expreſſum. collectus namque humor, dum ferbet ad corruptionem, fiſtulam oplet, tuſſim, ac ſubinde difficilem ſpirationem parit: dumque pectoris membranas tum pondere degrauat, tum acrimonia vellicat; acromij doloroſam ſenſationem inducit, torquetque ſic deinceps, ac inteſtina prorritat, vt inde alui pernicioſa adueniant profluuia. Porrò acuti ſunt ij cruciatus, quia tales fiunt ab acrimonia, & feruore, dum propter nimiam cordis æſtuationem pus ebullit, vt exin anxius appareat ſtertor. nam in ardentibus quoque à ſola æſtuatione ſublimis redditur ſpiratio, quæ in peripneumonicis deſignat magnam ſubeſſe inflammationem, ſuccorumuè contumaciam. quia ergo repleti ſunt pulmones copia puris; ideo anxius aduenit ſtertor, qui intra ſeptimam rapit, perinde ac accidit, dum recrementorum nimia vbertate pulmones grauantur, vt 2. de Morb. ſcriptum eſt, & inferius dicturus, quod ortopneam faciunt hydropiformia dura, qua de re abundè eo loci.

XIX.

Horrore affecti, anxij, dilaſſati, lumbos dolentes, aluos tandem humectas habent.

19 QVi erupturus eſt in ventrem purulentus humor, & dilaſſat, & horrere facit: anxiari quin etiam, ac circa lumbos dolores, frangiq.

frangique. ſic enim 9. in 3. Epid. obſeruatum, tabeſcentes ex ardente horridulos fuiſſe, anxios, ventreſque tandem habuiſſe turbatos. horrent enim tum natura ſaniei ſpirituoſum inficientis ſanguinem, tum neruoſarum partium affectionem ſubeuntium vellicatione. anxiantur non quidem nauſe abundè, ſed propter nimiam virtutum oppreſſionem, quia noxius humor præcipuas inuadit partes, quo venæ tumeſcentes vlceroſam laſſitudinem exhibent, quia non benigno, ſed ſanioſo ſunt repletæ ichore. tranſitus autem ſuccorum à viſceribus in ventrem infimum fit per lumbales venas, quæ illuc prægrandes, dum diſtenduntur; lumbales illas fractiones edunt, quæ ad aluinas deiectiones præuenire ſolent. ſic ergo ordo malorum ſe habet, dum noxius dimotus humor properat, vt ſeſe ab aluo exoneret. perinde enim ac dum à lumbis dolentibus accedit cardialgia, ſanguinis è naribus expectanda eſt effuſio: ita conſentaneum, vt ex horrore, anxietudine, dilaxatione, lumborumque dolore, aluorum prænunciemus ad futuram liqueſcentiam. aluos dixit, vt lotij quoque comprehendat fluorem: nam in tabida illa, ac peſtilenti conſtitutione copia profluxit haud laudabilium vrinarum. præſertim tamen de aluina deiectione verificatur dictatum hoc, quia ſi hæc fuerit recrementorum modum, & tempus ſeruantium, vtilitatem affert: ſin autem tempus promat, pernicioſa ſemper, vt aliàs oſtenſum.

XX.

Affectiones inſuper rigentes, & quæ ad noctem aliquanto magis exacerbantur cum vigilijs, ac delirio in ſomnis, quandoq; lotium inuoluntariè emittentes, in conuulſionem deſinunt.

20 TAlia in ea tritæ ophiarum febrium conſtitutione contigiſſe 1. in 2. Epid. narrant Hipp. in iſtis etenim febribus, ob bilis, & corruptæ pituitæ miſcellam periodicè, aut erroneo modo congeminantur inſultus, cæteraque nunc recenſita occurrunt mala, dummodo aluina turbatio humoris non detrahat aſcenſum. quippe permixtio hæc ſuccorum putredinem ſubeuntium facit, vt ratione pituitæ nocturnus, ac moleſtus ſit inſultus, ſed cum vigilijs, ac mentis ſubuerſione in ſomno propter conditionem ſuccorum exundantium acredinem præſeferentium, eſtque affectus hic Letargo haud abſimilis, in quo, dum retrices concidunt virtutes, inuoluntariè effluit lotium, occurruntque vitio ſanguinis factæ conuulſiones hac ipſa in ſomnis facta deliratione præſignatæ. habet enim quid conuulſorij ſopor mens autem ob temerationem ſpirituoſi ſanguinis aberrat.

Con-

XXI.

Continui rigores in acutis praui.

21 FVit in thaſo Dealcis vxor, quæ febre horrida, & acuta correpta perpetuò contegebatur, erat animi meſtitudine preſſa, tacitè idcirco delirabat, & eius cutis tenſa erat: quæ cuncta ſunt humoris atrabilarij corporis, & mentis ductus inuadentis germina. hinc illa perpetua contegendi neceſſitas, quam continui gerunt rigores: alias enim perfrigerati nec leue quidem perferrunt tegumentum. Cęterum in acutis praui hi continui rigores habentur, quia ab atrabilario naſcuntur ichore perenniter in venas irruente, adeo vt vno vix deficiente rigore, alter ſuperaccedat: quod ipſum crudores faciunt eodem ordine ſeſe in venas inſinuantes. vtcumque in acutis prauum, obijtque Dealcis vxor vigeſima-prima perpetuò rigeſcens, ac conuulſionibus preſſa.

XXII.

Ex rigore cum cephalalgia exolutiones pernicioſę cruentum in his lotium prauum.

22 EXolutiones eclyſis nomine ſignatæ repentinum motricum virtutum denotant lapſum: nam exolutiones ad vitales ſpiritus attinentes leipopſichiæ nomine inſigniuntur. hinc 7. Aph. 8. dictum, quod à tuberculi introrſum irruptione eclyſis, vomitio, & leipopſichia, quæ ſi ſi eundem haberent intellectum, non eſſent in eodem Laconiſmo ab Hipp. aſſumptæ. aſt eclyſis eſt, dum concidunt motrices virtutes: leipopſichia verò, dum vitales exanimantur. dictum propterea à prauo introrſum inruente pure virtutes prius animales exolui, deinde quoque & vitales. ſunt ergo pernicioſæ iſtæ exolutiones eclyſis nomine inſignitæ, dum rigore editæ adiunctam habent cephalalgiam, quia à nimia tunc cerebri naſcuntur oppreſſione, qua indoleſcit diſtentum caput, & motui dicatà inſtrumenta momento languent, quod crebriter factum repentinam mortem, ſincopen, aut fortem prædicit apoplexiam. emitti autem cruentum lotium in his prauum eſt, quoniam eiectio hæc non eſt naturę opus ad ſalutem ſecernentis, vt in Fabro, & Apemantho; ſed virtutis langueſcentis ſymptoma eſt, dum nempe cerebri ſinus nimio grauati pôdere exprimunt in vrinarios ductus ſanguinolentum. ſic enim, dum ob nimiam cerebri repletionem venæ, quæ in collo ſunt, pulſant, & tenduntur, hinc dyſenteriæ euentus contingit, vt inferius dicturus eſt Hipp.

Tunc

Tunc ergo, & nimia cerebri adeſt caliditas, & animalium virtutum lapſus, & impurioris ſanguinis vbertas ſeſe per inopportunum locum exerens: tutius enim ſeſe depleret hæmorrhagia, ſi conſtantia adeſſet virtutũ.

XXIII.

Rigor cum opiſthotono accidit.

23 SPinalis medulla neruis inſtar funes corpus totum vincientibus incoamentum prębens tormentoſum illud promit ſymptoma, quod in doloroſa totius corporis, aut quarundam partium tenſione conſiſtit. Laborat autem ipſa ſpina tum propia, aut conſecutiua affectione. hinc duplex tenſionis ſpecies apud Hipp. Tetanus, & opiſthotonus: de emproſthotono nullibi, quoniam licet corpora ſe pronuant, reuera tamen ſpina trahit ad poſteriora, vt in methodo morborum plenius oſtendetur. eſt ergo opiſthotonus neruoſarum partium in poſticis iacentium affectio qua hæ trahuntur, vt miſerabili cum cruciatu membrorum inde ſit vitiata figura. & hæc affectio ſi propia ſpinæ eſt, cauſas illuc habet hæreſcentes; ſin conſecutione fiat, aliundè hæ veniunt. magnæ etenim nauis Gubernator tracturam magni digiti opiſthotonicus euaſit: pariter ex digiti luxatione Harpali filius opiſthotonicus fit, vt & Damonis filius propter vlcus in malleollis imperitè ſanatum. tetanicæ autem paſſiones præſertim à propia ſpinæ naſcuntur afflictione, vt accidit, dum tubercula in collo enata intus rumpuntur. vtcumque rigor opiſthotonicis ſuperaccedens mortiferus eſt, quia ſpirandi commoditas à diſſentione ſublata, ſeſe impenſius coarctat obrigoris quaſſationem, nec ſperandum, vt ſalutaris euadat rigor, qui non eſt excretionum vrinarum prænuncius, ſed potius aduerſator. ſoluuntur autem febriles iſtæ diſſentiones exitu vrinarum geniture per quam ſimilium, vt ſuo loco oſtendetur.

XXIV.

Qui inhorruerunt, & ſudarunt indicatorio modo, & poſtridie preter rationem horruerunt, at poſt concoctionem vigilijs teneantur, his venturam arbitror hęmorragiam.

24 DVm viſcera æſtuant, & humores computreſcunt, ſudor ſolitarius emanans inſidam facit iudicationem: nequeunt enim humores iſti eam ſubire attenuationem, quæ faciat, vt vniuerſim ſudore excant ab interno euocati ardore. quotieſcumque ergo iudicatorio modo excreti ſudores, die nempe critica, & cum morbi alleuatione; horrori-

ſoribus deinceps excipiuntur, neceſſe eſt, alia opportunior occurrat excretio, quam vtique parit hæmorrhagia, dum ſigna adſunt coctionum, ſed vigiliæ infeſtant. etenim horror nullis externis de cauſis critico ſuperaccedens ſudori, arguit manſiſſe adhuc quid in corpus, quod recidiuationis ſit author. propterea horrent denuò, ſed ad ſalutem, quia poſt criticum ſudorem, hancque incolumitatem præſtabit ſudor, ſi poſt coctionem ſomni placidi & blandi eſſent: nunc quia vigilant ægri, loco ſudoris expectanda eſt hæmorrhagia. nam calidorum ſuccorum ſurſum reptantium ſoboles eſt vigilia, nec ſine ſanguinis vitio hæmorrhagiæ accedunt, vt aliàs oſtenſum.

XXV.

Quę cum rigore ſiſtuntur vrinę prauę, & conuulſorię, tum aliàs, tum ſi quis ſoporatus antea ſit. ſpes eſt, vt in his parotides fiant.

25 AD ſalutarem in acutis ſudoris excluſionem plerumque anteuenit rigor, cui anteſignana eſt vrinæ ſuppreſſio, vt inferius oſtendetur. à rigore autem lotium intercipi, prauum eſſe iam dictum. eſt enim lotium ſic interceptum conuulſionum author, tum aliàs, tum in ſopore. nam dum alienum quid, & prauum inſolitè, ac violenter in ſpirituoſum inruit ſanguinem, obrigent ſymptomaticè membra, ac dum prauum illud diutius hæret, conuulſionum, & delirationum ſit author, præſertim in iam ſoporatis. Si quæris exemplum, habes Mulierem in Cyzico, quæ horrida febre, & capitis doloroſa grauitate, lotijque detenta ſuppreſſione die decima. quarta conuelebatur, obijtque decimaſeptima. Sperandum autem inquit, vt in his parotides fiant: craſſus enim, & frigidus humor ſoporis author vrinæ acredine, & rigorifica citatus quaſſatione in excipientibus glandulis promptiſſimè abſcedit, illaſque tumefacit, ad ſalutem quidem ſi ſuppurent: ad interitum verò, ſeu ad difficilem, diſcriminoſamue iudicationem, ſin minus, vt plenius in propia hac de re tractatione.

XXVI.

Teitęophiarum incerti rigores, qui medio febris curſu exacerbantur valdè maligni. contra verò, quę conuulſis cum rigore, & febre exacerbantur, pernicioſum.

26 FEbres ad tertianæ naturam propius accedentes iſtis ſunt ab Hipp. 1. in 1. Epid. delineatæ notis. Continuæ autem febres, inquit, in ſumma quidem nihil intermittebant, ſed omnibus exacerbantur modo

ad tertianas propiùs accedentium, vno quidem die ſubleuantes, ac ſubmittentes, ſed altero ſuperexacerbaſcentes, omnium quæ tunc factæ ſunt violentiſſimæ, & ſummis cum laboribus. leuiter incipientes, & prorſus perpetuò increſcentes, & in diebus iudicatorijs exacerbantes, atque ad deterius agentes: parum remitentes, & rurſus citò ex remiſſione vehementius inuadentes, diebuſque iudicatorijs magna ex parte affligentes. rigores omnibus ſine ordine, & erratice fiebant, pauciſſimi autem, & minimi ij, verum in alijs febribus maiores. hactenus ipſe. continuæ ergo ſunt iſtæ febres, ſed tertianis non abſimiles, quia tertia quaque die vehementius affligunt, habentque, vt ſcriptum eſt 2. in 6. Epid. noctem, quæ acceſſionem præuenit, implacidiſſimam. differunt proinde continuitate ab exquiſita, & notha tertiana: à ſemitertiana abſcentia paroxiſmorum ſeſe in ſemitertiana ſtato ordine duplicantium: à Cauſonide demum incertis rigoribus, ac morbi idea. Porrò author harum febrium multiplex eſt humor meſenterij venas obfarciens, ac confuſè illuc æſtuãs: hinc febrilis continuitas, diuturnitas, ſolutionis difficultas, anxietudines, & inordinati rigores, qui cacoethes & ipſi habentur, quoniam non ſunt naturæ ſecernentis opera, ſed prauorum ſuccorum germina, ideoq. ſeu tormina inde occurrunt patientem interimentia: ſeu ſymptomaticus fit inſuperas excurſus, qui vt plurimum ſoporoſam delirationem adfert. hac ergo ratione maligni ſunt incerti rigores medio ſe exacerbaſcentes febrium tritæophiarum curſu, quoniam inde iam dicta, ſiue conuulſionum etiam imminent mala. Quod autem de conuulſis additur, hanc habet veritatem. incerti rigores medio ſe exacerbaſcentes febrium tritæophiarum curſu ſunt quidem cacoethes, ſed non protſus lethales, quoniam harum febrium inſequuntur naturis. aſt in conuulſis res contrario modo ſe habet: nam in iſtis, dum conuulſifica mala exacerbantur, acceduntque inordinati rigores, non ſola malignitas, ſed pernicies quoque adeſt. rigor enim cum opiſthotono occidit, & febris, quæ eadem, aut altera die conuulſionem nòn tollit, ægrum interficit. Exacerbationes ergo in tritæophijs medio febris curſu factæ cum incertis rigoribus, morbi malignitatem deſignant: ſed è contra exacerbationes iſtæ cum rigore, & febre in conuulſis factæ, perniciem adferunt.

XXVII.

Aphoniæ ex rigore tremore ſoluuntur, & inſuper rigentes tremores ſuccedentes iudicant.

27 APhonia diuerſum quid ab Anandia deſignat: Pythio enim anadon mox aphonus euaſit. Anadon quippe eſt, qui humanum dia-

dialectum proferre nequit, edit tamen gemitum, fletum, voceſque alias inarticulatas, de qua anandia inferius. Aphoni autem ſunt, qui omni vocis ſonitu deſtituti, inſtar apoplectici iacent, eſtque huiuſce paſſionis author, inquit Hipp. 4. Acut. venarum tenſio ſeu phlegmon, qua occupatæ, dum craſſa, quæ influunt, trahunt recrementa; intercipiuntur, vt exin ſpirituum interquieſcat circuitus, pereant propterea ſenſus, incandeſcat facies, conſtans ſit intuitus, ſtrideant dentes, pulſent, & contrahantur maxillæ, extima algeant, ſeque manus micatione ſepè promant. hinc factum, vt Sabinus diligens alioquin Hipp. enarrator apoplexiæ, & Aphoniæ mala confuderit, quia re vera affectus iſti diſſident ſolù n, quod aphoni liberè ſpirant, non itidem apoplectici. Ergo quia obmuteſcunt homines, dum ad vocis inſtrumenta attinentia vaſa ſunt ab atrabilario ſucco intercepta; inde eſt, quod ſi aliquid occurrat diſtrahens inutile pondus, ſoluitur obmuteſcentia, & hoc Hipp. verba ſonant, dum ait, quod obmuteſcentia rigore facta tremoris ſoluitur acceſſu. nam tremor conflictus eſt adhuc vigentis naturæ pondere tamen preſſæ, quo motu hæreſcentes diſtrahuntur ſucci, perinde ac accidit à febrili ſuperaccedente ardore, vt ſcriptum eſt 6. Aph. 51. Secus eſt de illa aphonia, quæ accedit, dum vires omnino languent: nam hæc perpetuò, ac prorſus mortifera eſt. Ergo quæ originem trahit ab oppreſſis virtutibus aphonia, ſoluitur tremore, ſed non ſtabiliter, dum à rigore fit: nam Pythiona iterum reddijt obmuteſcentia rigore facta, ac tremore ſoluta. addit propterea Hipp. & iterum rigentes, tremores ſuccedentes iudicant. quod eſt dicere, non vnica tremoris impulſione tollitur obmuteſcentia rigore facta, quum à craſſo pendeat ſucco, qui licet à rigore prima vice edito diſpergatur, denuò tamen eandem parit obmuteſcentiam, niſi ſuperrigeant, ac iterum tremant ægri. inferius propterea dicturus eſt, quod tremores conuulſorij fientes à ſudoribus reuerti ſolent, iudicatio fit, vbi ſuperriguerint. cæterum illud annotandum, quod aphoniæ morbo iam progreſſo ſuperaccedentes diuturniores, ſolutuque difficiliores ſunt, quam quæ ab initio adueniunt. nam hæc ſunt Hipp. 4. Acut. Quùm febrienti, inquit, decimaquarta die aphonia acceſſerit, non ita ſolutio contingere ſolet, nec liberatio à morbo fieri, ſed temporis diuturnitatem ſignificat. & hoc cōtumax atrabilarius parit humor ſuo nō ſolutus criſimo circuito.

XXVIII.

Qui à rigore cum cephalalgia exoluuntur, in periculo ſunt, cruenta in his vrinę, malę.

28 HAc de re ſuperius abundè. vnica autem exolutio rigore edita periculoſa, vt & vrina in his cruenta mala. quoties enim mo-

trix facultas languet ob nimiam oppreſſionem, ſi non perniciem; periculum ſaltem adfert, diuque perſeuerans, aut crebiter affligens inoppinanter quandoque interficit, vel ſaltem apoplecticum, paraplecticumue quid profert.

XXIX.

Quibus rigor vrinę ſuppreſſio.

29 NImis laconica ſententia, & vniuerſaliter prolata non omnino vera. etenim ſymptomatico rigori non antecedit, ſed quandoque lotij ſubſequitur interceptio: periodico verò non identidem. decretum ergo hoc de iudicatorio ſit rigore non omni, ſed de eo, quem ſalutaris excipit ſudor. clarius proinde *I.* in *6.* Epid. Ante rigorem, inquit, ſuppreſſiones vrinarum ſi ex commodis proceſſerint conſiderandæ,atque ſi venter percurrerit, & ſomni adfuerint. conſiderandus quoque febris modus, & quæ ex laboribus. quibus in verbis artificioſam habemus rationem decretorium prædicendi rigorem. excipit enim iudicatorium rigorem ſudor: ſudoris autem & vrinæ materialis eadem eſt cauſa. ergo non immerito contingit, vt dum lotium ſupprimitur, ſudor effluat. cæterum quum varijs de cauſis accidat lotium ſupprimi, vt rigoris inde aduentantis certum, ac infallibile ſit præſagium; conſiderandum in primis nùm profluat aluus. perinde enim vt vrinæ fluor deiectionem imminuit, ſic plurima deiectio lotium euocat. inſuper conſiderandum,nùm ſit priuſquam ſupprimatur lotium concoctum, adſintque cætera, quæ tutam & celerem iudicationem promittunt: ſi namque hæc perſeuerauerit, noſcimus propè eſſe iudicatorium rigorem, qui ſit tandem excipiendus à ſalubri ſudore. oportet inſuper. vt ſomni non turbulenti, ſed placidi ſint, quoniam ad æquabilitatē adacti ſunt ſucci, quando ſunt ſalubriter ſudore effluxuri. non ergo ſymptomatica tunc erit lotij ſuppreſſio, quia hæc ſolet quamplurima mala adferre, ſed ſalutaris, quia iſtis ichoribus ſucci diluuntur, vt ſe promptius per ambitum expandant. in examen poſtremò reuocanda eſt febrilis idea, & eius cauſa, nùm ſcilicet ardens ſit illa febris, & laſſitudinoſa, quoniam hæc ſalubriter ſudore deſiſtit; ſecus ſi vigeant craſſa, & quæ è ſuis conſueuerunt ſe deijci ductibus. ergo (vt omnia recolligamus) ardens febris, & laſſitudinoſa dans coctionis inditia, ſi lotium ſupprimat, corpus rigore iactabit, imbuetq. ſudore.

Con-

XXX.

Conuulſio in febre, manuum, ac pedũ labores, maligni. malignus eſt etiam doloroſus è femore impetus. ſed & ſurarum labores maligni, mentemque emouent, prę ſertim ſi enęorema in medio innatet.

30 ATrus humor aphoniæ author, edit quoque conuulſiones, dum pulſatiles venas opplet, & ſpirituoſum ſanguinem temerat. cacoehetes idcirco ſunt iſtæ conuulſiones, præſertim ſi ſint alijs aſſociatæ ſymptomatis. quæ enim ab exauſto fiunt, propinquam mortem deſignant. lethales itidem, quæ à pharmaci virulenta excitantur virtute; non ſic quæ à ſarcina veniunt ſuccorum opprimentium. obſeruatum enim 2. in 1. Epid. ſolos illos ægrotantes perniciosè fuiſſe preſſos, in quibus, & alia apparebant praua ſymptomata, Thaſiaque mulier crebris afflicta conuulſionibus euaſit, quia ſudores, & purgamenta tunc liberaliter profluxerunt. cacoethis tamen eſt illa conuulſio occurrens, dum manus, & pedes laborioſo affliguntur dolore: nam viſcera tunc incendio flagrant, ac quum partes iſtæ totam nequeant excipere noxioſitatem, recurſus inde expectandus delirationum author, vt Critoni, ac Temenis Nepti contigiſſe conſtat. dummodo inquam pericula vtiles aliæ non auertant excretiones, vt in Lariſſæa Virgine. Malignus quin etiam eſt doloroſus femoris progreſſus, quia refluens hic ſubſtulit quarta die Lariſſęum Caluum, laborioſèque diiudicauit Heropithum, & Herophontem. Genuum inſuper labores in febribus non ſunt boni, niſi cum intumeſcentia in diuturnis adueniant, ſeruentque reliquas conditiones bonis abſceſſibus opportunas, de quibus in ſuperiori volumine: aliàs aut laborioſi, ſolutuque difficiles, aut perniciosi, vt patet per ea, quæ contigerunt Decumbenti in Dealcis horto. Surarum demum labores & ipſi maligni ſunt, quia inde ſæuiſſima quandoq; inſurgunt delirationum, ſeu conuulſionum incommoda, ope nimirum muſculorum, & vaſorum ſeſe illuc complicantium, obijtque delirans Oxander femoris, ac genuum dolore vexatus. cæterum inde erit firmius delirationis ſumptum præſagium, ſi enæorema in medio lotij innatet, quia aſcenſum enęorema hoc deſignat ſuccorum animi ſedem inuadentium, ideoque obſeruatum inde perpetuò ſubſequi delirium, vt in Virgine Lariſſæa. ſed plenius hac de re in propia tractatione.

XXXI.

Ex hypochondriorum doloribus febres malignę ſi ſopor ceſſerit peſſimum.

31 NOn poſſum non ſummopere illorum damnare ingenium, qui dum commentatoris funguntur munere ſæpè aut à recto de-

uiant, aut titiculitias res captat omittentes, quæ ſunt excelſiora, eauè aut reijciunt ceu falſa, aut februant ceu irreptitia, quod à Gal. de hac hippocratica ſententia factum, perinde ac diſſonet cum altera eiuſdem Hipp. 6. Aph. 40. deſcripta. habet enim ibi, quod febres dolenti hypochondrio ſuperaccedentes, dolorem ſoluunt. aſt ſi Gal. vim obſeruaſſet verborum, enarratoris potius, quam cenſoris officio functus fuiſſet. nam hic vocabulo vtitur algimatos, in Aphoriſmis ponos habet. qui autem ſummis etiam labijs deguſtarunt Hipp. ſcripta, vtiq. non neſciunt, quod ponos ſeu labor ſenſio eſt triſtis à nimia edita repletione. algos vero ſeu æſtus intenſiſſimum deſignat dolorem, quem parit ſeu phlegmon, ſeu cõgeſtio ſuccorum ardorem præſeferentium, & odines affectus eſt doloroſus, doloriſuè cauſa. hinc 7. Aph. 52. ſcriptum, quibus iecur circumdolet, ijs febris ſuperaccedens dolorem ſoluit: quod accipiendum de ſtabili dolore iocinoris, cuius cauſa ſint flatus. Dolores igitur præcordiorum, qui ſine phlegmone à craſſo naſcuntur humore, ſeu à flatibus diſtendentibus; ſoluuntur acceſſu febrilis ardoris. non ſic quorum cauſa eſt phlegmon, ſeu congeſtio ſuccorum æſtuantium: nam febres inde occurrentes maligne vtique ſunt, ratione tum ſymptomaton ſuperaccedentium, tum ſignorum prauæ cruditatis ſeſe promentium. & hæc febrilis eſt cacoethia; ſeu malignitas, quæ non conſtituit diſparatam febris formam, ſed eſt additamentum omnibus quidem morbis ſuperaccedens ad eorum oſtendendam magnitudinem, periculum quidem minantem; ſed ſalutis ſpem non adimentem. cacoethes ergo dicuntur febres in doloroſa præcordiorum afflictione, quoniam contumax tunc adeſt malum, à quo ſymptomata naſcuntur, quæ periculoſa, non tamen ſuapte natura lethalia, ni aliud quid prauum ei ſe adiungat. vt oſtendat propterea, qua nam ratione cacoethes iſtæ febres tandem peſſimæ fiant, alterum adiunxit ſymptoma ſopor, quod ſi fuerit à diſſipatione virtutum prognatum, citam necem adfert: dum autem oppreſſionis eſt ſoboles, conuulſionem plerumque accerſit: peſſimus idcirco eſt ſopor in febribus cum præcordiorum æſtuante dolore.

XXXII.

Qui ſine intermiſſione crebro exſudant cum hypochondrij tenſione, plerumq; malignè ſe habent. & dolores ad acromium, & clauiculam ſe obſirmantes in his praui ſunt.

32 Non minorem gerunt malignitatem præcordiorum tenſiones, quam faciant eorundem dolores, præſertim ſi praua addantur ſym-

ſymptomata, ſicq; prauæ iſtæ redduntur tenſiones, dum hæ firmo dolore fatigant tum acromium, tum clauiculam. Sciendum autem præcordia diſtendi, & eleuari ab inflatione, phlegmone, aut ſyrrho. inflationis duplex eſt effectus: nam vna ſtrepitum, altera parit tormina, & hæc ſiue nupera à bilioſo ichore educto è iocinore æſtuante: ſiue inueterata ab intemperie hectica tenuium inteſtinorum ſiccum præſignante hydropē; doloroſa eſt, & altrinſecus repit. quæ verò cum ſtrepitu perpetuò recēs eſt, & momentanea, quia à flatibus, ſucciſuè fit deorſum vergentibus, ideoq; tollitur exitu non doloroſo fęcum, lotij, aut flatuum. Phlegmon quin etiam præcordiorum tenſionis author vnum fugax, alterum ſtabile, & pertinax. illud quidem facit ſanguis, noxiuſuè humor ſurſum, aut deorſum per viſcera contendens ad ſalutarem plerumq; abſceſſionem excretionemuè edendam, vt in Herophonte. quod autem ſtabile eſt, doloroſè, ac duriter præcordia eleuat, & diſtendit, acciditq; hoc propio, aut alieno vitio. alienum eſt, dum Lien, aut iecur vero tenentur phlegmone, propter quod dolent, & tenduntur præcordia. propium eſt, dum in cauitatibus præcordiorum calidi, & glutinoſi ſeſe colligunt ſucci, qui partes illas & inflammant, & in pus vertunt. conſultò ſyrrhoſam præterea tenſionem, quia hæc ob nimiam accidit ſuccorum vetuſtatem, & quæ naſcitur tenſio à diaphragmatis phlegmone, non eleuationem, ſed præcordiorum retractionem facit. Illud demum 4. Epid. proditum ab Hipp. quod tenſio facta à flatibus, ſeu à fugaci phlegmone non valde maligna eſt, quia, vt ait ipſe 6. in 2. Epid. flatus manuum compreſſione deorſum pelluntur, & biliosa recrementa collecta ſubducuntur ſero lactis, vel craſſa ad vrinarios ductus impelluntur alio intrincto: vel demùm, vt 6. Aph. 39. ſcriptum, ope febrilis ſuperaccedentis ardoris cuncta hęc diſtrahuntur. in torminoſa verò præcordiorum diſſentione, ait ipſe 4. Epid. plerumq; occurrunt phrenetides. Sed quæ contingit à duro, & tormentoſo viſceris phlegmone, prorſus eſt cacoethis, tum ratione ſymptomaton ſuperaccedentium, tum od difficultatem ſanationis, & de hac hypocondrij tenſione nunc eſt Hipp. ſermo. Malignè etenim ſe habent, qui febricitant continenter, crebroq; exſudant cum hypocondrij tenſione. nam collectus humor, dum viſcera opprimit; ſuppuratum quoque concipit, ſi nimirum adſit, tum febrilis continuitas, tum crebra ſudaciūcularum expreſſio. expectanda quippe inde mentis ſubuerſio, ni malum præripiat, & auertat opportuna hæmorrhagia, quæ minime tuta, & ſalutaris eſt, dum clauicula, & acromium ſtabiliter dolent: nam damnoſæ ſunt, aut ſaltem nullius vtilitatis in pleuriticis ſanguinis è naribus eruptiones. dolent autem acromium, & clauicula à præcordiorum tenſione,

quia eximia eſt horum inflammatio, qua ſeu pectoris ardent latera, ſeu pondere degrauatum diaphragma trahit adnatas tunicas.

XXXIII.

Triteophiæ febres cum anxietudine, malignę.

33 ESt illud febrium tritæophiarum propium, vt habeant noctem inſultus præuenientem irrequietam, & implacidam: nam multiplices tunc quaſſantur humores, qui deinceps febrem pariunt. Sed de hac anxietudine non eſt hic ſermo. eſt & alia turbatio toto plerumque febris decurſu perſeuerans ad eius deſignandam cacoethiam, quia eſt additamentum tam graue, vt febri ſuum tribuat nomen, aſſodeeſque tales ab Hipp. 4. Acut. dicuntur; quia, inquietitudinoſæ cùm ſint, & implacidæ; faciunt, vt ægri nec loco ſtare, nec ſe continere queant, quoniam moleſtum quid adeſt, quod viſceribus hærens ardore æſtuat, ac inordinata ſeſe agitat motione: & hoc febribus triteophijs per quam facilè occurrit, vt ex iam dictis conſtat. Spectatur autem harum anxietudinum malignitas ratione tum ſignorum ſeſe exerentium prauæ cruditatis: tum ſymptomaton ſoporis, ſeu delirationis ſuper accedentium, de quibus iam, & plenius in propio tractatu.

XXXIV.

Anandię in febre, malę.

34 ANandia ſermonis eſt priuatio, non itidem gemitus, aliarumuè indiſtinctarum vocum, ad Aphonię differentiam, quę, vt dictum eſt, carentia eſt omnimoda vocum. cauſa huiuſce affectionis eſt loquendi impotentia, quam vel animalitas oppreſſio, vel eiuſdem parit defectus. hęc in paulo poſt morituris apparet: illa verò in illis, qui ſideratam, tumidamuè habent linguam: vel certè ſermonis dicata vaſa habent quadantenus interceptam à viſcido, & melancholico ſucco. hac enim poſtrema de cauſa temulenti ſunt anades, pręſigiaque tales interceptiones prębent affectionis melancholicę, & mentis non firmæ, vt 7. Aph. 20. & 1. Porrhet. ſcriptum eſt. mala ergo in febre eſt ſermonis hęc euolutio, at non prorſus lethalis, quoniam, vt leui naſcitur de cauſa, ſic promptà tollitur opportuno auxilio, dum nempe non ab extinctione, ſed ab oppreſſione fit.

XXXV.

Laſſati, caligantes, vigilantes, comatoſi, exſudantes, recaleſcentes, malum.

35 LAſſati exardeſcentes ſunt, qui laſſitudinoſa febre tenentur, cuius ſunt cauſæ ſuccorum tum exundantia, tum defectus. naſcitur redundantia, dum copioſiora ſunt, quæ cibatione aſſumuntur, quam quę exercitamentis abſumuntur. nam caro tunc ſucco repleta, ſi aliqua ex occaſione æſtuauerit, multum liquaminum demittit, (indeque nocturni effluentis ſudoris vbertas) quorum reſidua ſolita deſtituta circuitione, corporibus moleſta euadunt, dum nempe ſui excalfacta mora, totum celeriter inuadunt, triſtemque laſſitudinis ſenſationem excitant, febremq; nonnunquam acutiſſimam edunt, tertia plerunque miteſcentem die ſudore vbertim excluſo. dum nempe ſuccus laſſitudinis author benignus eſt, & cutis pateſcunt ſpiracula. Aſt ſi crudores in corpus exundauerint, vel nullus effluit ſudor, vel nullum inde ægri leuamen experiuntur. Deficiunt ſucci, dum plus eſt, quod detrahunt exercitamenta, quam quod apponunt ingeſta cibaria. tunc enim carnes laborum nimietate exauſtæ incaleſcunt, dolent, & horrent, febricitant ſubinde homines ardenter, ni ſit malum hoc debitis cautionibus præreptum. quam autem ſit diſtinctio hæc opportuna, nemo eſt, qui non videat. quoniam igitur duæ ſunt laſſitudinum cauſæ; duæ quoque erunt laſſitudinoſæ febres, quarum altera fit à nimia vaſorum, carniumque diſſentione & plenitudine: altera ab eorumdem naſcitur inanitate, primam, vt ad noſtram facit enarrationem proſequamur. Laſſitudinoſa itaque febris ab vbertate ſuccorum edita, tum ab externo occurrit irritamento, tum à ſpontanea commotione. quippe inſolita exercitamenta, dum liquant copioſam carnium humiditatem, febrem inducunt: ſpontaneæ commotiones laſſitudinem faciunt, dum collectam vbertatem ſeu crudoris, ſeu benignioris ſanguinis, ſeu pituitæ, ſeu cruoris excalfacti mouent, & exagitant. vlceroſa enim laſſitudo non ſine præuio irritamento occurrit, quia non à copia, ſed ab acredine naſcitur ſuccorum: ſpontaneę vero laſſitudines omnes habent pro cauſa eorundem ſuccorum vbertatem. materialis ergo laſſitudinoſarum febrium cauſa eſt dictorum ſuccorum plenitudo, qui quoniam varij, & multiplices ſunt; diuerſas indicationes experiuntur, variaque diſcrimina edunt. Laſſitudinoſæ etenim febres factæ à præſentia crudoris, coctione ſoluuntur; quandoque verò abſceſſus comittunt, dum illaborata materia calore liquata ad inferos artus tandem abſcedit: rarò ad ſupe-

ros

tos ſalubriter ob humoris ponderoſitatem motum hunc reſpuentis. Quæ à pituita laſſitudinoſæ febres naſcuntur, multiplicem ſolutionem habent. nam ſi hæc ſua copia cerebri ſinus repleat, quandoque ſub mento ab aure ad aurem abſcedit: quandoque ſolùm parotidas facit: quandoque vero tumidos reddit inferos articulos, ni ductus lotij referet, vt abſceſſionis occaſionem auertat, quemadmodum in familiare Archigenis quarta die contigiſſe proditum. fit autem poſtremum hoc, dum vegetæ ſunt retrices corporum virtutes, lotij ductus pateſcunt, eſtq; humor craſſus mixtione calidorum attenuatus, & ſemicoctus. tunc enim diiudicant vrinæ copioſæ, craſſę, & albæ: nam copioſę ſunt ab humoris vbertate, albæ à pituitę colore, craſſę à mixtione crudoris, & materiæ concoctæ. abſonum proinde eſt, quod à Gal. dictum, tale emingi lotium, dum in laſſitudinoſis febribus craſſus exundat, frigidus, & incoctus humor. nam iſtud lotium quarta die prodit: at crudores frigidi, & craſſi nequeunt tam citò ad coctionem parari, quum ſuapte natura ſint diuturnalium febrium effectores. in iſtis quin etiam febribus ſiccæ illæ occurrunt tuſſes, quæ inſitientes homines reddunt, fauces leniter prorritant, ac tandem abſceſſus ad articulos committunt. Cæterum quę à liqueſcentia ſuccorum vtilium ſiunt laſſitudinoſæ febres, tertia die copioſo iudicantur ſudore. quod enim erat in vnum coactum ardore diſijcit, redditque ad naturalem ſtatum ſanguis, & laſſitudo deſiſtit, quia, quod erat è carnoſis partibus liquatum ſudore exit, vt eſt ab Hipp. 2. de Diet. proditum. Poſtremæ laſſitudinoſæ febres copia, & æſtu ſanguinis factæ ſudore pluries erumpente, cumulataue diiudicantur hæmorrhagia, vt patet Metonis exemplo. Hæc de laſſitudinoſa febre facta à ſuccorum exundantia. Altera, quam parit depletio; fit, dum carnes inſolito labore ſiccatæ, & incaleſcentes bilioſos trahunt ichores, qui oſſiariam excitant laſſitudinem, & primum cauſi genus efformant, de quo in ſequentibus. quæ enim mala nunc laſſitudinibus ſunt adiuncta, ſuccorum inſequuntur exundantiam. nam pituitoſus corruptus humor, dum vtramque bilem admixtam habet ſua copia viſcera agrauat, muſculorum inania flatibus replet, vlceroſam, aut tenſiuam laſſitudinem parit, vt & oculorum caligines, capitiſque aggrauationes, perinde vt ab Auſtro contingit ſpirante. hinc & vigilant, & viciſſim ſoporantur ægri, vt incertum ſit, nùm vigilia, an ſopore teneantur. nam dum palpebris conniuent, obloquuntur, & nugas garriunt, vt letargicis ſæpè contingit. oppreſsionum ergo ſunt hæc inditia, non mirum propterea ſi inde ſudaiunculę exeant, quæ nouo exceptæ ardore, viſcera inſuper conflagrare arguunt: quæ cuncta mala ſunt in febribus laſsitudinoſis ſymptomata, ſed non prorſum lethalia, quum

morbi

morbi inſequantur naturam, nec renuant auxilia arte etiam comparata.

XXXVI.

Laſſati cum ſudore, ſi exudarunt criticè, recalefacto in morbo acuto, malum, tum aliàs, tum ſi circa hęc ſanguis è naribus ſtillarit.

36 Laborioſa illa febris, quę hominibus accidit laboris nimietate, abſtinentiauè ciborum, ac potuum reſiccatam carnem habentibus, horrida, inquit Hipp. 2. & 3. de Diet. eſt, & primum cauſi genus efformat. nam æſtuantes, & reſiccatę venę acres fugunt ichores, qui inhorreſcentiam, triſtemque corporis ſenſationem edunt; quæ mala deſiſtunt, ſi primis diebus liberaliter profluat hęmorrhagia, aut prorumpat ſudor die iudicatoria coctionis pręſignata indicijs cum omnimoda febris extinctione. nam cuncta hęc opportuna, ſi quid horum defuerit, perit excretionum integritas. malus propterea eſt ille ſudor, qui criticè factus, febrem prorſus non eliminat, ſed ęger in acuto morbo deinceps recaleſcit: quippe naturę eſt irritus conatus acriſiam edens ad ſanationis difficultatem. nam contumacia tunc, & varietas adeſt ſuccorum diſparatam coctionem requirentium, quod ad malitiam, & difficultatem facit, potiſſimum ſi ſtillationes accedant, quę in exacerbationibus alioquin criticis non lethalitatem, ſed malitiam prędicunt, quia ardorem ſanguinis, & venarum contentionem deſignant.

XXXVII.

Icterici multum colorati, moriuntur: alba egeſtio his ſecedit.

37 ET in laſsitudinoſis febribus ſępè occurrunt icteri, qui ſalutares ſi ſunt ab ipſa dominante natura editi: mali, dum à ſolo bilis orgaſmo nullo naturę interueniente munere fiunt, ad extremamq. malitiam deueniunt, ſi ipſa debaccans bilis ferina eſt, quod à colore dignoſcitur membra imbuente. quippe pallent extimâ cum eximio virore, ſtimulanturq. bilis acrimonia nedum quę forinſecus, ſed & quę intus ſunt. viſcera namq. æſtu lancinata ſugunt recrementa, pondereq. ſubinde preſſa anguntur, homineſq. exin immorigerati redditi, vtilia adſtantiũ officia ſpernunt, & abominantur. ſed nec ſtragula perferrunt, nec ſe erigi ſinunt, quoniam cutis, muſculoſq. carnes mordacitate affliguntur ſuccorum. lethalis propterea eſt, inquit Hipp. 3. de morb. & alibi hic affectus, intra acutorum ſpacium interimens, ni opportuna auxilia ocyus ſuccurrant, de quibus plenius ſuo loco.

Tri-

XXXVIII.

Tritæophię febres erraticę in pares dies mutatę, difficiles ſunt.

38 QVoniam in cenſu febrium tertianarum ſunt tritęophię, diebus idcirco imparibus exacerbantur, & diebus quoque imparibus ſoluuntur: nam ſic opus diiudicationum procedit, vt ſuperiori volumine oſtenſum. Ergo dum febres tritęophiæ ad dies ſe transferunt pares, oportet difficilem habeant ſolutionem, ni denuò ſuum reaſſumant ordinem. Porrò hanc dierum ſubeunt mutationem, vel quia acceſsio diei imparis lentè progreſſa, altera die grauius affligit: vel quia die alleuiationis, hoc eſt pari iterum inualeſcit, remittit in altera impari, & ſic deinceps, quę vera eſt dierum mutatio. vterque tamen tranſitus iam dictam promittit difficultatem: nam criſes occurrunt, dum vigent inſultus: aſt ſi fuerint exacerbationes extra ſuum debitum ordinem, criſes quoque inordinatę erunt, quod ad ſanationis difficultatem, ſi non ad perniciem facit. nobile idcirco eſt illud Celſi documentum, circumſpecti eſſe hominis & nouare interdum, & augere morbum, & febres accendere, vt nimirum curationem, vbi id quod eſt non recipit, recipere fortaſsis poſſit id, quod futurum eſt.

XXXIX.

In diebus iudicatorijs anxietudines, ſi in his ſine ſudore perfrigerentur, malum. & omnes qui ſine ſudore perfrigerantur citra iudicationem, malum. qui etiam inſuperriguerunt ex his, vbi vomuerunt meraca faſtidioſi, & tremuli in febre, malum. quemadmodum etiam aphonia à rigore.

39 ET hoc febrium tritęophiarum proprium diebus nempe iudicatorijs impendiò exacerbari, ſolutioniſque vice anxietudines habere cum extimarum inalgeſcentia. quod contumax præſtat humor naturę operibus obluctans, ac firmiter ventriculi adherens tunicis, vel ſeſe per muſculorum inania diſpergens. ſunt autem mala hęc morbi germina iudicatorijs præcipuè ſe exerentia diebus cum in ſudoroſa perfrigeratione, non quidem à febris demiſione, ſed à caloris retractione profecta, quia cum anxietudine, vt in Lypiriis, in quibus dum copia ſua, & acrimonia noxij turgent humores, ſupprcmum ſe exonerat ventriculum plerumque cum tremore, & rigore, ſi meracum eſt, quod ab intimis in-

ven-

ventriculum tendit. quę quidem mala ſeriatim plerumque accidunt magnis febribus, quoniam motu humorum ſuperas petentium, ægri nauſeabundè anxiantur, meraca vomunt, & extimis perfrigeſcunt: obrigent mox ob diffuſionem eorundem ſuccorum per ſanguineos ductus, ac tandem interceptis his obmuteſcunt, ſi atra bilis cæteris viſcoſior exundauerint, alijs à natura non eiecta vtilibus excretionibus.

XL.

A crebris rigoribus cum paruis ſudoribus perfrigerari, malum.

40 PAruis cum ſudaciunculis crebriter obrigent ægri, dum aut in intimis collectus ſanguis ſuppurat, aut in vaſis crudores perenniter ſeſe inſinuant. vtrumq. malum, quoniam nec iudicatorius eſt rigor crebriter factus, nec ſolutorius eſt ſudor non ſemel nec copioſè prorumpens. ergo nec ſolutoria inde orta perfrigeratio, quia vel caloris ad intima ſeu inflammata ſeu oppreſſa retractionem, vel morbifici humoris ſurſum tepantis translationem deſignat.

XLI.

Exſudantes, vigilantes, crebro exardeſcentes, malum.

41 TOrridus ardor viſceribus adhærens craſſorum obrutus copia extima membra inflammat cum viciſſitudinaria perfrigeratione plerumque ad interitum, vt in Pario, & Puerpera: dum nempe in prauam ſuppurationem phlegmones tendunt. nam accidit quandoque, vt ſolùm congeſtio premat calidorũ ſuccorum ſpiritales partes, potiſſimum aprehendentium, vt exin & exſudent, & vigilent ægri cum viciſſitudinaria inardeſcentia, dum ſpiritus ſeſe à premente ſarcina expediunt, ac ſiue id propio, ſeu aliunde indempto vitio naſcatur, facilè contingit, vt mens deinceps vacillet, ni ſalubriter profluat hæmorrhagia, vel aliæ vtiles ſeu eiectiones, ſeu abſceſſiones accedant.

XLII.

Exſudantes in febre, malignum.

42 AC. ſi dicat, in vniuerſum illud ſit compertum, quod ſudaciunculę quocumque tempore, & quocumque in morbo apparent, malignitatem deſignant, quia natiuum calorem aut opprimi, aut exolui arguunt propterea ſi non pernicioſæ, & mortiferæ, cacoethes ſaltem. cæterum, quæ à natiuo iam deficiente calore prodeunt ſudaciunculæ ſua-

naptè ſponte exeuntes, frigidæ ſunt: quas vero exprimit oppreſſio; caſidæ occurrunt, ni aqueus exundet crudor, vt in quartanis, & aliis diuturnioribus febribus. faciunt ergo hæ ad morbi deſignandam contumaciam, & vt prauæ cruditatis ſigna, cacoethes exiſtunt, quia inde ea imminent mala, quæ ſuccorum ſunt opprimentium propia.

XLIII.

Quibus biliosa eſt alui egeſtio, his circa pectus morſus, & amaritudo, malum.

43 AMbigunt viri doctiſſimi, quid Hipp. pectoris nomine, autumantque tandem figuratam hanc eſſe locutionem, ac ſupremum ſignificari ventriculi os, cuius morſus ſit cardialgia. coniectura certè longè petita, & ab Hippocratico laconiſmo prorſus ſemota. nam 2. Acut. inediæ mala recenſens ab ea, inquit, cardialgici homines fiunt, quod accidit illis, qui supernè ſunt picrocoli. Credimus nos pectoris nomine intelligere partem thoracis anteriorem: nam 3. Aph. 23. pectoris dolores à laterum cruciatus delegit, & inferius in pectoris, inquit, dolore febriculoſo aluus turbata cum morſu ſigna ſunt nigrarum egeſtionum. apparet exin nedum à frigore, vt hyberno accidit tempore, ſed etiam à febrili calore pectoris fieri morſus ſic dictus, quia triſtis eſt ſenſio ſolo bilis amarore edita, ſine hoc quod ſit pleuritis. nec exiſtimandum amaritudinem huic dolori adiunctam triſtem eſſe, ac moleſtum oris ſaporem, quum 2. Acut. hanc ſignificaturus amaritudinem non figuratam vſus eſt locutionem, ſed palàm dixit, os amareſcit. vocabulum ergo hoc ſolitariè ſumptum animi deſignat amaritudinem manſuetudini planè aduerſariam, qua detenti facilè in iram labuntur, diù hanc retinent, nec vllis mitigantur ſuaſionibus. quod ægrotantibus accidit à feruida, & quadantenus exuſta bile in ſpirituoſum ſanguinem delata. nam ingens aſſatio ſæuitiam: feruor excandeſcentiam: modica torrefactio iracundiam facit. cor enim, & pulmones, ait Hipp. 5. in 6. Epid. dum ſeſe retrahunt, in caput calida euomunt: hinc pallent iracundi prius, mox rubent, illa chrymantur, & ſpumam quandoque emittunt. mala ergo ſunt hæc ſymptomata, præſertim dum infera aluus biliosa deponit, quia dum hæc impendiò turgent, horum non nihil ab aluo per mammarias venas in pectus obrepit, & aliud quid in animorum ſedem transfundit, quare verendum, ne tandem firma deliratio, ſeu alia pectoris propia conſurgat afflictio, ni alui egeſtio vtilior facta hæc auertat pericula.

In

XLIV.

In febribus inflata aluus, flatus non erumpere, malum.

44 SIccum cholera, ait Hipp. 4. Acut. nihil excernit humidorum, ſed ſtrepitum edens, lumboſque, & latera diuexans, aluus in flata exhibet, cuius affectionis author contumax eſt viſcerum naturalium morbus, quem facit æſtus, & varietas craſſorum ſuccorum. hinc flatus quāplurimi diſtendentes abdominis capacitatē ſiccū mox hydropen procreaturi, quod eſt in imminens febribus malum, dūm aluus in flata, ipſos non excludit flatus. Huic affectioni non abſimilis eſt ructuoſus morbus, de quo Hipp. 2. de morb. qui in iuuenibus tempore decedit, commoritur in ſenibus. in illis quoque aluus in flata tumeſcit, in quibus ob caloris internectionem mors in propinquo eſt, vt obſeruatum legimus in Puero Nicolai, & Filio Theodori.

XLV.

Laſſati, ſingultientes, obſtupeſcentes malum.

45 EXuberantes flatus in abdominis capacitate detenti, nec vllum habentes exitum ſiccum ſeu hydropem, ſeu choleram efformant: aſt ſi ardoris vi muſculorum repleant inania, pulmonumque corpora apprehendant, membrorum, mentiſque inducunt obſtupeſcentiam, quæ mala ſunt in febribus ſymptomata vbertatem humoris atrabilarij deſignantia, quæque conuulſionem, aut paraplegiam tandem accerſunt. Flatuoſus etenim humor ardoris vi in muſculorum intruſus inania prius tenſiuam laſſitudinem parit, deinde perfrigeratus, carnem ſtupefacit, corpus demum in conuulſionem, ſeu ſiderationem adigit. nec eſt, vt de ſingultu hæſites, ſi eius cauſam ſtatuas eſſe crudorem ſpiritibus, humoribuſque pulmonum coniunctiſſimis perfrigeratione inuehentem, vt in Problematibus voluit Ariſt. cuius poſitionis veritas, per ea quæ ab Hipp. de ſingultu proferuntur, propio eluceſcet tractatu. Cæterum hic laſſitudini, & obſtupeſcentiæ appoſitus ſingultus, nec à viſcerum oboritur phlegmone, nec eſt ſingultuoſa illa febris de qua Hipp. lib. de morb. ſed eſt natus à flatibus, qui ſeſe colligunt intra tunicas mediaſtini, & pulmonum, nam & ſuapte frigiditate, ac aliena virtute vitales opprimunt, & perfrigerant ſpiritus, indeq. in inconſuetum modum diaphragma agitur, quod eſt ſingultire. & hæc eſt altera illa ſingultuoſa febris, de qua Hipp. 4. Acut. mentionem facit, cuius auxilium eſt oxymel medicatum ſucco ſylphij, & tamici puluere, cui etiam ſternutamenta conueniunt, ſummè vtique damnoſa in altera ſingultuoſa febre, vt latius ſuo loco.

SECTIO SECVNDA.

De ſymptomatis magnarum febrium mentem potiſſimum inuadentibus.

I.

Præter conſuetudinem quid facere, veluti eſt proponere ſibi, & expectare aliquid non conſuetum, aut contrarium prauum, & amentiæ proximum.

46 SIGNA futuri delirij in corporeis inſtrumentis ſeſe manifeſtantia quamplurima ſunt. nam quod mens vitium contrahit, ſeu in in meatibus eſt, per quos diſcurrit, ſeu in ſpiritibus, qui ſuorum operum ſunt adminiſtratores, ſeu demùn in locis in quibus allabitur, vt opus ſuum integrè exerat. inde factum, vt nedum inconſuetæ, & inordinatæ locutiones ſint delirij ſigna; verum etiam doloris ſine ratione vacuitas: indecorus, ac inſuetus membrorum poſitus, conſimiliauè alia, quæ ſunt quoque iam factæ delirationis ſigna. cæterum mentis mox mox in delirium præcipitaturæ inditia præſertim à deprauatis viſis ſumuntur, numerò adiunctam ſpiritibus labem promentia, quam faciat ſolidum corpus. Aſt ſpiritibus inuecta hæc labes mentem prius emouet, deinde adigit in delirium. nam dictum ab Hipp. quod in Adoleſcentulo degente in mendacium foro mens fuit prius mota, tertia die poſtmodum hæc delirauit. cartides quoque mente aberrauit. quia alloquebatur, & excipiebat homines confidentium, ac benignius quam pro tempore, hoc eſt, quam conueniret ægrotantis oppreſſio malis. & hæc eſt amentia, de qua nunc Hipp. quæ vtique illis eſt adfutura, in quibus imaginatrix facultas quid in conſuetum profert, vt eſt non ſperandorum excitata ſpes, ſperandorum deſperatio, aliaque huius ordinis vitium facultatibus principibus inuectum deſignantia, quod eſſe in febribus prauum, & amentiæ proximum ex aliàs dictis conſtat.

II.

Quæ prauis cum ſignis leuantur, & quę cum bonis non remittunt, ſunt difficilia.

47 VEritatem habet dictatum hoc de ſignis tum criſimis, tum coctionum, & cruditatum. decretoria enim non decernentia difficultatem

tatem ſanationis, & recidiuationum metum promittunt, etiamſi irritam, ac infidam quandam leuationem faciant. nec minus ſuſpecta eſt leuatio, quæ criſim non habuit, dum coctionum ſigna ſe offerunt, quoniam difficiles inde oboriuntur affectus, vt in peripneumonia periculoſi decubitus. decretum igitur ſit omnibus in morbis, quod nulla ſalutaris, & ſtabilis eſt leuatio, quæ conuenienter, & pro morbi ratione non fit, quod accidit ob crudoris præſentiam: nam in morbis ea eſt coctionis vis, vt cætera his compenſentur mala, difficileſque, at non lethales ſunt affectiones quæ licet pernicioſa proferant ſymptomata; ægri nihilominus aliquod experiuntur leuamen, quia natura adhuc vegeta coctionum quid exhibet. eſtque diſpar hæc morbi leuatio ab ea, quæ in Prorrhet. pernicioſa, & mortifera vocatur. nam vocabulum ῥᾳστωνήσαντα quod quies denotat & ocium, morbo refertur, dum nempe is ab ea, quam agebat inuaſione, feriatur, quia & natura viribus eſt deſtituta, noxiuſque humor aliò delatus inter quieſcit, quod eſt pernicioſarum, ac difficilium paſſionum inditium. cum autem nunc Hipp. adducit leuationem, quæ a vegeta fit natura multis oppreſſa ſymptomatis: difficilis idcirco oportet euadat pugna longum tempus duratura. eſt ergo leuatio hæc non morbi, ſed naturæ propia, quia morbi non alleuiantur, ſed miteſcunt coctione, cui tamen non eſt fidendum, niſi quæ exeunt, verè ſint cocta; ab eo ſecreta humore, qui morbum commiſerat, profluatque inde talia indeſinenter ad morbi integram ſolutionem. prauis ergo cum ſignis quandoque æger aleuiatur, dum virtus valida eſt: cum bonis autem non miteſcit morbus, 2 dum nempe multus, contumax, ſeu inæqualis eſt offendens humor, quæ cuncta difficilem fore morbum peræquè deſignant, ſed non ad exitum, quoniam vel cum ſignis prauis naturæ adeſt robur: vel ſuccorum contumacia bonis eſt compenſata inditijs.

III.

Qui exudant maximè capite in acutis cum anxietudine, malum tum aliàs, tum ſi vrinæ ſint nigræ, & turbidus ſpiritus in his, malum.

48 NOn ſunt ſudaciunculæ in bonis vnquam reponendæ, quoniam perpetuò ſeu oppreſſionem. ſeu exolutionem virtutum deſignant. factæ autem circa caput, morbum illuc ſubeſſe arguunt proinde in acutis factæ ab oppreſſione malæ ſunt, præſertim ſi vrinæ nigræ appareant, turbiduſque ſit ſpiritus. de vrina nigra ſiue tenuis, ſiue craſſa inferius propia de vrinis tractatione. turbidorum autem ſpirituum nomine,

vel confuſa in lotio nubecula, vel caliginoſa, & turbida ſignata eſt ſpiratio. vtrumque in acutis malum: nam confuſa vrina diu ſeruata non clareſcens, certum eſt dolentis capitis, conuulſionis, ſeu mortis inditium, vt ex hiſtorijs Polyphanti, Famulæ Eualcidis, & Vxoris Dromeadis conſtat. in iſtis enim turbatum lotium conuulſiones ad futuras à capite præſignauit. ſpiratio quin etiam ęgrorum turbida, & caliginoſa cohibitione fit vaporoſæ ſubſtantiæ, perinde ac accidit ab Auſtro diu ſpirante, quo corpora, & grauantur, & caligine offunduntur. cæterum quanquam Hipp. (quicquid dicat Gal.) de caliginoſa ſpiratione lib. de Humor. apertam faciat mentionem, ſatius nihilominus eſt, vt caliginoſus ſpiritus de quo nunc Hipp. lotio ſe adaptet, quoniam huiuſce turbationis author ſuccus eſt melancholicus nigroris quoque effector, vt ſuo loco plenius, ſicque omnia hic recenſita vnius atrabilarij humoris erunt ſymptomata: verendum idcirco, ne inde capitis oboriantur mala, & ipſa mens melancholico modo aberret.

IV.

Extremarum partium in vtrumque cita mutatio, & ſitis huiuſmodi, prauum.

49 Extremæ partes dicuntur tum manus & pedes, tum aures & nares, in quibus omnibus ſigna eluſcent, quæ affectus non minus animorum, quam corporum demonſtrant. propterea harum cita in vtrumque mutatio praua eſt, quoniam ea tunc affliguntur membra, in quibus cæterorum ſedet retrix facultas. mutantur autem hæc in vtrumque dum algent, mox æſtuant: rubent, mox pallent, liuent, nigricantuè. quippe in his contentus ſanguis tenuis ſuapte conditione in contrarium facilè faceſſit, quæ mutationes ſi crebriter toti corpori occurrant in morbis alioquin ſalutaribus diuturnitatem, in vehementibus perniciem promittunt. viſcera enim præſertim naturalia hoc ipſum pręſtant, dum firmiter calent ob pręſentiam craſſioris ſanguinis, affliguntur ſubinde vitales ſpiritus ſola fugaci conſenſione. illud ipſum de reciprocante ſiti dicendum, quæ talis plerumque eſt, dum viſcera naturalia phlegmone ſub aliquo laborant, eſtq. viciſſitudinaria hæc ſitis delirij prænuncia.

V.

Ex moderato temeraria reſponſio, mala.

50 Mentis inſtat ſubuerſio, dum mores à germana deuiant conſuetudine: nam expectare, & proponere ſibi aliquid non conſuetum

ſuetum

ſuetum, proximum eſt amentiæ, quod ipſum accidit ijs, quorum ingeniti mores in contrarium faceſſunt, ob eam ſcilicet mutationem, quam ſubeunt adminiculantes ſpiritus: eſtque morum hæc mutatio (quæ cernitur præſertim, dum ab humili, & manſueto homine temeraria exeunt reſponſa) phrenitidi proxima, & in acutis, magniſque affectionibus diligenter obſeruanda. nam morigerati homines proteruè reſpondentes, licet reſipiſcant mox, niſi natura periculum auertat liberali aliqua excretione; phrenitici euadunt. edit autem natura per quàm facile excretionem aliquam propter acceſſum caloris, quo ardet frigidior tẽperies moderationis effetrix; propterea non lethalis mutatio hæc, vt eſt illa, qua ob caloris internectionem temerarij homines placidi, & morigerati euadũt.

VI.

Vox acuta hypochondria ijs intro trahuntur.

51 PRæcipua vocis inſtrumenta ſunt ſpiritales partes, in quibus alliſus aer illos edit ſonitus, quibus etiam intra ſe, abſque linguæ, oriſuè motione cogitando loquitur anima. peculiare equidem iſtud hominibus donum eſt, quoniam peculiariter in iſtis quoque diaphragma pericardio annectitur, & mediaſtini corpus multis eſt interſectum tunicis, vt in ſuperiori quoque volumine oſtenſum. Vox ergo ſonus eſt aeris colliſi, quam colliſionem prius thoracis, mox gutturis, oriſque reddunt partes. cæterum quemadmodum graues, & acuti ſonus fiunt, vt res ſonoræ magis quam de humore, de ſiccitate participant: item vt inſtrumenta ſonantia anguſti, ſeu lati ſunt oris: (anguſtæ enim, & ſiccæ res acutum humidæ, & latæ grauem edunt ſonum) ita voces acutæ fiunt, ſeu graues dictis de cauſis. Ad acutam ergo in morbis præter conſuetudinem vocem edendam neceſſe eſt, vt thoracis areſcant intima, ſitque anguſtiata eius ſuppremа capacitas. Areſcunt intima thoracis & à febrili maraſmodico ardore, & à ſiccatum pleuritide tum peripneumonia, ab ipſo quoque diaphragmatis ardore, quem vel primigeneè, vel ob conſenſionem habet. Arctantur ſuppremę thoracis partes vel à propia affectione, dum ſicca, latentique aprehenduntur Angina: vel à pondere partium inferarum deorſum trahentium, ac ſubinde anguſtiantium ſupprema. Cæterum quacumque ſit de cauſa vox acuta reddita perpetuò intro præcordia trahuntur. nam dum vox acuta eſt ob ſiccitatem, tunc indureſcunt nedum pleura, & mediaſtinum; ſed inſuper ſeptum inareſcit, ac ſubinde ſui verſus medium ſeſe retrahit, ac ſi conuellatur, perindeque ac ſi violenter inſpiraſſet ſurſum trahit præcordia, ſtringitque thoracis ſupprema. in

habentibus propterea vocem acutam præcordia intro trahuntur: nullus nempe aſpectabilis tumor in præcordio apparet, quia inanis, & ſubmollis eſt hæc contentio (ſic enim verbum illud εἰρυαται exponitur) vt in Sileno laborante ſepti inflammatione. vt igitur moderati hominis proterua reſponſio imminentis delirij, ita vocis hęc acuties in magnis morbis iam factæ, aut inſtantis phrenitidis eſt ſignum: illius inquam phrenitidis, cuius cauſa eſt ſepti inflammatio, de qua ſuo loco.

VII.

Qui ex perfrigeratione ſudant, & cito recaleſcunt, malum.

52 SVdant ſalubriter in febribus ęgrotantes à calore, in periodicis quidem cum febris demiſſione, in criticis verò mutationibus cum integra ſalute. erit igitur præter conſuetum ſalubritatis ordinem ſudare à perfrigeratione, mox protinus incaleſcere: nam iſtud facit aut crudor exiles quoque obſidens venas: aut natiui caloris oppreſſio, quam ſuccorum gerat grauitas. vtrumque malum: nam oppreſſio periculum: crudor diuturnitatem adfert. attamen, qui crudoris vbertate algent, non tam promptè caleſcunt, vt faciunt, qui ſunt à prauitate oppreſſi, pręſertim ſi inalgeſcentia hęc ſit ab interna viſcerum inflammatione profecta. nam emicat tunc flamma, quæ fugaciter calent extima, vt de repentina in vtrumque mutatione iam dictum.

VIII.

Qui in acutis exſudant cum anxietudine, malum.

53 NOn ſolùm malè in acutis ſe habent, quorum caput cum anxietudine exſudat; ſed in vniuersùm malè ſe habent, qui exiguum quacumque ex parte cum anxietudine ſudorem promunt. quippe aut extinctio tunc, aut caloris adeſt oppreſſio, quæ poſtrema eſt ſudaciuncularum in acutis anxioſis cauſa, vt ſuperius enarratum.

IX.

Qui præter rationem vaſorum inanitionis impotentes fiunt, malum.

54 NOn minus impotentes ad munia obeunda vitalium, quam motricum facultatum vitio homines redduntur. compertum autem apud Hipp. lethaliter in acutis ſe habere, qui vitalibus deſtituti ſpiritibus languent: non itidem quibus motorij, aut ſenſitiui deficiunt ſpiritus.

tus. naſcitur ergo Adinamia hæc à languore motricum virtutum, dum hę humorum ſarcina, aut morbi premuntur acumine. ac licet periculum immineat, ne tandem omnes concidant virtutes, adhuc tamen nectarei ſpiritus ſupereſt fons, quo & motrices virtutes refici, & ab humorum ſarcina exoneratum iri corpus ſperandum. huic veritati aſſenſor eſt Gal. nihil intereſſe exiſtimans inter adinamiam, & eclyſim, eſt autem eclyſis animalium virtutum lapſus, ergo, & adinamia, quæ à nulla edita vaſorum depletione, vtique ab oppreſſione dictorum naſcitur ſpirituum, quia nempe ſic inſtrumenta laborant, vt ſuum adimplere nequeant munus. nam vt eclyſis immediatum eſt ſpirituum vitium; ſic Adinamia præſertim offendit motioni dicata inſtrumenta, quæ dum opprimuntur, inde quoque opprimuntur, & ſpiritus.

X.

In febribus tractus veluti à vomitu in ſcreationem deſinens, malum.

55 TRactus veluti à vomitu eſt, quando violenter ore diducto, ac adaperto inſpiramus, & eſt motus hic parum à ſingultu diuerſus, cuius author craſſius eſt, & viſcidus humor copia, & acredine prorritans, ſed hærens. huiuſce autem humoris ſedem definire anceps: nam fit à ventriculi ſubuerſione nauſeabunda prorritatio ſine vomitu, quę motum ſimilem edit: aſt qui ſic affliguntur ab Hipp. anxioſi vocantur ſine vomitu. dictum autem ſuperius fieri à diaphragmatis paſſione ſingultus: dictum quoque nunc eſt, quod tractus hic parum à ſingultu differt, ergo haud abſonum erit diaphragmati hanc adſcribere affectionem, dum nempe craſſi humores calore euocati illucq; hæreſcentes neruęas partes vellicant, tractum hunc ſubinde edunt exceptum mox ſimplici ſcreatu. quod quidem ſymptoma, ſi frequenter occurrat cum mentis aberratione; eſt imminentis, aut iam factæ ab atrabilario ſucco phrenetidis ſignum, vt in Prorrhet. & lib. de affect. ſcriptum eſt. malus ergo tractus hic ratione partis affectæ phreneticam paſſionem facilè ſubeuntis, ſi frequēs ſit ſcreatio, doleantque nonnihil præcordia. Quod ſi velis nauſeabundam hanc eſſe prorritationem, non inficias ibimus, cùm eadem ſit vtrorumque curatio propter illam connexionem, quam habet ventriculi os cum ipſo diapghragmate.

XI.

Torpor in vtrumque translabens, malum.

56 STat peræquè ſtuporis, ac torporis natura in abolita ſeu imminuta tactus ſenſatione animi, ſeu corporis, aut vtorumque vitio genita, diſparibus tamen vocibus ſignificata. nam mente ſtupent homines, qui propter alienam temperationem ineptè diiudicant, vt accidit his, qui voluptatis cauſa diù balneo indulgent. quod ipſum parentum faciunt ſemina, dum vitalis eorum calor obruitur madoris affluentia. ſtupent quin etiam hominum corpora ex accidenti aut vniuerſim, aut particulatim. partis quidem vitium paraplegia eſt, ſi ſtabile eſt: ſin extemporaneum, Anaiſthiſis eſt, quam experiuntur, qui ob aliquam compreſſionem egerrimè deinceps mouent compreſſam partem cum ſtupiditate quadam, idque in iſchiadico, & nephritico dolore contingit, cum comprimuntur vaſa ſpiritus ad artus deferentia. Totius corporis ſtupiditas vlla abſque mentis læſione, corporis eſt Apoplexia: aſt ſi mens quoque laboret, & id à capitis plaga contingat Ecpliſis eſt: ab atrabilario vero ſucco vocalia vaſa intercipiente Aphonia eſt: ab acri in cerebro turbato humore fortis Apoplexia: à flatuum vbertate leuis ex Apoplexia. Demùm vitium quod attinet ſolùm ad ſenſum hebeſcentem tactionis verè dicitur ſtupor, indeque narcotica ſunt ea auxilia, quæ vim habent ſoluendi dolorem. quum ergo diſpariliter corpus, & anima; membrum aliquod, & totum corpus obtorpeant; erit mutatio torporis in vtrumque, dum ſenſuum torpor mox repit in mentem, vel translabitur àb vno in aliud membrum, quod quam facilè præſtat atrabilarius ſuccus, ſi non ſtabiliter hæreat, ſed quia flatuoſus huc atque illuc diſcurrat. proinde eſt in febribus ſymptoma malum, quia iam dictæ imminent affectiones. monuit idcirco 6. in 6. Epid. conſiderandum, qui nam ſint hi torpores, & quibus veniant de cauſis: num ſcilicet firmi, ſeu extemporanei, fiantque ab exolutione, oppreſſione, venarum interceptione, aut compreſſione: ſit demum eorum author calidus, ſeu frigidus humor, aut vapor. ad rectam enim ineundam curationem hæc faciunt.

XII.

Stillæ perexigua, malæ.

57 SAlubris eſt hæmorrhagia, quæ eam ſeruat quantitatem, quæ morbo, & viribus eſt par, & eſt effluens ſanguis debito modo conſtitutus,

tutus, dum propio eſt dilutus ſero, quia tunc prompte effluit miteſcentiã gerens: meracus autem quàm effluxerit copioſè, tàm firmam monſtrabit perniciem. cæterum paruæ cruoris ſtillæ vndique malæ ſunt: nam ſi ſtillet is dilutus, oſtendit aut virtutum adeſſe languorem, aut ſanguinis defficientiam, aut huius ad intima tractionem, ſed rarenter hoc accidit: ſtillat enim plerumque meracus, quia ardor tunc reſerat oſcula, ſed venarum contentio plenitudinem detinet. hæc ſunt, quæ ab Hipp. 4. Acut. deſcripta ſtillationum modum, & euentum enarrant. In acutis, inquit, quæ æſtate, & autumno fit ſanguinis ſtillatio contentionem, & magnam inflammationem circa venas ſignificat. item quod poſtera die vrina tenuis apparebit. & ſi æger ætate floruerit, & corpore exercitato, & benè carnoſo ſit, aut melancholicus, aut ex potu manus tremulæ fuerint, benè eſt prædicere delirium, aut conuulſionem: & ſi paribus diebus ſuperueniant quidem melius; in iudicationibus verò pernicioſum, niſi multus ſatis effuſus ſanguis viam redundantiæ fuerit, vel per nares, vel per ſedem, vel per obſceſſum, vel commutationes, vel ad præcordiorum dolores, vel in teſtes, aut in crura. ſunt quidem cedro digna verba hæc ſuperiori volumine ſatis ſuperque explanata.

XIII.

Malum omnino in acutis ſitis præter rationem ſoluta.

58 TAm diù ſitis quandoque ægrotantes ſolicitat, vt malint potius ſe aquis ſubmergi, quàm diutius, tàm ſæuam ariditatem perferre, quod non ſemel peſtilitatis tempore contigiſſe proditum: inde propterea ſalutis, aut mortis non leuia ſumuntur ſigna. nam immoderata ſitis in vtrumque ocyus translabens, ac præter rationem ſoluta, mala eſt, dum æſtuat adhuc in intimis ardor: quippe duorum tunc alterum interuenit, vel morticinium nempe facultatum, vt in paulo poſt morituris: vel mentis ſubuerſio, vt phreniticis contigiſſe 3. in 3. Epid. narrat Hipp. Sic Adoleſcens in Melibæa non ſiticuloſus obijt phreniticus. obiere pariter Eraſinus, Hermocrates, & Eurinactidis filia parum, aut nihil ſitientes, ſed delirantes. aſt qui in Dealcis horto decumbebat pluries ſiticuloſus, & delirans, dum aliqua inſtabat criſis non ſitiebat data occaſione, conualuit propterea.

XIV.

Ad manum exilientes, malum.

59 Πρὸς χεῖρα pertinent ad eum, qui manum imponit, vt ægrum erigat, vel vt ventris, præcordiorum, arteriarumue exploret

ſtatum. ſic 6. Epid. ſunt febres, inquit, ad manum mordaces, aliæ mites, &c. & inferius agens de mulieribus morbis, quæ inquit ad manum torpidæ ſunt, &c. eſt proinde huius dictati ſenſus. Aegrotantes, qui exiliunt, dum eis manus imponuntur; male ſe habent. exiliunt autem, vel quia mens externa aliqua de cauſa terrore eſt percita, ſeu atri humoris id contingat natura, vt in hydrophobis: vel quia totum corpus, vel aliquod eius membrum cauſis affligitur dolorem inuehentibus. corpus quidem totum in phlegmonoſa, aut vlceroſa laſſitudine: membrũ verò aliquod, dum præſertim diaphragma inflammationem patitur. vtcumque malum: nam mens terrore percita labitur promptè in phanaticam veſaniam, vlceroſa ſeu phlegmonoſa laſſitudo delirium, aut conuulſionem accerſit: diaphragmatis dolor mortem, aut empyema. Apparent nihilominus exilitiones iſtæ ad ſalutem, inſtantemque deſignant ſudorem. nam moroſa Mulier exiliebat, nec ſe continere poterat, eadem tamen nocte conualuit ope ſudoris vbertim, ac iudicatoriè effluentis.

XV.

Quibus cum febre ardente tumores ſomnolenti torpidi fiunt, ijs dolor in latus ſuperueniens paraplectico modo occidit.

60 DVm à craſſis humoribus cerebri obruuntur ſinus, plerumque ponè aures exurgunt tumores, qui ſalutares eſſe nequeunt, dũ ſoporem adferunt, ſomnolentoſque homines reddunt. inde enim & torporis, qui in ardentibus talibus editis de cauſis malarum ſunt affectionum germina. capitis enim vitioſa plenitudo, dum ſe propagat, latus quoque diſcruciat, ſæuæque inde pleuritides, & peripneumoniæ naſcuntur, quæ paraplectico modo occidunt, cum lateris nempe affecti, adiacentiumuè partium ſideratione. nam inferius dicturus eſt. Quod ſi apprendentes pulmonis partes aortę vocatæ erunt valdè inflammatę, vt ad latus aſſideant, reſoluuntur ea parte, ſeu ſiderantur ægri, &c. quod eſt interire paraplectico modo. hoc ipſum facit viſcidus ſanguis lateri adherens, parotidum etiam & ſoporis author: obſeruatum enim 4. in 1. Epid. in ardentibus multos fuiſſe comatoſos, & ponè aures tumeſcentes, & ij paraplectico modo tandem deceſſerunt.

XVI.

Suffocatio in acutis aduenienſ attenuitas pernicioſa.

61 IN Argina quæ ſęua & ſuffocans eſt ἰσχνὴ hoc eſt non tumentia ſunt, ait Hipp. 4. Acut. viſu ſe offerrentia. Erit ergo verborum ſenſus.

ſenſus. ſuffocatio in acutis adueniens nullo cum apparente faucium tumore, pernicioſa eſt. ſuffocantur autem in acutis ægri, dum ſpiritum difficulter trahunt, grauanturque quàm maxime etiam à ciborum tenuium ingeſtione, quod non ſolùm Anginoſis, ſed & peripneumonicis, ac hepaticis accidit, quorum ſuffocationes pernicioſæ ſunt, vt ſuo loco plenius. Cęterum ſi vocabulum ἰσχνοῖσιν corporis habitudinem ſpectet, & ſit ſenſus. ſuffocationes corporibus virium, ſeu ſuccorum alibilium iactura attenuatis aduenientes in acutis, pernicioſæ ſunt; vera quidem erit expoſitio, ſed minus hippocratico ordini conueniens. perinde enim, vt ab humoris prolapſu hæreſcentis mox in partibus ſpiritalibus fiunt lateris cruciatus modo paraplectico interimentes: ita ab eiuſdem humoris in faucibus quiete ſuffocans naſcitur angina, quæ niſi ceruicis, partiumque adiacentium proferat ruborem, & tumorem, conuelit ægrum, & quam celerrimè rapit, quod cuidam mulieri anginoſæ contigiſſe 5. Epid. legimus: deceſſit namque quinta, aut ſexta die conuulſa, quanquam à ſtrangulatione iam libera eſſet.

XVII.

Quibus in pernicioſis parui tremores fiunt, & æruginoſi vomitus, lethale.

62 TRemor vitium eſt ſanguinis motricem virtutem copia, aut prauitate aggrauantis, ſeu prorritantis, quod accidit incoante, aut iam progreſſo morbo editi exoriente; dum cauſæ abſunt inanitatem inducentes; vbertatem inducant adeſſe ſuccorum, nec aliquid ſolitariè ſumpti ad prognoſticum faciunt; tales etenim in Pithiona toto morbi decurſu perſeuerarunt, liberali deinceps ſublati excretione. Aſt ſi prauis, cum ſymptomatis accedant, perniciem vtique denunciant: quippe, & multitudinem, & prauitatem deſignant ſuccorum vigentium cum virium languore. Sic Vxor Emmyris, quum antea ſtupida non morboſo modo eſſet, mox in totius corporis incidiſſet tremorem cum ſiti, ciborum faſtidio, colliquatione, & extremorum inalgeſcentia, obijt, vt par erat celerriter. cæterum tremores morbo iam progreſſo ſuperaccedentes, ſi coctionum ſigna habent adiuncta; fieri indicant tranſpoſitionem ſuccorum ad ſalutarem criſim tendentium: tales etenim ſeptima die in Adoleſcente peregrino facti, febris demiſſionem attulerunt. prauis autem cum inditijs, quanquam exiles, lethales ſunt: nam virium deficientiam, quia parui: & humoris feritatem, quia in pernicioſis, deſignant, propterea inde aut ſæua deliria, aut mortiferę accedunt conuulſiones, quorum ma-

malorum auſpices ſeu prænuncij ſunt æruginoſi vomitus tremoribus ſuperaccedentes, vt in propia hac de re tractatione plenius.

XVIII.

Qui in potibus ſubſtrepunt, & ſubmurmurant in ſiccis, & qui difficulter deglutiunt cum ſpiratione tuſſiculoſa, pernicioſè habent in acutis perfrigeratis.

63 PEſſima ſunt hæc ſymptomata ſæuam ſubeſſe inflammationem oſtendentia. nam in potibus ſubſtrepere, hoc eſt, dum potus deſcendit ſonitum perſentire, peſſimum fuit in filio cydis inditium: ſtrepebant enim huic mox interituro potiones aſſumptæ, Vxor quin etiam Theodori ſexta die bibens magnum edebat ſtrepitum, obijtque ſeptima. quippe ſtrepitus iſti caloris deſignant extinctionem, indeque potus veluti in demortuum corpus labens, dum exudantes in cauitatibus flatus repercutit, ſonitum parit. laborabat porrò filius cydis cerebri inflammatione, auriſque ſiniſtræ. Cartides (in quo vt peſſimum id adnotatum) lienis inflammationem habebat magna cum ſanguinis egeſtione: in Theodori vxore vteri erant inflammati. Addit deinceps Hipp. & ſubmurmurant in ſiccis. quæ verba, aut ad maiorem faciunt dictorum expreſſionem, vt integer ſenſus ſit, qui in potibus ſubſtrepunt, & ſubmurmurant in ſiccis, hoc eſt in ſqualidis morbis, ad excludendum humidum quodcumque murmuris author: vel quid noui adiungunt, vt in ſiccis denotet ſolida cibaria murmur, & ipſa inferentia, vt in exſiccatorio morbo, pulmonum eryſipelate, & prima contingit hepatitide. vera vtraque expoſitio, quia ſemper hoc ipſum ſiccitas præſtat pernicioſarum inflammationum ſymptoma, difficultas autem deglutitionis cum ſpiratione tuſſiculoſa illis occurrit, qui ſæua tenentur angina: nam ſubmerguntur ij propter tuſſim ſiccam, qua fatigantur, quod in alijs etiam pernicioſis tum viſcerum naturalium, tum pectoris inflammationibus ad interitum contingit.

XIX.

Mannum, ac pedum rubores, pernicioſi.

64 RVbores iſti ſanguinis excalfacti ob viſcerum æſtuationem ſunt ſigna, nam quibus lien eſt decliuis, eius nempe durities ad inferam partem vergit, his calent, ait Hipp. 6. in 6. Epid. manus,& pedes propter craſſioris ſanguinis exundantiam. pari idcirco ratione, dum ſpiritalia viſcera incendio flagrant, pedes, & manus rubent, abeuntque

iſtæ

iſtæ mox in liuorem, ſeu nigredinem. hac enim de cauſa ſubliuent hepatici, rubent genibus, aut facie tota peripneumonici. cæterum occurrit ſymptoma hoc, quia craſſiſsimus æſtuat ſanguis, idcirco extremę iſtę partes ſic ſtabiliter rubent, ac ſi candenti ferro eſſent inuſtæ. quod non eſt, dum tenuiſſimus ſanguis ſolus æſtuat: nam tunc fiunt citè in vtrumque mutationes. ad perniciem ergo rubores illi apparent, quia viſcera tunc firmiter æſtuant cumulo craſſioris inardeſcentis ſanguinis.

XX.

Efflantes, & refracti, toruè inſpicientes à ſomnis, morbo regio abundè colorati moriuntur. alba egeſtio in his prȩcedit.

65 THeodori vxor vteri ad cauitatem dexteri hypochondrij ducti phlegmone detenta denſum trahebat ſpiritum, ac reſpirans ſubſibilabat, eius è lectulo decidebant tibiæ: toruèque ac rigidè à ſomno excitata ſpectabat. obijt hæc die morbi ſeptima. non igitur mirum, ſi eadem hæc prauum committat iocinoris phlegmon, quod in cauſa quoque eſt, vt decedant ægrotantes ſaturato imbuti ictero albis cum egeſtionibus, vt aliàs oſtenſum. Efflantes ergò erunt illi, qui ob anguſtiam partium ſpiritalium, quam inuexit ſiccus ardor; in reſpirando ſubſibilant. refracti, qui propter oppreſſionem, quam noxioſiorum multitudo inuexit; inconcinnè proferunt artus: inde enim fit, vt dum euigilant à ſomno plerunque nocuo, adſtantium peræquè triſtia, ac commoda, & vtilia ſtudia abominantur, & reſpuant, hos proinde toruè inſpiciunt, quæ cuncta nimiæ ſunt ſiccitatis incommoda, à quibus interitus ſanè.

XXI.

In febribus ecſtaſię taciturnæ ſine aphonia, pernicioſæ.

66 AMbiguum eſt ecſtaſis nomen, alias enim criticam cum inſania turbationem deſignat, inde illud Hipp. 7. Aph. 5. A mania, inquit, difficultas inteſtinorum, aut hydrops, aut ecſtaſis bonum. hęreſcens quippe atra maniæ effetrix hac diducitur motione, & ad excluſionem paratur. ſed de hac non eſt hic ſermo. eſt alter ecſtaſiæ intellectus ferinam denotans amentiam, quæ naſcitur à prauo atrabilario ſucco, cuius prauitatis ſignum eſt taciturnitas nunquam laudabilis, dum abſunt cauſæ aphoniam inducentes. hoc eſt, ſi taciturnitas non ſit ab interceptione vaſorum vocalium profecta, quæ tollitur promptè rigoris acceſſu; ſed taciturnè ægrotantes degunt, quia non exiliunt, nec tumultuosè

clamant,

clamant, ſed placidè cubantes micant ineptè manus, ſubmiſsè garriunt, & ex palpebris conniuentibus toruum proferunt intuitum, quod eſt perniciosum in febribus, & phanaticam delirationem, vt dictum eſt, præſagit.

XXII.

Liuores fientes in febre, breui venturam mortem significant.

67 Liuet in morbis aut corpus totum, aut eius aliquod membrum: vtrumque perniciosum. nam cauſa liuoris, ait Hipp. 1. de morb. tenuiſſimus eſt ſanguis ingenito deſtitutus calore, & hac propterea de cauſa in acutis prius vngues, mox extimæ omnes partes liuent, vt in ſæua peripneumonia coſtę. liuor, qui vniuerſim totum aprehendit corpus; accidit, aut conditione ſuccorum colorem hunc gerentium, aut ſola caloris internectione. vt enim ſe habent ſucci, ait Hipp. 4. in 6. Epid. ita colorantur corpora, propterea dum crudi exundant humores replentes ſanguinea vaſa liuet corpus totum, vt accidit in liuido vocato morbo, & in liuida febre, de quibus Hipp. 2. de morb. & in 6. Epid. Liuet autem propter ſolam caloris internectionem corpus totum, quanquam optimi redundent ſucci, quia, vt aliàs dictum, ſpiritibus rubent corpora, & hoc accidit tum benè valentibus ab aeris, aquarumuè rigiditate, vt 5. Aph. 17. & 20. ſcriptum eſt: tum valetudinarijs ad internectionem, eſtque lethale peſtilitatis inditium, quemadmodum licere à ſuccorum conditione ſi non perniciem, ſaltem diuturnitatem promittit. idipſum de partium liuiditate dicendum: nam & ipſa membra liuent, aut conditione ſuccorum accedentium, aut internectione caloris, & vtrumque prauum. nam atrabilis decumbens ad aliquod membrum liuorem, mox ſiderationem affert, indeque oſſium illæ denudationes, quæ peſtilitatis tempore factæ magis quam deteriores, ait Hipp. 3. in 3. Epid. formidabiliores ſunt. aſt liuere ob internectionem caloris, mortiferum prorſus. nulla quippe ſalutis ſpes manet, dum diſſipati vitales omnino concidunt ſpiritus, pereuntque nectarei ſucci, vt venenatis, inflammatorijſque accidit paſſionibus, de quibus nunc Hipp. quoniam ſuapte natura pernicioſi, ac mortiferi ſunt. Sic Anginoſa degens apud Bitonem tertia die liueſcens, obijt quinta. Philiſio, cui lien ardebat, quinta die extrema liueſcebant, ſexta mors. in Fraſino hypochondria æſtuabant, quinta die liuores, & interitus, & in Adoleſcentulo degente in mendacium foro ſeptum erat inflammatum, ſexta liuor, & obitus. Quotieſcumq. ergo in febribus citra rigorem, & alias occaſiones liuet aut corpus totum, aut membrū aliquod exitium certum expectandum, quanquam æger aliter de ſe cogitet.

Qui-

XXIII.

Quibus in febribus lateris dolor incidit, ſi aluus multa aquoſa, & bilioſa egerit, ij alleuiabuntur: ſin autem ciborum maneat collapſa appetentia, ac tum ſudores cum ſaturato faciei rubore prorumpant fluente aluo, & ſuperſtite cardialgia, ij vbi longiùs ægrotarunt peripneumonicorum modo moriuntur.

68 NOn omnis lateris dolor pleuritis eſt. nam à gelida tempeſtate & pleuritides, & lateris dolores fiunt, qui ſolo calidorum fotu, ait Hipp. 2. Acut. ſanantur, in præceps ruunt phlebotomia, quæ ſalutaris vtique in vera pleuritide ſed & lateris hi dolores à feruidis naſcuntur ſuccis, dum haud ſtabiliter iſti in latus fluunt, refluuntuè, de quibus nunc eſt Hipp. ſermo, & hi magnis, acutiſuè morbis adduntur ad ſalutem, ſeu ad interitum. ad interitum quidem, ſi deinceps obtorpeant ægri propter eruptionem prauarum parotidum: ad ſalutem ſi natura dominans propellat noxium ſiue ad ſuperas, vt hæmorrhagiam faciat, ſiue ad inferas, vt aluum profuſam reddat. cæterum alui hæc egeſtio ſalutaris eſt, dum profuſa, aquoſa, & bilioſa eſt: nam dum profusè decurrit morbum omnino tollit: dum tenuis & aquoſa eſt, à longinquis partibus emat: dum bilioſa noxium, quod cauſam morbo dederat, eliminat, & profundit. perinde enim, vt quæ aquoſæ ſubſtantia, & colore prauę, & contumaces, quales in Perintho, & in Clazomenio; ſic aquoſę ſubſtantia, ſed colore croceæ bonis aſſociatæ inditijs malum alleuiant, vt exemplo conſtat Virginis Lariſſœ, & hæ ſunt, quæ in iſtis laterum doloribus leuamen afferunt, non itidem in vera pleuritide, quum anacatharſim impediant. in ſicca autem peripneumonia ſalubriter occurrunt, quoniam ab hac ægri conualeſcunt, ait Hipp. 3. de morb. copioſo potu diluente reſiccatos pulmones, aluoſque humectante. vt non ſit abs re dictatum hoc verificari de hac peripneumonia, quæ ardentium pediſſequa, habet lateris dolorem adiunctum: inde enim dilucida manent, quæ ſequuntur, interire nempe modo tandem peripneumonico, qui tenui hac & bilioſa deiectione non alleuiantur, ſed inappetentes facti, & cardialgici exſudant cum faciei rubore. nam hæc humoris hæreſcentis, ac perniciosè ſuppurantis ſigna ſunt; idcirco poſt longam ægrotationem modo peripneumonico occumbunt, hoc eſt ſuffocati, nihil expuentes, aut parum quid corruptum, obijtque octuageſima Mulier apud frigidam aquam bilioſis cum & aquoſis egeſtionibus, ſummaque ciborum inappetentia.

Fe-

XXIV.

Febrienti ſi ab initio atrabilis ſurſum, aut deorſum prodierit, lethale.

69 EXcretiones morbi exordio editæ prauæ omnes: ſunt etenim turgentis humoris, prorritatæ, aut langueſcentis naturæ inditia, quod præcipuè exploratum eſt de atra, quæ ſuapte natura praua exoriente morbo ſupernè aut infernè eiecta, lethalis prorſus, iuxta quantitatem nimirum exeuntis, viriumque firmitudinem, vt ſcriptum eſt lib. de Iudic. quippe atra à ſanguinis exuſtione tormentoſos excitat hæmorrhoidum cruciatus, ſæuas parit phrenitidas, ardentes inſuper febres inuehit, & alia conſimilia mala, quæ non alio miteſcunt auxilio, quam egeſtione nigerrimi, & continuati ſanguinis: quæ verò atra à ſucco prouenit melancholico exuſto rarò per inferam ſe exonerat aluum, ſed plerumq. ſupernum obſidet ventriculum, paritque anxietudines, & ſtomaci diſcobinationes, ac cruciatus, quod in nigro vocato morbo accidere proditum ab Hipp. 3. de morb. Atra demùm ab exuſtione bilis flauæ profecta, ſi ſurſum obrepat, vlcerat, raditque ſtomacon, & gulam, conuulſiones, & ſæua committit deliria; deorſum verò properans lethalem excitat dyſenteriam. Ergò ſurſum aut deorſum morbo exoriente prodiens atra, lethalis eſt: nam validiſſimis tunc exorta de cauſis omnem ſubuertit coctionē, nec poteſt abſque admixtione contrarij tractu facta temporis miteſcere: Aſt non talem gerit lethalitatem, dum prodit morbo iam progreſſo: euaſit namq. Euphorbida die decimaquarta deijciens primis diebus bilioſa, mox duodecima nigra. ſanatur quin etiam Decumbens in Dealcis horto deijciens toto morbi decurſu nigra, quia ſenſim depoſuit atra iam collecta, ſed plura hac de re ſuo loco.

XXV.

Qui cum perfrigeratione non ſine febre ſupernè exſudant anxij, phrenetici fiunt in acutis.

70 INternum equidem viget incendium, dum ægri cum perfrigeratione ſupernè exudantes anxiantur; hoc enim eſt cum perfrigeratione febrire, quod ardentium eſt pernicioſarum propium, dum nempe atra exundans viſcera premit, vt anxietudinem ereet. inde enim prodeunt ſudaciunculæ, quæ iam dictis ſymptomatibus adiunctę, oſtendunt ipſum incendi diaphragma, quod eſt pernicioſam in acutis accerſire phrenitidem, vt ex aliàs dictis conſtat. Sic Phreniticus prima die decumbens quarta euomens æruginoſa deceſſit.

Pau-

XXVI.

Pauliſper acuti dolores, in clauiculas, & ſuperas partes tranſeuntes, pernicioſi.

71 SVrſum ab inflammato præcordio elati humores acerbiſſimos clauiculæ edunt cruciatus pleuræ, aut pulmonum declarantes incendium. aſt non repentinò ij, ſed ſenſim ac pauliſper accedunt propter vicinitatem partium: nam tenſio prius, mox tormentoſum vrget incendiū, quod accidere ex magna iocinoris inflammatione proditum, dum non adeſt pleuræ, alarumue pulmonum phlogoſis, ſeu puris exundantia. vtrouis tamen modo pernicioſè: quippe dominium tunc noxioſorum adeſt nobilem partem inuadentium, quum ſalubriter ad inferas partes potius flectere debeant, vt ſic miteſcant ſuperarum partium cruciatus. ſunt enim hæc Hipp. 6. in 2. Epid. Quiſquis, inquit, ſuperarum partium doluerit, dolor ad coxas, aut ad genua, & anhelatio fiens, omnia hæc dolorem ſoluunt. inde eſt, quod in ſæua peripneumonia vtiles ſunt factę in cruribus abſceſſiones, vt aliàs dictum.

XXVII.

In diuturnis pernicioſis ſedis dolor, lethalis.

72 DIuturni inſimul, ac pernicioſi illi dicuntur morbi, qui lente progredientes, pernicioſè attamen affligunt, nam quia ſunt celeritate deſtituti, acutiem non habent, ſed perniciem gerunt, quia hæc morbis omnibus peræquè communis eſt, ratione tum propiæ eſſentiæ, tum ſymptomaton prauè ſuperaccedentium. viſcidus enim, & atrabilarius humor, corruptaue pituita, ſi ſedem firmam in viſceribus ſemotis à ſpiritalibus, ijs attamen conſenſientibus, habeant; ſeuiter aſt diuturnè affligunt, licet plerumque noxioſitatem in inferas partes deponant. hinc à febre tritæophia pernicioſa, ac diuturna dyſenteriæ potius, teneſmi, ſeu hydropes, quam thoracis, capitiſue exurgunt mala, quæ in acutis plerumque adueniunt. potius ergo in diuturnis, quam in acutis pernicioſis dolores ſedis ad lethalitatem adueniunt, quoniam in acutis, ſi non prorſus ſalubris, commodus ſaltem omnis ſuccorum deſcenſus; diſcriminoſus aſcenſus: dum nempe protinus non facit debitam excretionem. at in diuturnis quilibet noxioſiorum motus diſcriminoſus, lethalitatemque ſignat, dum acerbiſſimum infert dolorem. ſpectat autem ſedis hic cruciatus ad illam partem quam conſtrictor adimplet muſculus, vbi magnus eſt

vena-

venarum confluxus vitioſitatem à toto corpore excipientium: inde ſuppurationes, quæ vt lib. de Fiſt. ſcriptum eſt, doloroſè aluos perturbant. ſunt ergo cruciatus hi in diuturnis pernicioſis aduenientes lethales tum ob doloris acerbitatem, tum propter conditionem afflictarum partium in ſphacelum facilè abeuntium.

XXVIII.

Si iam debiles non videant, aut non audiant, aut oculus, aut naſus ipſis diſtorqueatur lethale.

73 NOn minus lethales quam tactus ſunt aliorum ſenſuum læſiones tum in acutis, tum in diuturnis pernicioſis, dum vires iam ſunt fractæ. commune autem aſteniæ nomen nunc ad eam debilitatem ſpectat, quam inuexit morbi acuties proſternes corporum rectricem facultatem. fiunt autem ſymptomata hæc in epilepticis, apoplecticiſue inſultibus, quæ ſedantur citò, aut poſt diurinam ægrotationem commoriuntur tandem. aſt ſi in corporibus iam morbo langueſcentibus accedunt, propinquam necem præſagiunt: non ſic ſi ab oppreſſione naſcantur, dummodo ad noxiorum prementium excluſionem valent virtutes, vt accidit ſæpè in criticis turbationibus.

XXIX.

In febribus dolor bubonis ad diuturnitatem facit.

74 ASpectabilis quarumlibet glandularum tumor bubo eſt. hinc illud, febres omnes ſi non diariæ à bubonibus, malæ: ſunt etenim praua viſcerum germina in acutarum febrium initijs pleramque efflorefcentia. aſt propiè nomen hoc ad inguinum glandulas ſpectat intumeſcentes: hæ enim, inquit Hipp. lib. de Gland. intumeſcunt, ſuppurant,& inflammantur facilè, dum à vicinis partibus exundantes attrahunt humiditates. & in iſtis glandulis cruciatus occurrentes diuturnitatem parant, quia in partibus à ſpiritalibus remotis: diſcruciant tamen grauiter, nec ſine periculo, dum in febribus aliqualem putreſcentiam gerunt, vt peſtilitatis accidit tempore. aſt diuturnitas certius eſt prædicenda, dum in febribus dolent inguinum glandulæ vllo abſque tumore, quippe craſſius tunc,& exuſtus illuc hæret ſanguis, qui affligit quidem ob aduſtionem tormentoſè, ſed cum diuturnitate, quia hæret, & contumax eſt.

In

XXX.

In febribus acriſię diuturnitatem inducunt, non tamen ſunt perniciosę.

75 DVm natura decretorio modo, ſed fruſtaneè aliquid molitur, Acriſia eſt, ſeu iuditij carentia, cuius duplex eſt occaſio, vna quidem humoris contumacia reluctans naturę operibus: altera eſt virium languor munus perficere incoactum nequeuntium. vtrumque ſolitariè ſumptum non ad perniciem, ſed ad diuturnitatem facit. morbus enim tunc non in prauos vergit abſceſſus, ſed integram non recipit ſanationē, quia natura ſub opere deficit cauſis iam enarratis. tales quoq; acriſias in febribus bubonum promittunt cruciatus, quia contumaciam ſuccorum ad inferas abſceſſionem molientium, ac deficientiam in opere virtutum deſignant, & propterea diuturnitatem pariunt, & præſagiunt.

XXXI.

Ex doloribus vehementibus febres diuturnæ.

76 QVotieſcumq; cauſa dolorem inferens ſic in motu eſt, vt ſpirituoſum perſtringat ſanguinem, ſtatim ac dolorem parit, febrire quoq; ægrum facit, idq; inflammationibus partium internarum promptè contingit. ergo ſi præueniant dolores, deinceps febres ſequantur, hæ nō acutæ, ſed diuturnæ erunt, quanquam vehementes ſint cruciatus. quod accidit ob reluctantiam ſuccorum, poſitionemque partium affectarum: nam hærent ſucci, qui aliquandiu diſcruciant, priuſquam febrem pariant, & afflictæ partes ſunt à ſpiritalibus ſemotæ, eaſq; in conſenſionem non trahunt; idcirco quod dictum de inguinum doloribus ad diuturnitatem facientibus, idem in vniuerſum dicendum de omnibus doloribus, qui licet vehementes, attamen non protinus, ſed deinceps febrem pariunt.

XXXII.

Tremulæ palpatorię mentis aberrationes phreniticę, & dolores circa ſuras mentem emouent.

77 PAracruſis aberratio nec firma, nec aſſidua eſt, quam potiſſimum excitat flaua bilis, dum ſic ſpirituoſum inficit ſanguinem, vt mētem ſubuertat, indeq; pulſatiles venæ ſeu aggrauatæ, ſeu prorritatæ contremiſcunt, non quidem ad lethalitatem ipſam deſignandam, vt faciunt tremores frenitidi accedentes; ſed ad ipſam ſolùm præſignandam mox ad futuram frenitidem: dum nempe delirantes extemporaneè contre-

miſcunt cum palpatorio motu. Ψηλαφώσιν enim falax eſt, & irritus motus, quem edunt ægrotantes, dum colligere, & carpere tentant, quod ipſis obuerſari ineptè, falſoque putant. quod autem de ſurarum adiungitur doloribus, ſuperius eſt enarratum, & habent hanc prærogatiuam hi dolores, vt non ſolam diuturnitatem, ſed in acutis delirationem plerumque accerſant, dum ſpiritus firmiter in conſenſionem ducunt.

XXXIII.

Qui in continuis aphoni iacentes oculis conniuent, ij ſi poſtquam ſanguis è naribus fluxerit, & vomuerint, loquantur, & ad ſe redeant ſeruantur: ſin hęc non fiant cum difficili ſpiratione breui moriuntur.

78 VEnarum in pectore, ac collo exiſtentium interceptiones ab atro editæ ſucco faciunt, vt ægri obmuteſcant, & ſomnolenti ſint, quod ad ſalutem quandoque facit, dum nempe mox opportunæ ſequuntur ſeu eiectiones, ſeu abſceſſiones. eiectiones autem, quæ tuto malum eliminant; ſunt hęmorrhagia, & vomitio. nam interceptæ venæ à craſſo hæreſcente ſanguine expiantur, & praua ſe deplent recrementa, dum opportuno hęc tempore, & modo fiunt: ſecus mortiferæ euadunt, rapiuntque quam celerimè cum difficili ſpiratione. ſunt enim hæc Hipp. 4. Acut. Quum autem, inquit, fiat die quinta in febribus terribile aliquid, vel aluus repentè humida deijciat, aut deliquium animi fiat, aut aphonia aprehendat, vel conuelatur, vel ſingultiat, & circa muſtacem, & frontem ſudores, & ceruices ab occipitio, qui talia patiuntur, decedunt ſpirituoſi non longè poſt. vocat autem Hipp. ſpirituoſos, qui ſpirationem habent ſublimem, ac in reſpirando nares, & corpus totum fatigant. decedunt autem ſic ægrotantes, quia quadantenus ſunt intercepta ſpirationi dicata inſtrumenta, vt epilepticis, ac apoplecticis contingit, vitam ſummo cum ſtertore finientibus.

XXXIV.

Qui à prima inuaſione melius habuerunt, ſi poſtridie exacerbentur, malum. ac ſi tertia die melius quarta iniquius exacerbentur, malum. an tales paroxiſmi ſunt phrenetici?

79 IN Phiſico, & Pithiona exacerbationes aderant diebus paribus; delirabant ambo obmuteſcentes: obijt ille ſexta rarum, & magnum ſpiritum ducens ad obitum vſque alter decima cum ſpiritu tenui, & imminuti-

minuto. malum igitur eſt melius à prima inuaſione ſe habere, mox exacerbari poſtridie, quia tunc mutatio fit morbi de die impari ad parem, quod in tritæophijs quidem, ſi vires conſtent; ad ſanationis difficultatem: in pernicioſis facit ad perniciem. problematicè autem dictum, num tales exacerbationes morbo ipſo exoriente paribus factæ diebus phreniticè ſunt, quoniam obſeruatione conſtat tales ægrotantes, aut mente fuiſſe motos, aut pernicioſè deliraſſe. quippe internum tunc viget incendium alicui viſceri inherens, vt exin firmum ſpirituoſus ſanguis contrahat vitium, indeque promptè accedunt delirationes, & phrenitides. in Philiſco enim æſtuabat Lien. in Pithiona ſepti aderat inflammatio: Virgini Lariſſæ ardebant præcordia, vt Pericli Lien. obſeruatum idcirco ab Hip. 3. in 3. Epid. nocuiſſe pharmaca ijs, quibus morbus paribus exacerbabatur diebus, quoniam, ait ipſe 4. Acut. dum viſcera ardent; damnoſa pharmaca ſunt.

XXXV.

Quibuſcumque deficiunt febres die non critica, ijs reuertuntur.

80 AD ſtabilitam metam febres omnes procedunt per ſtatos circuitus, à quibus ſi deuiant, quanquam ſalubrem aliquam indipiſcantur ſolutionem; immunes non ſunt à recidiuationis metu, & hoc humoris præſtat ſeu contumacia, ſeu impetus, vt exin debitum iudicationis tempus protrahat, ſeu præripiat ſolutio. ergo quoniam iſtud naturæ opus eſt, quia ſolutionem facit: ſed quoniam debitum ordinem ipſa non ſeruat propter imparatam ſuccorum offendentium diſpoſitionem; conſentaneum idcirco, vt adhuc aliquid noxiorum intus remanſerit, quod reciduationum fit author, & erunt quidem recidiuationes inde emanantes plerumque exitioſæ, dum in die verè non critica ſolutio facta eſt: quę autem in criticis contingit diebus ſolutio, dum circuitionum debitum tempus non ſeruat, recidiuationem quidem promouet, ſed ſalutarem, quia aut morbum prorſus eliminat integra alia ſolutione, vel ſaltem morbum in aliū benigniorem cōmutat, qua de re ſuperiori volumine abūdè.

XXXVI.

Qui in principio tenues cum capitis pulſu, & vrina tenui ad indicationem exacerbantur, his nihil miri eſt, ſi amentia inſuper, & vigilię accidant.

81 QVorum venæ amplæ, & oſſa ampla, hi ſunt, ait Hipp. 1. in 2. Epid. qui tenues dicuntur, & hoc præſtat feruidioris ſanguinis

vbertas, qua ampliantur vaſa, & carnes ipſę pinguedine deſtitutæ diffluunt liquatæ. ergo, ſi dum incoat morbus, latæ ac tumidæ ſunt venæ, & pulſant quę in collo ſunt cum vrinarum tenuitate prope iudicationem, loco integræ ſolutionis exacerbatio expectanda, quæ vigilem mentis aberrationem adfert. criſima namque hæmorrhagiæ ſunt inditia vrinæ tenuitas, & pulſus venarum capitis; ſed ſunt etiam delirij prænuncia, quum & paſſionem capitis, & raptum in ſuperas calidorum deſignent, quocirca haud ineptè arguimur hinc exacerbationum imminere prope iudicationem, & delirij mala, in illis præſertim qui tenues ſunt, hoc eſt vaſa ampliſſima habent propter exundantiam calidioris ſanguinis. cęterum ſi lotium aquoſum & ſubſtantia, & colore eſt, tunc certum inde deliratiorum ad futurarum ſumemus præſagium: nam hæc ſunt Hipp. 4. Acut. Quibus febrientibus, inquit, vertigines à principio, & pulſus capitis ſunt, & vrinæ tenues, & aquoſæ, ijs expectare oportet ad iudicationem exacerbandam febrem, nec mirum videri ſi ſint firmiter delirantes. ſic enim interpretandum eſt vocabulum παραφρονησειν nunc autem vrinæ præteriens aquoſitatem παρακοπτειν fieri ſtatuit, quod eſt mente aberrare leuiter. hinc eſt, quod Lariſſæa Virgo, quia tenue ſed boni coloris lotium mingebat, non delirauit prorſus, ſed ſolùm mente mota eſt. An per id quod dixit, in principio tenues, voluit ſignificare, quod aliàs, ſi febre, inquit, tenente partes circa faciem graciles fuerint in die impari, ſequenti die ſoluetur. eſt enim magnarum febrium propium, vt terribile quid ad iudicationem præmandent, quale eſt faciei hæc gracilitas deſinens tandem in proſperam valetudinem, ſi bonæ iudicationis ſigna appareant.

XXXVII.

In acutis commotio, iactatio, ſomnus turbulentus conuulſionem quibuſdam ſignificat.

82 COmmotionem infert prauus humor, & iactationem, ſomnoſque turbulentos reddit, quæ cuncta ægrum in perniciem adigentia, in aliquibus ad futuram conuulſionem prædicunt: in illis nempe quorum excipiendis conuulſionibus corpora ſunt parata. ſic Hermoptolemi vxor ardenter febricitans iactabatur acutè, exiliebat, clamabat repentè, ac pertinaciter: à ſomno experecta toruè ceu terrore percita intuebatur, mox oculis concluſis non videbat, ac partes tandem reliquę conuellebantur. ſpectat autem cõmotio, & iactatio ad illa mẽbra, quæ voluntatis nutu mouentur, eſtq. Cineſis ſeu cõmotio omnimoda quietis priuatio, vt riptaſmus ſeu iactatio in concinna artuũ diductio, quæ apparet, dum calcitrant

ægri,

ægri, iactantque huc, atque illuc artus: quæ quidem motiones non calfaciunt, inquit Hipp. 2. de Diet. corpus, ſed irritant animam, & diſſipant ſpiritus. & hoc præſtat torridus humor ſpirituoſum ſanguinem, neruoſaſque partes affligens, cuius germina ſunt turbulenti ſomni, vt ſcriptum lib. de inſomn. legimus, ac proinde conuulſionum præſagia, vt de ſe patet, & in ſequenti dicturus eſt Hipp.

XXXVIII.

Turbulenta cum ferocia excitationes mentem euomentes praue, & conuulſoriȩ præſertim cum ſudoribus. conuulſoriȩ quoque ceruicis, & dorſi apparentes algores, totius itidem corporis lotium in his membranoſum.

83 QVas conuulſiones nonnullis commotio, iactatio, ac turbulentus ſomnus portendit; eaſdem inferunt turbulentȩ cum ferocia excitationes mentem emouentes cum ſudoribus. quippe deſignant hæc genus tum neruoſum, tum arterioſum premi, incaleſcere, & reſiccari, quia inde ægrorum motrices virtutes inualeſcunt, menſque ipſa ſubuertitur excitans à ſomno ægrum cum ferocia, quæ cuncta ad conuulſionem faciunt, quemadmodum etiam ceruicis, dorſi, ac totius corporis apparentes perfrigerationes apparentes inquam, hoc eſt, quæ licet tactu non ſint perceptæ, ægri tamen referunt ſe inalgere, & hoc pituitoſus liquatus, ſeu atrabilarius facit humor vaſa ſpinȩ pererrans, qui dum & viſcera liquat, lotium membranoſum reddit, certum conuulſionum prȩſagium, ſi iam dicta ſe adiungant ſymptomata.

XXXIX.

Cum ſopore mentis aberrationes, conuulſoriȩ.

84 HAbet quid conuulſorij ſopor. aſt ſi mens inſuper aberret, conuulſiones vtique expectandȩ. nam tunc cerebri vaſa, & nimio pondere premuntur, & prauo temerantur ſucco, mens propterea cum ſopore aberrat, ac deinceps conuulſiones adueniunt, quȩ in virium conſtantia noxiorum excluſionem parant: ſin minus, necem afferunt cum tremoribus in delirio. quid autem ſit cum mentis aberratione ſoporari, & quibus id contingat de cauſis, ſuo loco extat enarratum.

XL.

Pauliſper feroces mentis aberrationes ferinę, & conuulſiones prænunciant.

85 ABerrat mens vel cum hilaritate, & riſu: vel cum metu, & terrore: vel cum ferocitate, & impetu: vel demùn cum ſtudio. tales autem euentus humorum in animi ſedem properantium gerit varietas, vt ſuo loco enarratum. ſit enim illud nunc compertum, quod impetens atra iam exuſta feroces reddit homines. ferinamq. adfert deſipientiam: aſt ſi non protinus hæc vſtionem ſubeat, ſtudioſè prius homines inſaniunt, mox pauliſper ferociunt, ac tandem ferarum ritu ſęuiunt, notos, atque ignotos impetunt, ac ſe ipſos dilacerant nullis conſilijs, ciuilibuſque coerciti officijs: poſtremò ob omnimodam ſpirituoſi ſanguinis temerationem conuelluntur, vt hydrophobis euenire compertum. nam qui ab atra furiunt humida reſpuunt, & abominantur, vtpotè ſuę iam factę habitudini contraria.

XLI.

In diuturnis ventris ſine ratione factę elationes conuulſorię.

86 ELationes ventris pręter rationem in diuturnis occurrentes habent pro cauſa, aut vbertatem flatuum, aut collectionem ſuccorum ęſtuantium meſenterij potiſſimum venas obſidentium. pręter rationem autem iſtę elationes adueniunt, dum nullus in pręcordijs, cęteriſque abdominis partibus ſubditus apparet tumor, nec vlla flatuoſi alimenti facta eſt ingeſtio. ergo non acuto, ſed diuturno morbo ex iam dicta collectione laborant ægrotantes, naſcunturque exin tum ventris elationes, febreſque vehementes: tum difficiles ſpirationes, ſingultus, & alia quæ inferius enarrabuntur. cæterum abs re non erit pulcherrimam de Pythionis filio in Pella afferre Hipp. enarrationem. is ſoporatus, obmuteſcens, aluum compreſſam habens, acutè febricitans, poſt multam egeſtionem balano procuratam, qua febris intermiſit; ventris elatione tenebatur cum febrili inualeſcentia, & ſopore. conualuit decimaquarta bilioſa multa egerens pharmaci ope. erat enim ventris elatio non à phlegmone, ſed ab vbertate facta bilioſorum ſanguinem inficientium, & liberum citis impedientium curſum; idcirco horum facta conferta egeſtione conualuit, priuſquam conuulſiones accederent. & hoc artis nobile eſt documentum, vt quæ mplurima vitentur errata, quę non rarò contingunt in iſtis elationibus. *Aſſe-*

XLII.

Affectiones ſtatim turbulentę, vigilias inducentes, ſanguinem de naribus ſtillantes, ſexta die alleuiantes per noctem, verùm poſtridie rurſus affligentes, exſudantes, in ſomnum delatę, mentem emouentes, largè ſanguinem fundunt, & morbos tollunt. aquoſa vrina talia ſignificat.

87 CRiſim anteuenientia ſigna, ſi protinus appareant; morbum abbreuiant ad ſalutem, vel ad interitum. mirum igitur non eſt, ſi abenarratis ſymptomatis ſpes inſurgit, vt ſeptima die ſit effluxurus ſãguis, quum hæc raptum ſuccorum in cerebrum deſignent virium cum firmitate. Tarachis enim, qui primus eſt mentis perturbatę gradus; tranſitum feruidioris humoris caput petentis deſignat, vt eſt ab Hipp. *6.* in *6.* Epid. proditum hinc vigiliæ, ſanguiniſq. ſtillat.ones, quæ quarta die editæ cum virium robore hęmorrhagiam die ſeptima profluxuram denunciant, vt inferius dicturus eſt Hipp. virium autem conſtantiam promittunt ſymptomata hęc morbo ipſo exoriente edita, non quidem à ſtabili, firmaque effectione; ſed à motu ſuccorum ſuperas petentium. hi enim mitiores redditi ſexta die alleuationem faciunt cum nocturna placiditate: inualeſcunt tamen denuò, ac dum ſua copia opprimunt ſudaciunculas pariunt cum ſomniculoſa mentis aberratione, non quidem ferina ſeu phrenetica, ſed extemporanea, & mitis: vocabulum enim paracruſis talem habere intellectum aliàs dictum. conſonum igitur, vt criſima hęc primis aduentantia diebus ſalutarem deinceps, ac largam afferant hęmorrhagiam. horum autem ſymptomaton comes eſt aquoſa vrina raptum hunc denotãs, qui pernicioſus in pernicioſis, ſalutaris in inocuis. pręſagiunt etiam vrinę illę aquoſę futuram dyſenteriam, vt ſcriptum eſt 2. in *6.* Epid. dum nempe ſanguinea recrementa ipſa non depleta hęmorrhagia curſum ad inteſtina flectunt.

XLIII.

Mente alienati melancholici, contremiſcentes redditi, malignunt.

88 EXiſtameni ſunt, qui delirant ob acceſſum atrę bilis in animorum ſede. melancholicè verò delirant, qui ſine furore, & feritate, ſed cum ſilentio, merore, & metu. iſtud ergo ſymptoma naſcitur ab atrabilario ſucco, qui meroris, & taciturnitatis ſuapte natura eſt author, ſed

dum exuſtionem ſubit, mentem quoque alienat, cui alienationi tremores adiuncti cacoethes ſunt, ferinam ſcilicet minantes delirationem, aut conuulſionem, ni imminens periculum tollat nigrorum vomitio, quę ipſis tremoribus haud vulgariter præſignatur.

XLIV.

Delirium in ſpiritu minutulo, & ſudaciuncula lethale. lethale quoque in ſpiritu, & ſingultu.

89 MInutula ſpiratio (id enim ſpiritus nomine) parua inquam, & frequens phlegmonis ſpiritales obſidentis partes ſignum eſt: ex harum autem afflictionum delirium quoque naſcitur. nam licet anhelitus delirantium plerumque magnus, & rarus appareat; euadit tamen paruus, & frequens ad lethalitatem. quippe rara, & magna ſpiratio nihil delirio adiungit, quia huiuſce affectionis pediſſequa eſt. aſt ſi exilis, & frequens eſt in delirio, fatiſcit tunc natura prauitate obruta, quod accidit, dum mens non ſolùm aberrat, ſed delirat, quia modis omnibus temeratus eſt ſanguis. id ipſum de delirio cum ſpiratione difficili, & ſingultu dicendum. quippe adeſt tunc, aut hemaptoſa pleuritis, aut diaphragmatis incendium, aut magna iocinoris inflammatio. iſtis namque ex occaſionibus delirant. ſpirant difficulter, & lethaliter ſingultiunt ægri, quæ omnia aſtatus committit humor ſtabiliter obſidens ſpiritales partes vlla cum ſalutis ſpe, quia morbi vehementia habet virium infirmitatem adiūctam: ſcriptum idcirco 4. Aph 50. Si in febre non intermittente difficultas ſpirandi, & delirium acceſſerit, lethale.

XLV.

Inſomnia in Phrenitide euidentia, bona.

90 QVoniam Phreniticorum mens ſtabiliter ſubuerſa, cuncta ipſius munia inordinatè peragit; inde fit, vt eius vigente malitia, ei aut inſomnia nulla occurrant, aut ſi quæ obueniunt, adeo turbulenta ſint, vt mens inde nihil euidenter promat. nam phrenitici aut vigilant perpetuò, aut turbulenter obdormiſcunt. cæterum haud infrequenter contingit, vt ſoporati hi, priuſquam decedant, fiant, vt 3. in 3. Epid. obſeruatum legimus: vel etiam ad ſalutem properantes iucundos capiant ſomnos ad certum incolumitatis præſagiunt. quod poſtremum accidit, quia tenuis & æſtuans ſanguis vigiliæ, ſeu turbulentorum à ſomno excitationum author, tunc ſua depoſita feritate blandos affert ſomnos inſomnia

nia proferens euidentia. euidẽtia inquam tum reſpectu ſui, dum clara, non cõfuſa menti obuiant: tũ reſpectu ſomniantium, dum ea expergefacti ordinatim narrant. non amplius enim turbulenta fit diſiunctio, ſed adæquabilem naturam reddit ſanguis, quare, & obdormiſcunt ægri, & ordinata referunt inſomnia, quod eſt optimum in delirantibus ſignum. Sic in Ariſtæo ex Amphilochi pago quarta die ſubchlora egeſta ſomnos induxerunt placidos ad eius promittendam ſalutem. vt inde colligas ſalutarem fore alui biliosam egeſtionem in illis præſertim delirantibus, in quibus collectio adeſt bilioſorum: nam in reliquis liquationem potius deſignat plerumque ad citum interitum.

XLVI.

In phrenitide albę egeſtiones, & ſegnities, malum. rigor ijs accedens peſſimus.

91 DElirantibus quandoque opem ferunt bilioſæ deiectiones. ergo mali quid promittunt, quę albæ ſunt: nam tunc bilis tota ad intimas rapitur, indeque rigor, qui peſſimus in hoc rerum ſtatu, quia vtilium excretionum non eſt prænuncius, ſed potius auerſator, dum bilem totam per vaſa diffundit, indeque ſegnities, quæ vtilium omnium excretionum tollit occaſionem.

XLVII.

In phreniticis à principio affectiones mediocriter bonę fidei, frequenter tranſmutationem habentes, malum.

92 SVnt in phreniticis affectiones mediocriter bonæ fidei, ſomnus non omnino turbulentus: vrinarum conueniens craſſities, & color, aliaque huius ordinis, phrenitidem potius à pallida, quam à retorrida fieri bile indicantia. dicuntur autem mediocriter bonæ ſpei, quoniam media ſunt inter ea, quæ certam ſalutem, certumuè portendunt exitium. nam ſi diù perſeuerent, dum victrix eſt natura bona fiunt cum certa ægrotantium ſalute: ſin autem talia diù non maneant, ſed frequenter in contrarium faceſſant, mala, non tamen prorſus lethalia fiunt, præſtat enim, vt in ſumma anguſtia aliquid boni ad ſalutem eluceſcat, quàm, vt omnia vergant ad exitium. indicat autem frequens hęc tranſmutatio aut humoris turgentiam, aut afflictæ partis paſſionem multiplicem: iſtis enim de cauſis mæſti aliquando ægri, ſilentes, ac quieti: mox garruli, irrequieti, & hilares fiunt. quam repentinam mutationem obſeruauit Hipp. in

Dealcis vxore, quæ alijs preſſa ſymptomatis occubuit tandem vigeſimaprima.

XLVIII.

Mente motis melancholici tremores ſuperuenientes, malum.

93 EST repetitio eorum, quæ ſuperius leguntur, non inutilis tamen, quum iam de ea phrenitide ſermonem habeat, quæ à torrida, & atrabile edita habet prænunciam mentis hanc melancholicam ab alienationem. non ſemper tamen inde phrenitis ſequitur, quoniam id etiam in critica occurrit perturbatione: malum propterea ſymptoma hoc, ſed nõ prorſus lethale, perinde ac ſunt tremores valde phreneticis accedẽtes.

XLIX.

Mente alienati melancholici tremuli facti, & ſaliuam fundentes, nũ ſanè phrenitici.

94 IMò qui mente alienantur, & ſaliuam fundunt tremuli facti phrenitici vtique ſunt, quanquam ſileant, quieſcant, nec furiant, nec garriant, quod eſt melancholico modo delirare. nam hæc à bile atra naſcuntur ſeptum obſidente, vt inde craſſa in pectoribus exiſtentia liqueſcant, trahanturque alia à capite. hinc copioſa ſaliuatio, quæ vomitionum nigrorum eſt quandoque prænuncia, quemadmodum, & tremuli motus, dum nempe atrus humor arterias nerueaſque partes affligit, quod phreniticis accidit ſepti inflammationem detentis. nam paſſio hæc verè ſibi phrenitidis nomen aſciſcit, vt aliàs oſtenſum.

L.

Mente alienati fortiter inſuper febrientes, phrenetici fiunt.

95 QVoniam phrenitici, ait Hipp. 1. de morb. non abſimiles ſunt ab atra delirantibus, comeant idcirco hæ paſſiones, fiuntq. phrenitici melancholici, & viciſſim melancholici phrenitici, dum ab atra bile hi fortiter abalienantur, hoc eſt, magna cum inſania: inſuperq. febriunt vlla cum ſperabili iudicatione. dum enim atra iam hæreſcens concitatum motum aſſumit, ſanguinem ſpirituoſum prorſus temerat, vel firmiter obſidet diaphragma, quod eſt phrenitidem inferre. ergo mente alienati fortiter inſuper febrientes phrenitici euadunt.

LI.

Phrenitici parum bibentes, ſtrepitum valdè percipientes, contremiſcunt, aut conuelluntur.

96 IN non potantibus, aut vix, ait Hipp. 2. in 6. Epid. ſpiratio breuis: quod autem breuis ſpiratio in phreniticis praua, conſtat Pythionis exemplo. in ſęua demum, ac vehementi phrenitide tremores, & conuulſiones occurrunt: ergo phrenitici parum bibentes vrgentiſſima ſitis cauſa detenti, contremiſcunt, aut conuelluntur tandem, quæ extrema ſunt phreniticorum mala, à pondere, & corruptione ſanguinis profecta. de ſtrepitu ab aſſumpto potu iam dictum, vt de ſiti prẹter rationem ſoluta, quod ſymptoma phreniticis paulo poſt morituris contingit.

LII.

In vehementer phreniticis tremores, lethale.

97 PEreunt phrenitici, quoniam propter aſſiduam deſipientiam nihil, aut parum aſſumunt alimoniæ: tractu idcirco temporis marceſcunt tum ex febre, tum ex inedia. hinc ſanguineus inalget, & cogitur ſuccus: conuellitur proinde aliàs alia parte, & tremit; inalgent extima, tandem verò perfrigerantur omnia, & ita moritur æger. talis eſt hac de re Hipp. philoſophandi modus *1*. de morb. deſcriptus.

LIII.

Quę ſunt circa neceſſaria deliria peſſima: inde ſi exacerbentur, pernicioſa.

98 DVm ad oblata benè ſe habent ægri, aliquid de ſalute ſperandum ſic enim vires morbi impetu proſtractæ refici, & ingruentia obtundi ſymptomata datum. ergo ſi hęc tàm commoda, & vtilia ægri aſpernantur, & reſpuunt, oportet delirio teneantur peſſimo, dictaque ſuperius de cauſa tandem pereant, quod accidiſſe in quadam peſtilitate 3. in 3. Epid. ſcriptum legimus, eſtque ſymptoma hoc terrificis omnibus anteponendum, quoniam atra tunc vndique exundat ſubuertens, ac labefactans retrices corporum virtutes omnes. talis fuit Mulier in Thaſo apud frigidam aquam decumbens, quæ triſtis, inſomnis, moleſta, iroſa, mente melancholica, à cibis auerſum habebat animum. Nec minorem in delirantibus perniciem promittunt, quæ ad opem exhibita, malum adau-

adaugent. feritas enim tunc viget ſuccorum, nullis miteſcens blanditijs, imò ijs magis ſeſe exaſperans.

LIV.

Mentis aberrationes, voces clangoſa, lingue ſe conuellentes, ac ſimiliter tremula factę, mentem alienant. durities in his perniciosa.

99 MAlis hiſce adiunctæ Paracruſies, quæ mentis ſunt aberrationes tranſcurſu editæ, ideo denunciant, mox ad futuram ecſtaſim, ſeu mentis alienationem, quoniam offendentes ſucci ad atrabilariam vergunt naturam. nam clangoſæ, & acutæ voces fiunt ab ardore, & inareſcentia partium ſpiritalium ob præſentiam atræ exuſtæ, cuius vi lingua conuellitur, & contremiſcit, vt deſignet huiuſce humoris exundantiam, quæ facit, vt homines delirent vſque ad ferinam inſaniam. hæc enim ſunt Hipp. 4. Acut. Quum febrienti, inquit, lingua quarta die conturbata loquitur, & aluus billioſa liquida egerit, talis delirare ſolet. inſania autem tunc adeſt, quando ægri immaniter delirant, quanquam abſit phrenitis. quippe à ſola ſpirituum temeratione ſæuiter delirant ægri vlla abſque firma meatuum, locorumue afflictione. nam ſunt ecſtaſiæ, ait Hipp. quæ maniacos ſanant, quia diſtrahunt hæreſcentes ſuccos, quod in duritate, ſeu congelatione nequit contingere, quia tunc firmantur ſucci omnes, nec vllam ſubinde valent criſim ſubire; pernicioſa propterea in iſtis durities hæc.

LV.

Prędebilitatorum deliria peſſima.

100 PRædebilitati ſunt, qui imbecillitate magna facultatum motricum tenentur vitio edita inſtrumentorum: ſic enim aliàs Adinamiæ nomen. eſt autem infirmitas hæc delirio copulata, peſſima, quia ei eſt abſona. nam in delirantibus firmantur, & inualeſcunt potius, quam concidant motrices virtutes, quia ſpirituum adaugeſcit calor. ergo eiuſdem caloris adeſt morticinium, quod delirantibus peſſimum eſt ſymptoma, ſi hoc caloris morticinium pro cauſa agnoſcat, nam accidit quandoque in initijs morborum concidant motrices virtutes pondere preſſæ, & tunc leuamen aliquod ſperandum naturæ, artiſuè munere.

Qua

LVI.

Quæ in phreniticis frequentes fiunt tranſmutationes conuulſoriæ, prauæ.

101 Mirum equidem non eſt, ſi quæ ſunt ſuapte natura mala, cuiuſmodi phreniticorum conuulſiones; in contrarium identidem faceſcentia, praua fiant. nam, & quæ ſalutis ſpem promittunt, praua quoque euadunt, ſi frequentem habeant tranſmutationem. ſubeunt autem phreniticæ conuulſiones frequentem tranſmutationem, dum ægri conuelluntur, mox interquieſcunt, modoque hanc, illamuè aprehendunt partem propter turgentiam ſuccorum prauorum. nam ſtabiles phreniticorum conuulſiones lethales omnino; quæ autem mobilitatem habent, poſſunt noxioſitatem ad ignobiliora transferre nonnunquam cum ægrotantium ſalute, perinde ac accidit à febrili inualeſcentia.

LVII.

Phrenitici cum perfrigeratione ſaliuam fundentes, nigrum vomitum faciunt.

102 Delirantes, ac contremiſcentes fiunt ab atra phrenitici. quid autem ſit inde expectandum ſi inalgeant, nunc determinatum habemus, nigrorum ſcilicet vomitionem. quippe acceſſum deſignat atræ bilis in ſanguinem ipſa perfrigeratio: frequens autem ſaliuatio adeſſe liquationem arguit craſſorum iam ſtomaco, viciniſue partibus adiacentium ad citam vomitionem. Ergo quia phrenitici frigeſcentes ab atra laborant, dum ſigna vomitionum dant, nigra vtique erunt vomituri, & lethaliter quidem, ſi ſymptoma hoc fiat à morbi violentia. humor etenim ferinus quoquouerſum eiectus rapit protinus, vt ſcriptum eſt 4. Aph. 23. aſt ſi vomitus hi accedant, dum natura adhuc in ſuo robore eſt, aliquid de ſalute ſperandum. 2. enim Prorrhet. hæc ſcripta ſunt. Dolores, inquit, in humeris fientes, qui quidem ad manus deſcendunt, torporeſq. ac dolores inducunt, ijs abſceſſus non ſuccedunt, verum nigram bilem vomentes ſanantur. ſalutaris idcirco in vera phrenitide vomitus, quia atram bilem ſepto hæreſcentem educit, perinde ac maniacis facit ecſtaſis.

LVIII.

Qui ægrotant variè, & mente aberrant crebro, his prædicenda nigra vomitio.

103 Ægrotant variè tum ij, qui nunc grauibus preſſi ſymptomatis mox alleuiantur: tum qui contrarijs affliguntur malis. vigilant

gilant nempe, mox ſoporantur: nunc taciturni deinceps garruli ſunt: quam varietatem præſtat præſertim atrabilarius humor membro alicui non inhærens, ſed oberrans diuerſis modis ſanguinem offendit. hinc mēs viciſſitudinariè delirat ad præſagiendam mox ad futuram nigrorum vomitionem. quippe conſentaneum, vt inferæ partes atro ſint repletæ ſucco in ſuperas ſe efferente, dum prædicta infert mala, ſeque per vomitum expromit ad morbi ſeu lethalitatem, ſeu difficultatem deſignandam, quotieſcumq; nempe hæc primis occurrunt diebus. nam Homo à cæna calefactus, quum prima die nigra vomuiſſet, vndecima occubuit: Epicratis vero vxor vigeſima euomens nigra, poſt varia diſcrimina octuageſima tandem euaſit.

LIX.

Quæ exacerbantur conuulſorio modo ſunt catocha.

104 CAtochum eſt, tum quod indurat, obſtupefacitq; corpus totum ob diffuſionem bilis atræ: tum quod firmam affectionem inducit, & hac ratione firma, ac ſtabilis affectio omnis catocha eſt. illud quidem catochon apparet in primo vocato Typho, de quo Hipp. lib. de intern. affect. iſtud autem in hac exacerbatione conuulſorio modo facta interuenire poteſt. nam atrabilarij ſucci, dum prauas excitant vomitiones, plurieſq; exacerbationes faciunt conuulſorio modo; firmam habēt radicem alicui inhærentem viſceri, vt exin perennis ſit noxiorum ſuccretio ad conuulſorias exacerbationes edendas, & hac ratione exacerbationes conuulſorio modo fientes catochæ ſunt, hoc eſt firmiter fixam habēt paſſionem: vel etiam tandem veram pariunt catochem, dum atrabilariū ſuccum per vniuerſum corpus tandem diffundunt, vt ſubinde ſe congelēt membra, quod ad ingens facit promouendum diſcrimen, ſeu ad difficilem ſaltem ſanationem.

LX.

Parotides, quæ ſe attolunt in diuturnis, paruę. ſanguinis fluxiones, & vertigines inſuper apparentes, pernicioſæ.

105 IN exacerbationibus conuulſorijs, ait Hipp. 1. Prorrhet. parotides exurgunt. ſint autem hæ opportet paruæ ob contumaciam ſuccorum firmiter alicui viſceri hæreſcentium. non enim acuta eſt affectio hæc, ſed diuturna, quia aſſiduitatem motus non habet. in diuturnis autem pernicioſis propter contumaciam ſuccorum, & naturæ deficientiam aſſurgentes parotides paruæ ſunt. ergo & in exacerbationibus conuulſorijs, quæ phreniticis haud infrequenter occurrunt; aſſurgentes parotides

rotides paruæ erunt. Cęterum, dum paruæ iſtæ ſunt, doloroſæ quoq; & faſtigiatæ ſunt. ergo pernicioſæ, præſertim ſi poſt hæmorrhagiam, & vertiginem, vel dum hæc fiunt apparent, ſeu his iam factis hæ adhuc perſeuerant: motus enim hic naturæ eſt conatus aut non benè agentis, dum exiguum quid in incongruam partem deponit, ſe totum depleturum vtili iam incepta excretione: aut non obſeruantis rectum ordinem, quia prauarum aſſurgentium parotidum non auertit pericula bilioſa diarrhea, aut craſſarum vrinarum exitus, vt 3. in 1. Epid. proditum eſt. pernicioſæ ergo ſunt paruæ iſtæ aſſurgentes parotides in omnibus morbis, ſed præſertim dum vires languent ex diutina, ac pernicioſa afflictione.

LXI.

Febres vertiginoſę, & cum volulis, & ſine volulis, pernicioſę.

106 Vertiginis plura ſunt aput Hipp. vocabula. ſuperius ſcotoma. 4. Acut. dinon, nunc inligos dicta: vt multiplicem nempe vertiginis deſignet naturam. nam dinon eſt, dum viſa ſolùm circumaguntur. ſcotoma, dum cum rotatione viſorum tenebræ oculis obuerſantur: de inligos non perinde conſtat. autumat namq; Gal. capitis eſſe paſſionem pituita repleti, quod rationi diſſonat: inde enim non momentaneæ, ſed ſtabiles capitis naſcuntur paſſiones. Cęterum conſtat græcorum conſenſione paſſionem eſſe ſtomaci inligos cerebro impertitam, vt inde oboriatur vertigo. qua propter inligos vertigo eſt conſenſione edita partium inferarum, vt ex in viſorij turbentur ſpiritus, celeriq; gyro rotentur, quod pernicioſum eſt febrientibus ſymptoma deſignans collectionem adeſſe circa præcordia ſuccorum atrabilariam præſertim præſeferentium naturam, indeq; expectandæ erunt, aut nigrorum vomitiones, aut anxietudines peræquè lethales, ſit nec nè ileum inflammatum. Atrociſſimus porrò ilei eſt affectus, quippe qui alui libertatem comprimens, ſupremum ventriculum exonerat magno cum angore, & æſtu. hinc vehementes vomitiones ileodes dictæ, quoniam tunc compreſſa, ſeu inflammata tenuia inteſtina (raro namq; phlegmone tenentur craſſa) reuomunt ad ſupernas ingeſtos ſuccos. pernicioſæ ergo vtcumq; virtiginoſæ iſtæ febres, quia aut prauitatem ſuccorum, aut ilei inflammationem ſubeſſe deſignant, ſunt autem de vertigine hæc Hipp. 2. Prorrhet. Quoſcumque verò, inquit, vna cum doloribus vertigines corripiunt, malum ægrè exolubile, & furioſum eſt. quod ergo dolores, illud ipſum febres ſuperaccedentes committunt, vt de ſe patet.

Anhe-

LXII.

Anhelosis, ſi febris acuta poſtea incidat cum hypochondrij tenſione perfrigeratis; parotis magna.

107 QVi propter nimiam partium ſpiritalium oppreſſionem magnũ, & coactum ſpiritum ducunt anhelosi ſunt. opprimuntur autem ſic plerumque ſpiritalia membra, dum ab inferis ad ſuperas noxij reput humores: inde enim præcordia tenduntur, inalgent extima, & difficilis redditur ſpiratio, hæreretque in ſpiritalibus humor ſuapte craſſitie, ni acuta ſuperacceſſiſſet febris, qua ſucci attenuati altiora petunt, ac ſubinde magnum ponè aures tandem excitant tumorem. dum enim algent ægri ob craſſitiem ſuccorum ſpiritus opprimentium, non eſt de hæmorrhagia ſperandum; conſentaneum idcirco, vt craſſi hi vi febrilis ardoris à ſpiritalibus diſtracti humores ſurſum ſe efferentes, magnam edant parotim plerumque ad interitum: integrè enim in 1. Prorrhet. hæc ſcripta ſunt. Ex voluulis graueolentibus, inquit, in febre acuta, præcordijs ſublimibus diutius perſeuerantibus, abceſſus circa aures oborti occidunt. qua de re inferius.

LXIII.

Quibus in febribus dolores circa lumbos, & inferas partes fientes diaphragma contingunt, inferas partes relinquentes, pernicioſi, tum aliàs, tum ſi aliud ſignum prauum accedat: ſin minus empiema timendum.

108 PErnicioſas eſſe lumbales affectiones: pernicioſos dolores recurrentes ad ſuperas iam dictum. ergo pernicioſi erunt quoque dolores, qui lumbos, inferaſque iam affectas partes relinquentes firmiter deinceps diaphragma aprehendunt: id enim odines vocabulum, vt aliàs oſtenſum. eſt autem diaphragmatis paſſio hæc pernicioſa, tum quia diſcruciat impenſè: tum quia vicinas partes in conſenſionem trahit, indeque alia inſurgunt mala interitum prænunciantia, vt de phrenitide iam dictum. Sin autem praua adſint ſigna, ſuppuratio ſaltem expectanda, ſicque phrenitidis malum metaſtaſim factum, quum firmiter illuc hereat; empyema conſtituit, perinde ac letargicis accidit, vt inferius dicturus eſt Hipp. Pernicioſus ergo recurſus hic ſuapte natura, quia inde vel expectanda ſymptomata, quæ afflictæ partis, affligentiſque humoris propia ſunt: vel ſaltem poſt diutinam ægrotationem aduentabit empyema, dum

contumax eſt inhærens humor digeſtionem renuens, ſed ſuppuratum per quam facilè concipiens actione febrilis ardoris diu perſeuerantis.

LXIV.

Puerulis acata febris & aluus compreſſa cum vigilijs, & calcitrandi vis crebra: coloris item mutatio, & ruboris ſuffuſio, conuulſiſica.

109 LActentes, ac dentientes pueri ad vſque ſeptennium leui conuelluntur de cauſa, quod accidit, tum ob eorum ingluuiem: tum ob neruoſarum partium imbecillitatem: promptiuſque illi conuelluntur, qui quum ſint corpulentiores, copioſum, & craſſum ſugut à bibacula nutrice lac. huic autem malo anſam tribuit acuta febris, qua ſucci quaſſantur, feruntur ad intima, & exin aluus comprimitur, quod puerulis innaturale eſt, eam perpetuò fluidam habentibus. vigilant ergo tunc inſolenter pueri, variè in colores mutantur, rubeſcunt, eiulant, & calcitrant crebro. quæ omnia ſpirituoſum affligi deſignant ſanguinem, neruea ſque partes, vt inde conuulſiones prodeant. cæterum mala hæc puerulis ſuperaccedunt, tum ex vermium luxuriæ; tum ex cerebri doloroſa repletione, vt non ſemel in praxi obſeruatum.

LXV.

Affectiones ſtatim turbulentę, vigiles, nigra compacta egerentes, non nullis ſanguinem fundunt.

110 SVnt hæc mox ad futuræ hęmorrhagię ſigna. nam turbulentia fieri ſuccorum tranſitum oſtendit, vigilia æſtuantis caloris eſt ſoboles: nigra & compacta egeſtio calorem ſubeſſe arguit intimis venis firmiter inhærentem. quare, ſi hæc protinus exoriente morbo fiant; nonnullis hæmorrhagiæ promittunt euentum: illis nempe quorum ad id parata ſunt corpora. nonnullis etiam dictum, quoniam hæc & conuulſionum, & parotidum ſunt præſagia, ſi ſint ſoporia adiuncta, vt 1. Prorrhet. ſcriptum.

LXVI.

Affectiones cum vigilijs, & repentina inquietudine ſanguinem fundunt, tùm aliàs, tum ſi quid iam antea profluxerit. nùm & inhorreſcentes, qui modice refrigerati? at qui circa exacerbationem tuſſiunt, & parum exſudant malignum.

111 SI fiat cum ſuperiori connexio, dilucida euadit ſententia hæc: ſunt etenim omnia nunc recenſita calidioris humoris ſuperas in-

P uadentis

uadentis ſigna, quo in tranſitu leuiter turbatur mens: vigilant ægri, ponꝰ dereq; preſſi iactantur. conſonum ergo ſanguinem fundant, præſertim ſi is antea ſtillauerit, vt deſignet adfuturam hęmorrhagiam, quod etiam contingere datum, dum poſt criſimam ſtillationem ægri modicè inalgeſcentes horrent, hoc eſt poſt miteſcentiam febrilis ardoris, denuò inhorreſcunt. extat namque 2. in 1. Epid. obſeruatum, ægros ante ſalubrem hæmorrhagiam riguiſſe. aſt quia iſtud non omnibus, ideo problematicè dictum. cæterum ſi remoratus ſit hæmorrhagiæ exitus, ac exin ęgri tuſſiant, & parum exſudent, malignum id certè, quoniam firmantur tunc ad ſpiritalia membra ſucci, vt deinceps ſeu diaphragma, ſeu pulmones phlegmone fatigent, ſeu latus diutino tempore affligant.

LXVII.

Ad latus dolores, & ſuffocatione accedente, ÿ ſuppurantur.

112 HVmor pectori adherens tuſſiculę, & ſudaciuncularum author, ſi ſuffocantem adlatus excitet cruciatum, ſuppurationem parit. & eſt ſymptomaton continuata hæc ſeries, dum inſuperas ab inferis tranſeuntes ſucci, non hæmorrhagiam, ſed pectoris edunt mala, & quoniam firmiter dolet latus cum ſuffocatione, aut propio pectoris vitio, aut iocinoris, ſeu lienis conſenſione, vtrouis modo ſerbet cordis calor, & venæ atrabilario replentur ſucco, propterea pernicioſam ſuppurationem concipiunt, quorum latus cum ſuffocatione dolet.

LXVIII.

Quibus in continuis puſtulę per totum corpus erumpunt, lethale, ſi non ſiat purulentus abſceſſus. maximè autem circa aurem his fieri ſolet.

113 PEr vniuerſum corpus efflereſcunt puſtulæ, tum his, qui tabifico malo detenti, ad interitum properant: tum his, qui ad ſalutem ope iſtius iudicationis tendunt: tum demum his, qui pernicioſo affliguntur morbo. conſultò ea omiſſa ſunt corpora, quæ ſic à ſcabie, alijſue cutaneis fœditatibus puſtulantur, quia nihil ad propoſitum. qui puſtulas iſtas priori habent ratione, nullum aut ſaltem exiguum ab iſtis abſceſſionibus potiſſimum ponè aures factis leuamen ſumunt, ni erumpant, priuſquam ſit empyema conceptum, vt in Calcidonio. Qui per criſim puſtulantur, iſtis non ſunt abſceſſionibus indigi: quippe tollitur, vel ſaltem eximiè miteſcit febris poſt criticam hanc eruptionem. ergo poſtremi ſunt, qui, vt lethaliter laborant, ſic auxilium à purulentis iſtis abſceſſionibus

nibus experiuntur : etenim febris adhuc poſt hanc puſtularum eruptionē perſeuerat, quæ facit, vt ebulliant, & in corruptellam abeant ſucci non ſine diſcrimine, ni purulentus, ac notabilis fiat abſceſſus, qui corruptum humorem totum & excipiat, & expromat. tales autem abſceſſiones cõmodiſſimè ponè aures erumpunt, propter conditionem ſuccorum, & vim ardoris febrilis. dictum namq; ab Hipp. 2. Prognoſt. quod ſi laborauerint pulmones, & abſceſſus oboriantur ſecundum aures, qui in partibus inferis ſuppurunt, & fiſtulam conſtituant, integra inde valetudo expectanda.

LXIX.

In acutis exteriora perfrigerari, interiora verò ardere, & ſitire, malum.

114 QVod nunc malum, in Aphoriſmis lethale continuis adiunctum febribus. diuidium facit cauſarum varietas: algent quippe extima, dum intima & ardent, & ſitiunt; vel à nimio feruore, quo alibiles areſcunt ſucci, vt exin pereat extimarum calor, & cutis tenſa euadat, ſicq; ex ardente decedunt homines, vt proditum eſt ab Hipp. 1. de morb. Altera eſt ratio, qua cum interno ęſtu algent extima, dum viſcera ſunt à phlegmone, doloreuè aliquo afflicta, quod ſymptoma exitioſum eſt magnarum febrium, licet quandoq; repletionem ſolam deſignet noxioſorũ hypocondria, viſceraue prementium: & tunc licet terrificum ſymptoma; non tamen prorſus exitioſum, quia cauſa ipſa ſublata, deſiſtit protinus, quod ardentibus, ac leipyricis accidit. nam de ardentibus hęc 1. de morb. Qui à febre ardente, inquit, corripiuntur, ij internis quidem partibus à febre exuruntur: frigent vero externa, exaſperanturq; ab interno ſpiritu, & calore fauces, & lingua: quod autem in ventriculo bilis eſt, aliquando deorſum exturbatur, plerumq; verò in primis diebus vomitur aut in quatuor, aut in quinque. de leipyrica autem inferius dicturus eſt, non exolui hęc niſi acceſſu cholere. Nobile idcirco eſt illud Hipp. 4. Ep. documentum in febribus, inquit acutis ſiticuloſi à medicis potu interdicto, aut etiam à ſeipſis aſtinentes, multum ſibi bibere poſſe videntur: his aqua frigida data, vt reuomant, prodeſt: bilioſa enim aderunt.

LXX.

Febres continuę tertia quaq; die ingraueſcentes, periculoſę: quod ſi aliquando intermiſerit, febris, caret periculo.

115 SEruant tertianum circuitum continuę febres tertia quaq; die inualeſcentes; acutę proinde ſunt, nec ſine periculo inuadunt,

quia à bile recrementoſa naſcuntur, quę ſpirituoſo ſanguini adhæret vſque ad omnimodam febris deceſſionem. Aſt ſi hę, dum progrediuntur; intermittunt quadantenus, vacant à periculo, quia decedunt ab acutie, & in diuturnitatem labuntur, quæ diuturnitas decedens ab acutie minime diſcriminoſa eſt, dum alijs non ſe adaptat malis, quæ plerumque accidunt à recidiuis occurrentibus poſt demiſiones factas non criticis diebus, vt aliàs oſtenſum.

LXXI.

In longis febribus aut tubercula, aut in articulis labores fiunt, & ſi facti fuerint non ſunt inutiles.

116 TErtianæ febres, quæ etſi continuæ aliquo pacto intermittunt in diuturnitatem ductæ, ac aſſiduæ perſeuerantes iſtud tandem afferunt malum, quod ad inferos artus edunt abſceſſionem. nam, vt aliàs oſtenſum, vtiles fiunt abſceſſus in diuturnis continuis, & præſertim billioſis febribus ſæpè recidiuantibus, in quibus ob ſuccorum reluctantiam aliæ edi nequeunt ſalubres criſes, & propterea in articulis tubercula, ſeu labores plerumque occurrunt ad ſalutem, licet non ſine cruciatu, & diſcrimine. nec erunt iſtæ abſceſſiones inutiles, ſi præueniant hos diuturnos affectus, quia horum pericula ſeu ſubmouent, ſeu auertunt. hæc enim ſunt Hipp. 3. in 6. Epid. Decubitus, inquit humorum ad aliquem locum in quibus factos affectus liberat, in his prius ipſe factus, illos impedit. hinc cauteriorum vſus non inutilis certè in illis, qui improſpera alioquin valetudine vtuntur, vt inter Arabes diligenter prodidit Albucaſis, & nos ex Hipp. plenius in methodo curatiua morborum.

LXXII.

Capitis dolor in acuta febre hypochondrium reuulſum non facta hamorrhagia ad phrenitidem deuenit.

117 SIgnum anceps eſt in acuta febre hypochondrij reuulſio. opinionem namque futuræ hæmorrhagiæ cephalalgicis præbet, quia, raptum ſanguinis in ſuperas deſignat. cæterum ſi iſtinc hæmorrhagia non profluat, ægri in phrenitidem labuntur. nam reuulſum hypochondrium diaphragmatis denotat paſſionem, vt aliàs oſtenſum, quæ ſi non tollatur commoda hæmorrhagia, humor illuc hæreſcens phlegmonem facit, quod eſt phrenitidem inferre.

SE-

SECTIO TERTIA

De ſignis ab Ardentibus, alijſue magnis febribus deſumptis ad criſim facientibus.

I.

Febres Leipyricę non niſi cholera ſuperueniente exoluuntur.

110 FERIVM nomina multiplicia: ſumuntur autem tum à periodico circuitu, tum à qualitate caloris, tum à conſpicuo adiuncto ſymptomate, tum à parte affecta à periodico circuitu dicuntur febres tertianæ, quartanæ, &c. è conſpicuo ſymptomate ſunt ſingultuoſæ, pemphigodes, liuidę, &c. à qualitate caloris habentur adurentes, manu mites, &c. à parte affecta Typhodes, Grynodes, Elodes, & etiam Leipyricæ, quarum idea ſtat in quarundam viſcerum ſtabili affectione. nam, vt de Leipyricis agamus, quanquam in iſtis algeant extimâ, dùm ardent intima; iſtud tamen ardentibus quibuſdam competit. vera itaque Leipyricarum febrium idea ſtat in quadam ventriculi afflictione quam parit appulſus ſeu pituitæ corruptæ, ſeu aduſtæ, craſſæuè bilis, à quibus ſtomaci os inſtar eryſipelatoſæ cuiuſdam paſſionis affligitur, vt ſubinde, dum febris vrget, intima ardeſcant, ſed extima plerumque ſint marmore frigidiora, & hoc nobis expreſſum relinquit Aetius ſedulus antiquitatis obſeruator. Quod autem Leipyrica hæc febris ſit in cenſu diuturnalium fidem faciunt, quæ lib. de Iudic. ſcripta ab Hipp. leguntur. Reliquæ vero ardentes, inquit, ſecurę deſinunt ſeptima, aut decimaquarta die. ſolent autem, & in Leipyricam deuenire, & detinet maximè quadraginta dies, & in Epialium tranſit, & Leipyrica eadem quoque die corripit, & dimittit. fit autem & capitis dolor. ſi vero Leipyrica non demiſerit in quadraginta diebus, ſed producta fuerit, & dolor habuerit caput, & deliret æger, ipſum purgato. hactenus ipſe. hinc duo deſumas: vnum, quod ex ardente naſcitur Leipyrica, dum bilis iudicatorium non edit icterum, ſed ſua hęrens craſſitie, ventriculum offendit. Alterum, quod Leipyrica non acuta, ſed diuturna eſt: nam ad quadrageſimam & vltra ſe extendit, quotidieque corripit, & demittit, aliàs non poſſet tam diù perdurare, quum in ipſa ſumma adſit internorum afflictio. demittit ergo ea ipſa die, qua aprehendit, ſiue quotidie, ſiue alternis inualeſcat diebus: mirumque eſt, quod Gal. 4. Aph. 48. tradidit, in inter-

mittentibus hoc nunquam factum ſe vidiſſe; quum tam ſæpè noſtris hiſce temporibus id occurrat. Cęterum, quod febris hæc non niſi acceſſu choleræ deſiſtat, ex iam dictis compertum: nam ventriculo, viciniſue partibus adhærent biliosa, æſtuantia, & craſſa, illuc per periodos dełata non ſine turbatione. diſtrahuntur ſubinde hęc, ſummoque expelluntur conatu, vt diuturnitatem, & contumaciam tollant, & hoc perbelle facit choleræ ſymptoma, dum quoquouerſum biliosa, & liquida deijcit, ſi ipſa cholera humida eſt. nam de ſicca ſuperius dictum, quæ nihil ad Leipyricas facit. Leipyricæ ergo febres non niſi humida ſuperueniente cholera exoluuntur, quia per hanc ſolam ſtomaci eryſipelatoſa, præcordiorumuè tollitur afflictio, idque non vnicus integrè facit cholerę impetus, ſæpè in praxi obſeruatum.

II.

Icterus ante ſeptimam diem aduenieus malum. ſeptimo vero, ac nona, & vndecima, & decimaquarta iudicatorius, ſi non induret præcordia: ſin minus, anceps.

119 A Non facto in ardentibus biliosis critico ictero Leipyricæ naſcuntur febres, quæ mox choleræ acceſſu deſiſtunt, vt ſic altera non facta bilis rependatur commotio. eſt autem criſimus icterus, qui fit ipſa dominante natura propelente noxium ab vtilibus per coctionem ſecretum. minime propterea bonus icterus eſt ſeptimam pręripiens, quia tunc non eſt naturæ opus per vltimam coctionem alienum ſecernẽtis, ſed eſt motus ipſius bilis ſuapte orgaſmo reptantis ad extima, quum potius ad aluum flectere curſum ſuum debeat, licet ſymptomaticè, nec ſine diſcrimine, minori tamen cum moleſtia. malitiam ergo eruptio hæc ſecum gerit, & affert quoque lethalitatem, dum ipſi grauia ſeſe adiungunt mala, vt de ictero abundè colorato iam dictum. Cæterum quanquam indicatorius ſit icterus ſtato tempore editus; anceps & hic nihilominus, dum præcordia adhuc manent dura, ſeu deinceps indureſcunt. nam in viſceribus ſubſunt inquinamenta, quæ & recidiuas edunt, & perennes ſuggerunt noxioſorum ſuccretiones priorem morbum ſeu renouantes, ſeu alium proferentes, ſi non lethaliorem, difficiliorem ſaltem.

III.

Frequentes per eadem relapſus, qui circa iudicationem ſunt vomitores nigrorum vomitum faciunt: exiſtunt etiam tremorifici.

120 E Xtat ab Hipp. 4. Epid. obſeruatum viguiſſe in quadam tempeſtate icteros, qui non ſincerè iudicabantur, ſed amabant reuerti,

nerti, quod accidiſſe conſtat, vel quia bilioſus ſuccus à cute in intimas remeat denuò ſe effuſurus: vel quia poſt iam effuſi euaneſcentiam, denuò è viſceribus bilis ſuccreſcit. vtraque enim ratione reuertentes fiunt icteri. nam Soror Temenis iudicata manſit cum rigore, ſed viridis pallor citò deſijt, ideoque alia redierunt mala, quæ propia bilis ſe per extima diffundentis ſunt. De altera etiam reuerſionis occaſione extant quotidiani euentus, præſertim in his, quibus fellea veſica eſt repleta lapillis extemporaneè cholidochon ductum intercipientibus. quod autem de ictero dictum, idem in alijs accidit morbis relabentibus in idem, quia nempe vniuſmodi humor eſt, qui morbum antea commiſerat, denuò eundem promptutus iiſdem de cauſis. faciunt autem iſtæ affectiones in idem relabentes tandem nigrorum vomitionem, dum propè iudicationem ægri nauſeabundè affliguntur: nam per frequentem in idem relapſum craſſeſcit, & vſtionem ſubit bilis: mobilis tamen hæc eſt, vt interquieſcat, & reaſſurgat, ac quum talis eſt, promptiſſimè ſtomacum offendit, & prope iudicationem nauſeabundè prorritat, vt nigrorum vomitionem vberem tandem excitet. Porrò iſtis vomitionibus anteueniunt, & inſequuntur tremores: anteueniunt ad futuram præſignandam prauorum vomitionem, ſoluunturq. noxio iam excluſo: ſequuntur ad lethalitatem promittendam, vt faciunt conuulſiones à virulenta veratri facultate exortę.

IV.

Qui in tertianis febribus dolores exacerbantur, tertianarum generis morbum faciunt, & grumoſum ſanguinem egerunt.

121 INſurgunt haud infrequenter in tertianis continuis dolores tam ſæuiter lumbos diſcruciantes, vt ſi permanerent diutius, ęgrum miſerabiliter, ac ocyus conficerent. ſed demittunt, iterumque inualeſcunt per febriles periodos. vult ergo Hipp. quod vehementes iſti dolores in tertianis ſeſe oſtendentes febribus morbum diuerſum à natura febrium tertianarum non conſtituunt, ſed eundem ſeruant ſtatum, & per eoſdem tertianos procedunt circuitus ad bonam, ſeu malam criſim, quia nimirum ab iiſdem pendent bilioſis ſuccis ſæuiter affligentibus ſanguinem venis hæreſcentem lumbalibus. tales autem cruciatus grumoſi ſanguinis tandem faciunt egeſtionem ratione inferius adducenda, dum de lumborum paſſionibus, vbi eadem hęc verba occurrunt.

V.

In febribus venarum quę ſunt in collo pulſus, & dolor dyſenterię habet euentum: & crebra mutatio coloris in colorem, vtilis.

122 DYſenterici fiunt ægri plerumque à capite, dum remoratus hęmorrhagiæ exitus ad inteſtina curſum flectit. quocirca in curanda dyſenteria, capitis depletionem optat Hip. ne deinceps prolabantur ſucci dyſenteriæ effectores. feruntur autem cruenti humores à capite inteſtina per ſinus, qui collum: & lumbos irrigant: nam recrementa, quę per infundibulum in ſubdita membra labuntur gutturis, partiumque ſpiritalium potius, quam infimi ventris promunt vitia. ceruicis ergo venæ cruentum hunc excipiunt humorem, eoque vbertim ſe replent, dum pulſant, & dolitant ob ardorem & diſtentionem, quod illis pręcipuè accidit, quibus ob decreſcentem ętatem, aliaſuè occaſiones denegatus eſt hæmorrhagię exitus. Cęterum vt terrificę ſunt illæ dyſenteriæ quæ perpetuò vniuſmodi humorem meracũ proferunt: ita ſpem aliqualem promittunt, quę calorem viciſſim mutatum exhibent. dum nempe, quod ſanguinolentum prius erat; pallidum, aut ſubalbidum euadit: quod meracum, ſuo deinceps ſero diluitur. ſunt etenim hæc Hipp. 2. Aph. 14. In profluuijs, inquit, alui mutationes excrementorum iuuant, niſi ad mala mutatio fiat.

VI.

In bilioſis ſpiritus magnus, & febris acuta cum hypochondrij tenſione, parotidas facit.

123 MAlum præcordijs hærens, dum ſeſe in thoracem transfundit, coactam, ſed magnam reddit ſpirationem. at in acuta febre, bilioſaque temperie commotus humor ſuperas petit, & pone aures abſcedit, non habens per hæmorrhagiam exitum, quod accidit, dum tenſio hypochondrij adhuc manet, ſeu coacta eſt poſt tenſionem ipſa ſpiratio. quod enim inſuperas elatum ſpirationem incommodat, craſſius vtique eſt, quàm conueniat ad hæmorrhagiæ profuſionem: parotidas idcirco edit, ni denuò recurrat, vt dyſentericum fluorem, ſtrangurioſamque mictionem faciat.

Qui

XII.

Qui ex diuturnis ſe refocilliantes benè cibum capiunt, nec proficiunt, recidiuant malignè.

124 PEreunt nectarei ſucci, conciduntque virtutes tum in acutis, tum in diuturnis: aſt citò gracileſcentia corpora, citò reficiuntur, tardè vero decidua, tardè quoq. reaſſurgunt. inde eſt, quod reualeſcentes à diuturno morbo ſuis in refectionibus maioribus ſunt cautionibus indigi, quia non confertim, ſed ſenſim ſuum ad naturalem debent ſtatum redire. cæterum ſi hi refectioni ſtudentes benè cibum capiunt non ſine appetitione, congruaque vtuntur dieta, aſt nihilominus non proficiunt in refectione virtutum, carniumuè; neceſſe eſt, vt tandem in malignam incidant recidiuationem, quippe profectus non experiuntur ij aut alimoniæ vitio, aut ſuccorum intus exiſtentium prauitate. aſt alimoniæ vitium mutatione emendatur dieta; non ſic prauitas ſubſtantium ſuccorum: nam viſceribus hæc hærens accedentem alimoniam corrumpit, totumque temerat ſanguinem, ideoque nec ſpiritus reuiueſcunt, nec carnes ſubſtantificis amqlius irrorantur ichoribus, quæ vt praua ſunt relicta à morbo germina, ſic prompta ſunt recidiuationum auſpicia, malignitatem vtique promentia, quoniam vires ex anteacta prauitate languent, nec ab vtilibus opem vllam recipiunt.

VIII.

Quibus in febribus venę in temporibus pulſant, & facies robuſta, prę-cordiumque non molle, diuturnum. nec illa quieſcunt, niſi larga prorupta hęmorrhagia, aut ſingultu, aut conuulſione, iſchiadicouè dolore.

125 DVm inſtar bona ſeu mala criſis, & corpus liqueſcit promptè, & facies attenuatur. Ergo dum manet corporis habitudo bona, abeſt à morbo illa acuties, quæ & momentò diſſipat vires, & membrorum abſumit latices. Porrò habitudo hæc bona præſertim in facie ſplendet, quæ non vultuoſa, ſed benè valentium ſimilis eſt, ideoque diuturnitatis dat præſagium, potiſſimum ſi tempora pulſent, nec molle ſit præcordium. quippe pręcordij hęc tumiditas congeſtionem arguit ſubtilis craſſorum, horumque in ſuperas propagationem deſignat temporum pulſus, vt virium conſtantiam, mitemque ſanguinis conditionem promittit faciei vigoroſitas, quæ cuncta diuturnam fore affectionem oſten-

oſtendunt, ni aut larga profluat hæmorrhagia præſignata temporum pulſu, & hypochondrij tenſione: aut morbus ſe in alium commutet, ſi ſanguinis præpediatur exitus, indeque noxius ſuccus ſeu in pectore delatus quartum edet icterum, in quo ob pituitæ exundantiam ægri, ait Hipp. lib. de int. affect. ſingultiunt laborioſè: ſeu viſceribus hærens veneris conuulſoriam faciet elationem: ſeu tandem vaſorum conſenſione tormentoſè ad iſchiæ articulum decumbet, vel mictionem ſtrangurioſam reddet, vel aluum ipſam torminibus diuexabit. hæc eadem 6. in 2. Epid. ſic. ſi venæ, inquit, pulſauerint in manibus, (& hic arteriarum pulſus propè manus, correſpondet pulſui arteriarum temporum) & facies ſana, & robuſta fuerit, & præcordia non fuerint mollia, diuturnus fit morbus, qui ſine conuulſione non ſoluitur, aut hæmorrhagia larga, aut dolore ad coxas.

IX.

In ardente ſi aluus profuſè eruperit, lethale.

126 NVnc de ardentibus quædam: aſt quæ nam hæc, & quibus donetur conditionibus partim ſuperiori volumine, partim propio morborum opere oſtenſum. illud accipiamus, vt veriſſimum, liquari in ardentibus tum carnoſas partes, tum alibiles & recrementoſos ſuccos, quæ liquamenta in aluum delata liquidas deiectiones promouent, nullum adferentes leuamen, quia innaturalibus ex occaſionibus editæ, & coctionis opus prorſus incommodant, & viribus quam maximè infeſtæ ſunt, ideoque certam lethalitatem promittunt. Tali, inquit, Hipp. 4. Acut. loquens de ardentibus, ſi è naribus ſanguis non fluxerit, aut abſceſſus circa collum fiat, aut crurum dolor, aut ſputa craſſa ſpuerit (hæc autem ſuppreſſa aluo fiunt) aut coxæ dolor, aut pudendi liuor non iudicatur, &c. nulla ergo ſalutaris expectanda eſt criſis, dum aluus profuſè deijcit: ſine criſi autem aliqua non ſoluitur ardens, ergo in ardentibus aluus profuſè erupta lethalitatem ſignat.

X.

Ex alui dolore conſtanter manente, febris ardens pernicioſa.

127 LIbuit Hipp. textum meliorem reddere, & loco ἐπίπονα reponere ἐπιπολῆ leuis quidem diſpunctio, ſed quæ ad huiuſce ſententiæ veritatem multùm facit: ſuperius enim dictum à vehementi dolore naſci febres diuturnas. ergo magis diuturnæ erunt, quæ inſurgunt

gunt

gunt à laborioſo ventris dolore. Aſt à firmo ventris cruciatu ardenter febrire, voluuloſam arguit adeſſe affectionem, cui ſitis, febris,& bilis vomitus (ardentium quoque notæ) ſe adiungunt, vt ſcriptum eſt lib. de affect. Ergo eſt ſtabilis alui dolor, à quo ardens oboritur; voluuloſa afflictio, quæ die ſeptima rapit, ni vegeta virtus malum eliminaret profuſa diarrhea, quæ lethalis vtique eſt, dum vires languent. fortaſſis, inquit, Hipp. 3. de morb. & infera aluus ſoluta ipſum occiderit.

XI.

In ardentibus, ſi aurium ſonitus accedat cum viſus hebetudine, & narium grauitate, mente alienantur melancholico modo hæmorrhagia non facta.

128 Vitioſus exundans in ardentibus ſuccus tempore, & modo debito non eiectus atrabilariam induit naturam, indeque melancholica naſcitur ecſtaſis, quæ mox ferina euadit. Eijcitur autem promptè per hæmorrhagiam, quia tunc ſpiritus æſtuantes celeri motu feruntur, ſuntque venturę hæmorrhagiæ prænuncia ſigna aurium ſonitus, viſus hebetudo, & narium grauitas, vt ex aliàs dictis conſtat. tardatur verò hic exitus, dum ſanguis atram conditionem aſſumit: nam hæc ab ardore innaturalis reddita omnium viſcoſiſſima euadit. hinc melancholico modo mens ipſa aberrat, cum merore nempe, taciturnitate,& quiete,vt in quadam morboſa tempeſtate contigiſſe 2. in 1. Epid. narrat Hipp.

XII.

Ardentium tremores amentia ſoluit.

129 Tremoris cauſa, ait Hipp. 1. de morb. & lib. de Flat. ſanguinis eſt perfrigeratio, & quies. alget autem, & quieſcit is, tum ob pondus noxioſiorum. tum ob paupertatem ſpirituum. iſtis namque de cauſis vires ad integram motionem inhabiles redditæ tremere ſinunt motus dicata inſtrumenta: mens autem percellitur nimia plerumque caliditate, qua celeri motu feruntur ſpiritus. tremoris ergo, & delirij plerumque diſſonæ ſunt affectiones, ſed quandoque ſeſe excipiunt,quoniam à delirio tremores naſcuntur lethalitatem promittentes, dum nempe à nimia caliditate diſperguntur ſpiritus, abitque in corruptellam ſanguis, & tunc amplius nequit inualeſcere delirium, quia ſpiritibus deſtitutus ſanguis pauſat tunc, nec motum celerem habet. hinc eſt, quod phrenitici conticeſcentes, & ad exitium properantes reſipiſcunt quandoque, nec

tam

Digitized by Google

tam immaniter delirant ad obitum vſque. Aſt ſi tremoris cauſa ſit vbertas ſuccorum intimis hæreſcentium, tunc quieſcit, ac tollitur tremor amentiæ accuſſu, quia corpus tunc diuerſam nanciſcitur habitudinem ab ea, quam habebat, dum tremoribus fatigabatur. & hoc eſt, quod voluit Hipp. ſolui tremores in ardentibus amentiæ acceſſu, eſtq. minus periculoſa in ardentibus amentia, quam ſint ipſi tremores, quoniam mens turbata criſim quandoq. promouet, tremores ſolitariè ſumpti nunquam. ſunt enim deturbationibus hæc Hipp. 6. in 6. Epid. mente motis, inquit, laterum deſinunt dolores, quibuſdam febres, quibuſdam non, ſed cum ſudoribus, quibuſdam autem cum turbatione, &c. eſtque annotatum Pythiona ab initio contremuiſſe: acceſſu deinde delirij iudicatur is decima copioſo ſudore. pendent enim tremores iſti ab vbertate ſuccorum viſcera aggrauantium, quorum pondus dimouet amentia inde ſecuta, dum cit, & calefacit ſanguinem, illumque ſubinde parat ad vtilem hæmorrhagiæ ſeu ſudoris excluſionem.

XIII.

In ardentibus hęmorrhagia quarta die, malum, niſi quid boni acceſſerit: quinta minus periculoſum.

130 HAemorrhagiæ ſtatum tempus in acutis præripientes non ſunt iudicatoriæ, propterea malæ, harumq. malitia pendet à ſanguinis meracitate, quia tunc opus naturæ non obſecundant, tales ſunt quarta præſertim die factæ, niſi bonum quid eis ſe adiungat, cuiuſmodi eſt concoctum apparens in vrinis, quod præſignat ſolutionem ſeptima die ad futuram, & hoc præcipuè laſſitudinoſis accidit febribus lotium multum, & craſſum proferentibus, vt ab Hipp. 3. in 2. Epid. extat obſeruatum. vrina ergo concocta prodiens quarta die cum hæmorrhagia illud eſt bonum, quod vitium præreptæ effuſionis emendat. Quinta verò die facta hæmorrhagia minus periculoſa eſt, vt ſuperiori volumine oſtenſum, ac licet minus adferat periculi, non omnino ſalubris eſt. nam Meto hæmorrhagia iudicatus quinta die, vigil deinceps, delirus, & tenui cum lotio manſit, fueruntque in eo per quam opportuna capitis lauacra aditum ſanguini præbentia. eſt enim aureum Hipp. 2. de morb. monitum, non eſſe caput lauandum ijs, quibus eſt hæmorrhagia, niſi hæc à debita quantitate deficiat.

Qui-

XIV.

Quibus ardenter febrientibus modicè perfrigeſcentibus crebrę deiectiones, aquoſę, biliosę erumpunt, oculiq; peruertuntur malum, tum aliàs, tum ſi ſtupidi fiant.

131 TEnues, & aquoſæ alui egeſtiones in ardentibus plerumque lethales, ſed quandoque non omnino malæ. lethales, quia proferunt incocta, & aliarum vtilium excretionum occaſionem auertũt. non omnino malæ, ſi loco ſperabilis hæmorrhagiæ ſeneſcentibus accedant, moderatè profluant, & reliqua in bonum conſentiant, præſertim ſi non à liquatione, ſed à crudoris naſcantur congeſtione, vt in Perintho. Liceat autem totam illius ſtatus ardentium conſtitutionem apponere quia plura inde notatione digna. 3. itaque in 2. Epid. talia leguntur. In Perintho, inquit, circa ſolſtitium fermè æſtiuum venimus. facta eſt autem hyems clementi cælo auſtrina. ver, & æſtas valde ſine aquis vſq. ad pleiadum occaſum, nam ſi quid etiam aquæ cecidiſſet, id erat veluti minutæ roris guttæ. & Aetheſiæ non valdè ſpirarunt, & qui ſpirarunt, diuulsè id fecerunt. Aeſtate febres ardentes populariter graſſatæ ſunt multæ. Erant ſine vomitu, & alui turbatæ ex tenuibus aquoſis, non bilioſis, ſpumoſis multis, quæ aliquando depoſita ſubſidentiam habebant. ex quibus ſanè id etiam quod ſub dio noctu exponebatur, ſimile erat. æquales ſemper alui ſeceſſus, malum. in his multi ſoporoſi erant, & mente moti, hi vero ex ſomnis tales fiebant. quum autem ſuſcitati eſſent, omnia intelligebant. ſpiritus ſublimes non tamen valdè. vrinæ tenues quidem plurimis, & paucæ, aliàs autem non decolores. ſanguinis eruptiones è naribus non fiebant niſi paucis, nec parotides, de quibus poſtea ſcribam: neque ſplenes attolebantur, neque dextrum præcordium, neque doloroſum valde, neque fortiter intentum erat. Erat autem quid, quod iudicationem faciebat, & maximè iudicabantur omnia plerumque circa decimamquartam diem, pauca cum ſudore, pauca cum rigore, & valdè paucis recidiuæ fiebant. at vero ſub minutas veluti roris guttas, quæ in æſtate fiebant, apparebant ſudores. in febricitantibus etiam quidam ſudores ſtatim ab initio fiebant, non tamen maligno modo, & quibuſdam etiam ſub hoc tempus iudicatio facta eſt cum ſudore. fiebant, autem in febribus æſtiuis circa ſeptimam, octauam, & nonam diem aſperitudines in cutim miliaceæ culicum morſibus maxime ſimiles, non valdè pruriginoſæ. hæ perſeuerabant vſque ad iudicationem. nulli equidem maſculo tales erupiſſe vidi: mulier autem nulla mortua eſt, cui hæc fiebant. &

grauj

grauі auditu prӕditӕ, & ſoporoſӕ erant. prius autem non valdè ſoporoſӕ erant hӕ, quibus illӕ adfuturӕ eſſent. non tamen in totum durabant, verum ſoporoſӕ erant, & ſomnolentӕ per æſtatem, & vſque ad pleiadum occaſum. poſtea vero magis vigiliӕ aderant. ſed nec in totum ab hac conſtitutione moriebantur. aluum igitur per cibos ſiſtere non dabatur, imò prӕter rationem putaſſet quis mederi conducere, etiamſi mitius multa quibuſdam prodirent per hoc, quod in frigido quis iaceret ſtrato ſuppoſito. nam vlcerat quidem frigidum: calefacit autem ciuſmodi ſpecies ſenſim progrediendo, adhuc magis, etiamſi nulla afflictio naturӕ accedat. hactenus ipſe. traxit itaque ſtatus hic ardentium originem ab auſtrina conſtitutione diù perſeuerante ſine pluuijs, corpora ſubinde langueſcebant, aures obſurdeſcebant, aluoſque humectas deponebant aquoſa, ſpumoſa, & multa, quӕ licet ſuapte natura mala, in iſtis tamen ӕgrotantibus haud inopportuna erant, imò non ſine ratione aliquando prorritata eſt aluus, dum minus quam par erat, egerebat, quod aliquibus abſonum viſum, quum in febribus ardentibus lethalis ſit alui profuſio. ſed hoc veritatem habet, dum propter liquationem ſuccorum, partiumuè ſolidarum tenuis, bilioſa, & praua eſt alui egeſtio. notanter idcirco dictum, aluum deijeciſſe tenuia, aquoſa, ſpumoſa, multa, ſed non bilioſa, quoniam bilioſa ſi tenuis, & aquea in ardentibus eſt, malitiam ſecum perpetuò gerit. nam quӕ ſemper ſunt ӕquales ſpecie, ait ipſe, malӕ habentur: tenues verò, aquoſӕ, & non bilioſӕ deſignant ſolam adeſſe exundantiam cruditatum primis hӕreſcentium vijs, ideoque non omnino mortiferӕ, licet malę, ſi crebriter erumpant, prӕſertim in illis ӕgrotantibus, qui modicè perfrigerati obſtupeſcunt, peruerſoſque habent oculos quippe & caput, & viſcera haud exiliter tunc opprimuntur à cruditatum exundantia, quӕ non poteſt non inferre perniciem, ſi diù maneat, vt ex aliàs dictis conſtat.

XV.

Febres ardens rigore accedente ſoluitur.

132 NOn conſentit ardentibus rigor, propterea his ſuperaccedit ad ſalutem, vel ad interitum. nam in virium languore prauis cum alijs ſymptomatis editus lethalitatem: bonis cum inditijs, dum ipſa imperat natura, ſalutarem criſim denunciat, quia inde ſequitur ſudor, quo tolitur ardens, prӕſertim ſi huic hӕmorrhagia prӕuenіat, vt proditum ad Hipp. 2. in 1. Epid. circa iudicationem, inquit, igitur rigebant, maxime ij, quibus ſanguis erupiſſet: ijdem verò poſtea inſuper rigerunt, &

exſudarunt. ſuperrigent namque dum ichoroſæ humiditates citantur deinceps, vt ſudore exeant, quod vſu venire in febribus ad ſalutem properantibus conſtat. nam rigores tendentes ad exitium nullum comitem habent ſudorem debitis modis, ac temporibus erumpentem.

XVI.

Ardens recidiuare ſolet, & vbi per dies quatuor ſignificationem de ſe præbuit exſudat: ſin minus ſeptima.

133 INtima ſic in ardentibus ferbent, vt plerumque poſt ſolutionem in ipſis quid maneat, quod eſt vel recidiuationis, vel mutationis in Leipyricam febrem author. ſupperrigent propterea ardenter febricitantes poſt ſalubrem hæmorrhagiam,vt vtilem mox ſudorem excludant: ſic & ab ictero relabuntur, vt alijs ſanentur excretionibus. ſunt autem recidiuationes iſtæ plerumque ſalutares, quia bonum adfuit, quod primam fecit ſolutionem. ergo ſi dent iſtæ febres recidiuantes ſignificationem de ſe ipſas, hoc eſt concoctum à recidiuatione lotium proferant, ac rigorem præmandant quarta à recidiuatione die; ſolutionem vtique habebunt per ſudorem vbertim effuſum, quia refecti ſpiritus quod in vaſis carnibuſque tenuiſſimum relictum eſt, promunt ſudore. nam ſi reſidua, quæ à priori fuere ſolutione relicta craſſitie hærerent, aut nulla iam facta eſſet criſis, aut ardens in Leipyricam degeneraſſet, ſuæque mox ad futuræ ſolutionis ſigna haud proferet. modo quia per quatuor à recidiuatione dies ſolutionis ſigna demonſtrat, ea ipſa die quarta complementum criſis habebit. aſt ſi poſterius quarta nempe die ſolutoria ſigna ſe prodant, non niſi ſeptima expectanda erit ſolutio, vt ſic integer fiat alimentorum circuitus. ſunt autem de iſtis ardentibus recidiuantibus obſeruatione digna Hipp. verba hæc lib. de iudicat. Quum recedit, inquit, ardens febris plerumq. etiam exſudat, & ſi reuertens tot diebus detineat, quot prius, etiam recidiuat tertio, ſi non impari die demiſerit reuerſa. corporibus quippe eadem imponitur labes per eũdem temporis ſpacium. vtque labes relicta à priori ſolutione relapſum fecit, conſentaneum, vt relapſus tantundem expoſcat temporis ad ſui ſolutionem, quam tertiæ reuerſionis neceſſitatem tolit ſolutio facta in die impari, quia tunc integrè ſe habet naturæ opus ad excluſionem, quum aliàs dictum ſit quod viſcera demittunt aliena, præſertim biliosa, die impari.

Ar-

XVII.

Ardenter febrientes iudicant quatuordecim dies ad interitum, vel ad ſalutem.

134 APponitur tempus hoc, non quod ardens omnis hunc integrum dierum ad ſui ſolutionem expectet terminum, ſed quia metam hanc ardentes non tranſiliunt, ſi verè ſunt ardentes. habentur enim in acutorum cenſu, quorum vltimus terminus dies eſt quartadecima. ſolent autem ardentes plerumque ſeptima die ſolui, niſi atrabilarium expromant humorem plerumque ad interitum; vt enim non benè ante ſeptimam ſoluuntur, ſic vlterius protractæ diſcriminibus ſunt plenæ, vt ex aliàs dictis conſtat.

XVIII.

Ax ardenti ſi fiat parotis non purulenta, non valde ſeruantur.

135 ERuptio parotidum cum ipſis non conſonat ardentibus, quia ſuapte natura hæ ſudore, & hæmorrhagia finiuntur. accidunt nihilominus propter conditionem ſanguinis in cerebro exiſtentis haud infrequenter in iſtis febribus loco hæmorrhagiæ parotides, quæ, quia ſuapte natura infidæ, mali quid promittunt, quum retroceſſionum prompta immineant pericula. vnum ſolùm eſt, quod malum auertere poteſt, prompta nimirum horum tumorum ſuppuratio, promentium ſubinde pus copioſum. ſic enim vbertas noxioſorum ſe deplet, retroceſſioniſq. tollitur occaſio, quia hoc naturæ opus eſt dominantis, dans ſalutis ſpem aut per continuatam noxiorum excluſionem, aut per acceſſum ſudoris firmiter ardentem diiudicatis, vt ſuo loco plenius.

XIX.

Letargici contremiſcunt manibus, ſomnolenti, decolores, tumidi, pulſus tardi ſunt, & partes ſub oculis ſublimes habent: ſudaciuncula inſuper accedunt, bilioſaque aluus profuſior intumeſcit. quam ſi aridiorem fortè habuerint; attamen vrina, & fæces iniuſſa clam agro ſuccedunt. vrinę iumentorum ſimiles potus nec aliud quicquam ſibi dari poſtulant, poſtquam verò reſpuerint, ceruicem doloroſam habere dicunt, ſonoroſque flatus per aures erumpere. qui verò ex lethargicis ſeruantur, plerumque empyematici fiunt.

136 COmeant, & ſe adiungunt acuti morbi adeò, vt non quam eos difficile ſit interſtinguere. quippe à vitioſitate omnes pendent

par-

partium ſpiritalium, quæ in vno, arctiſſimoque ventre locata, paſſionem ſubinde confundunt. inde eſt, quod ardenter febricitantes plerumque phrenitici, aliàs letargici, ſeu peripneumonici euadunt. de letargo autem acturus Hipp. prius quæ in ipſius letargi viſuntur acumine, percenſet, mox. quæ poſt ſolutionem impreſſa manent: ac tandem in quem morbum plerumque deſinat affectio hæc. Letargici, inquit contremiſcunt manibus, tum ob prorritationem nempe neruoſarum partium: tum ob ſpirituum oppreſſionem, cuius oppreſſionis ſoboles eſt ſopor. Eorum facies decolor, & tumida euadit propter exundantiam pituitæ excoctionem ſubeuntis: tum etiam ob deficientiam ſpirituum, ea ipſa ratione qua meticuloſi pallent, rubent audaces. pulſus tardi ſunt, quia vitalis facultas pondere grauatur, tumentque pulmones nimia humiditate diſtenti, qua de cauſa peripneumonicorum pulſus molles ſunt. intumeſcunt partes ſub oculis, perinde ac accidit tumulentis à nimia flatuoſi ſpiritus vbertate, indeque lagophtalmi fiunt. ſudaciunculæ exeunt incoante quidem morbo ob caloris oppreſſionem: ipſo vero iam progreſſo propter eiuſdẽ internectionem. profuſa, bilioſaque aluus intumeſcit: profuſa quidem copia humoris à capite pectoreque dilabentis: ſed bilioſa ab acuto ardore, quo ſucci liquantur. intumeſcit ſubinde aluus, dum exundant flatus, qui tumidam aluum reddunt, perinde ac accidit hydropicis febrientibus, ac profuſè deijcientibus. iniuſta eſt lotij, & fæcum excretio vitio voluntatis, quia ſunt inſtrumenta iſtis operibus inſeruientia ſeu pondere grauata à diaphragmate ſubſidente, ſeu quadantenus reſoluta ad perniciem oſtendendam, potiſſimùm, ſi quod excernitur, prauum eſt. vrinæ etenim excretæ plerumque ſunt iumentorum ſimiles, quoniam eſt hoc ſoporoſis affectionibus propium. ex hac voluntatis amiſſione accidit, vt nihil poſtulent ægri, ſeu poſtulata recuſent, quia letargicorum idea in celeri eſt poſita obliuione, quæ in grauiſſimum tranſit ſymptoma, ſi vtilium auerſionem pariat. hæc ſunt, quæ ipſi vigente letargo occurrunt. dum autem ad integritatem ægri deueniunt, tunc eorum ceruix doloroſo ſenſu affligitur, tinniuntq. aures. quippe fluxio hæc in pectoris vaſa fertur per ceruicis ſinus: dolet idcirco ob diſtẽtionẽ ceruix, & propter aeris turbatũ motũ tinniunt aures, quæ malaobliuione iam, & ſopore occultata, ſe exerunt mox, dũ reſipiſcunt ægrotantes. Cęterũ empyematis acceſſu plerũq. ij ſeruantur, dũ nẽpe letargus naſcitur ab exũdanti pituita, quæ ſe in ſubditã thoracis capacitatẽ colligat, nec liberam, liberalemq. anacatharſim habeat. nam in altero ſputio letargo morbificus humor promptè ſe deponit, aut in inferam aluum, aut in vrinariam veſicam, aut ponè aures abſcedit, vt in propia hac de re tractatione, per ea quæ ab Hip. dicuntur paſſim fiet.

Q Qui-

XX.

Quibus in febribus ſine iudicatione tremores ceſſant, ijs temporis progreſſu abſceſſus doloroſus ſedis fit, & veſica doloroſa.

137 PYthio iuxta Telluris templum degens acutè febricitans delirus erat: contremiſcebat ſtatim à principio manibus vſque ad decimam diem, quo tempore quia ſudor vbertim effluxit, demiſit febris, non integrè tamen, quia vrine adhuc tenues, & ſputa incocta erant: factus idcirco eſt huic abſceſſus quadrageſima die in ſede doloroſus cum ſtrangurioſa mictione. 2. namque Prognoſt. proditum, quod qui tenues, & crudas vrinas diutius mingunt, ſi cętera ſint, vt in conualituris abſceſſus ad ſedem infra præcordia expectare oportet. humor enim opprimens tremoris author, quum ſui ob craſſitiem omnimodam reſpuat attenuationem, potius quam ſudorem; hæmorrhagiam committit, qua profluente integrè tremores deſiſtunt. ergo ſi impedita erit ſanguinis effuſio, ſed nihilominus tremores abeant, abſceſſio aliqua vtique expectanda, quæ impeditam iudicationem rependat, & hæc commodiſſimè ad veſicam: ſediſque partes properat per venas, in quibus noxium iam ſtabulabat, quod tremere corpus faciebat.

XXI.

Febrientibus quibus rubores ſunt in facie, & dolor capitis fortis, venarumque pulſus, ijs hęmorrhagia plerumque contingit. quibus autem ſunt faſtidia, cardiogmi, & multum ſaliua, ijs vomitus fit. quibus vero ructus adſunt flatus, ſtrepitus, & eleuationes ventris, his fit alui exturbatio: qui diutius ſecurè ex febre continua laborant citra dolorem, aut inflammationem, aut aliam cauſam, his abſceſſus expectandus eſt cum dolore, & tumore, & magis in infernis partibus. expectare autem oportet abſceſſus his magis, qui trigeſimum annum egreſſi ſunt, & tunc expectare abſceſſus oportet, vbi viginti dies febris tranſuiſerit. ſenioribus autem minus fiunt, & vbi multo tempore febris durat. at intermittentes, & erroneo modo inuadentes autumno maxime in quartanam leniter tranſeunt, pręſertim his, qui triginta annos exceſſerint. abſceſſus autem hyeme magis fiunt, & tardius deſinunt, & minus recurrunt.

138 SIgna, quæ prænuncia multarum criſium nunc promuntur, abundè extant ſuperiori volumine enarrata. dignum annotatione illud

Digitized by Google

illud ſolùm occurrit, quod quemadmodum in acutis non niſi periculosè, ac ſummis cum diſcriminibus; ita in diuturnis ſalubriter occurrunt abſceſſus, dum hi nempe alia nequeunt ſolui ratione. Sunt autem diuturni vtilem abſceſſionem ſubeuntes, qui vigeſimam iam ſunt diem tranſgreſſi: nam ab hac die deinceps non per quaterniones, ſed per hebdomadas procedunt, quia deſiſtit tunc impetus tum bilis ſinceræ, tum ſuccorum alibilium vitioſitatem habentium, vigetque mox craſſus, & hæreſcens humor, qui tardiores motiones habens, facilius decumbit, non tam promptè effluit, ni inſimul vigeat internus ardor, qui craſſos ſuccos attenuet, & vias ad excluſionem paret. Illud etiam adnotandum, quod morbi vtilem facientes abſceſſionem non diù vltra vigeſimam protrahi cum aſſiduitate ſe debent, nam diù tales perſeuerantes aut nullam, aut diſcriminoſam faciunt abſceſſionem, perinde ac ſeneſcentibus contingit: quod accidit tum ob imparatam ſuccorum conditionem, meatuumque occluſionem, tum propter infirmitatem virtutum. dictum propterea ab Hipp. ſenioribus autem minus, & vbi multo tempore febris durat. erit idcircò morborum diuturnalium abſcedentium terminus à vigeſima ad ſexageſimam, excipientem vltimum terminum febrium continuarum eandem ſeruantium id eam, vt aliàs ex Hipp. oſtenſum. Sic Cleoco ſexageſima abſceſſit bilis, & humor in genua, quod & Heropito eadem die factum legimus. Expedit autem. vt abſceſſus quam ocyus à vigeſima prorumpant ad tutam, celeremque iudicationem. nam abſceſſus ſexageſima in Heropitho factus, diſtulit iudicationem in centeſimam vigeſimam, & in Antiphanis filio mortem intulit.

XXII.

Quibus ſæpè recidiua contingit, his ſi ſemel ſtre tempus tranſmiſerit, tabes coxiaria leuiter accedit.

139 PErinde ac intermittentes, erroneoque modo inuadentes febres, dum autumnalis ingruit tempeſtas, in quartanam facilè labuntur, ſi ætas laborantium triginta annos exceſſerit propter conditionem ſuccorum leniter ſe exerentium; ſic & ſæpiùs recidiuantes morbi in coxiariam tandem degenerant tabem leniter, vlla ſcilicet cum violentia, notabilique dolore, quia ſenſim, & paulatinè accedit hæc affectio, ob eam aptitudinem, quam ſenſim aſſumit pars labem hanc exceptura. quippe multiplices morbi experiuntur recidiuationes propter inquinamenta, quæ in viſceribus manent, quorum ratione ſuccreſcunt humores recidiuationum auſpices. aſt quoniam relapſus ſæpè contingit, nulla vtique

expectanda conferta, & integra abſceſſio, quia exiguus eſt ille humor, nec firmiter hæret, qui tam ſæpè ſoluitur, & reddit. quocirca aut per paulatinam coctionem tandem deſiſtit, vel tractu temporis coxiariam tabem edit. veruntamen coctione nequit tolli morbus ſæpè recidiuans, quia ſuccretio perennis adeſt noxioſiorum; ergo venæ ipſæ prauo hoc ſucco repletæ leniter ſuam exonerabunt ſarcinam in articulum coxæ, vt inde coxiaria inſurgat tabes: eò namque tendunt ampliſſimæ venæ, excipientes ab vniuerſo corpore ſuccos, eoſque in inferos artus demittentes. hinc tractu temporis, & muſculi femorem mouentes ſiccantur: articuli mucoſitates areſcunt, ipſeq; venæ ſeu intercipiuntur, ſeu obuoluuntur, vt exin nedum tabeſcat femur, ſed oſſis caput plerunique coxa excidat, vt claudicatio fiat ipſo atteſtante Hipp. 6. Aph. 60. Porrò affectionem hanc ſucci edentes à capite præſertim per ſinus in ſpinalem medullam depluunt, indeque lumborum, & dorſi afflictiones tabificum hunc prænunciantes malum, tam dirum equidem ac difficile iſtis de cauſis editum, vt Hipp. lib. de Gland. dixerit marceſcere inde homines, & interire, quanquam diutinè, ac diligenter curentur. quod ipſum ab vtero male affecto tractu temporis in mulieribus euenire 1. in 6. Epid. proditum.

XXIII.

Quæcumque in febre abſceſſus dantur ſigna, ſi non rependant, ſunt maligna.

140 FEmoris dolor futuræ abſceſſionis in Caluo dederat ſignum: quieuit hic tertia die non repenſatus; obijt quarta. memorabilis quoque eſt hiſtoria mulieris aput frigidam aquam, cui vigeſimaſeptima doluit dextera coxa: quadrageſima à dolore immunis deijciebat humida, & aſſiduè tuſſiebat ad ſexageſimam vſque iſtis demùn ſublati, excretionibus deceſſit octuageſima. eſt enim firmum illud Hipp. 2. Prognoſt. ſi euaneſcunt, inquit, & retrocedunt abſceſſus nequaquam egrediente ſcreatione, ac febre deſinente, difficilis eſt morbus: periculum enim eſt, ne deliret, aut moriatur homo. ergo maligna ſunt illa abſceſſionum ſigna, quæ alia vtili, ac pro morbi merito non rependuntur excretione, quia inde iam dicta imminent mela.

XXIV.

Febres quæ neque diebus criticis, neque cum ſolutorijs ſignis deceſſerunt recidiuant.

141 OMnis febrilis demiſſio facta non die iudicatoria recidiuat. non eſt tamen à recidiuatione ſecura ſolutio omnis facta die critica, ni

ca, ni inſimul ſolutoria præueniant ſigna, quæ & coctionum ſtatum, & ſuccorum offendentium motionem demonſtrent ad exitum, quia ſi hæc non fiant intus adhuc manet cauſa recidiuationum effetrix, vt exemplo conſtat Hermocratis. hinc vniuerſale illud, non eſſe fidendum his, quæ præter rationem eueniunt, eſtque difficilis affectio, quę malis cum ſignis leuationem habet, rationibus aliàs adductis.

XXV.

Acuti morbi diebus indicantur quatuordecim.

142 SAtis ſuperq. priori volumine enarratum, qui nam ſint acuti morbi, & qua nam de cauſa iſtud aſciſcant temporis ſpacium, quod tranſilire nequeunt, dum veram, ac integram habent acutiem.

XXVI.

Tertiana exacta in quinque, aut ſeptem circuitibus, aut ad ſummum in nouem iudicatur.

143 ET de iſtis tertianis febribus abundè eodem volumine actum, pleniùſque in propia febrium tractatione.

XXVII.

Quibus incipientibus febrire oborta ſternutatione ſtillat de naribus ſanguis, & vrina in quarta die hypoſtaſim habet, his in ſeptima die ſolutionem ſignificat.

144 STernutire non omni tempore datum, ſed ſolum dum vegeta cerebri virtus cit humorem, noxiumque excludit. vt aliàs plenius. hinc innoteſcit ratio, cur ſanguinis ſtillationes, quæ ſuapte natura prauæ, ſi in initijs morborum à ſternuramentis prorritatæ erumpant, ſolutionem promittunt ſeptima die ad futuram. multitudo etenim adeſt tunc ſuccorum cerebrum opprimentium, nec abeſt calor author cum partis validitate motionum. quod autem exundat, ſanguineus eſt ſuccus, qui ardore æſtuans venas contendit, & ſtillationes facit. ſanguinis ergo expectanda inde eſt effuſio, ſalutaris vtiq. quia lotium quarta die quid concoctum exibet: ſeptennorum autem quartus eſt index.

XXVIII.

At vero acuti morbi iudicantur ſanguine prorupto è naribus in die critica: ſudore item multo facto, & purulenta vrina, & vitrea laudabili hypoſtaſi prędita, ac aceruatim exeunte: tum etiam abſceſſu memorabili: nec non mucoſa & cruenta aluo repente citata: poſtremo vomitibus minime prauis circa criſim.

145 ADamus ad ea, quæ hac de re ſuperiori volumine ſcripta ſunt, quod acuti morbi multiplicem dictis de cauſis experiuntes ſolutionem, eam ad huiuſce integritatem ſubire debent effluxionem, quę alimentoſis ſuccis eſt opportuna. exit proinde in iſtis ſalubriter hæmorrhagia, & ſudor, vicem quarum excretionum gerit, tum vrina purulenta, vitrea laudabili hypoſtaſi prædita, ac aceruatim erumpens: tum alui deiectio mucoſa, & cruenta de repente citata, vt dyſenterica ſit. ſuccedunt mox abſceſſus, qui vt infidi in acuto morbo ſalutem nullam promittunt certam, niſi memorabiles ſint: eam nempe magnitudine præditi, vt noxium totum contineant, nec aliud in corpus ſinant, quod fiat recidiuationum author pernicioſarum alijs non repenſatum vtilibus excretionibus. eſt alter effluuium, quod opem acutis fert, ſed non ſoluit omnino, & eſt vomitio prauorum circa iudicationem facta quæ craſſa deturbans facit, vt natura deinceps ſe exerat ad ſecretionem noxiorum vaſis, viſceribuſuè hæreſcentium, & exin ſudores, aliæuè prodeunt excretiones ad integram criſim.

XXIX.

Somni profundi non turbulenti ſtabilem criſim denunciant: tumultuoſi cum dolore corporis inſtabilem.

146 SOmnus profundus vnus morboſus eſt ſopor dictus, vbique malus: alter naturalis, & vtilis, quia modum, & tempus ſeruat: puerulis namque haud infrequenter accidit hic biduo etiam perdurans magna cum vtilitate, de quo nunc Hipp. vtens vocabulum [illegible] quod profundum, ſed naturalem ſomnum ſignificat. ſi itaque ſomnus hic non tumultuoſus, ſed blandus, & ſuauis eſt, adacti vtique ſunt ad æqualitatem ſucci, propterea ſi is criſim præueniat, hanc fore bonam, & laudabilem promittit, quoniam bonis ſuccis tunc corpora tument, vt 2. de

Digitized by Google

Diet. ſcriptum legimus: ſin autem poſt criſim accedat, iam innaturalis quieuit ſecretio, abijtque quod turbationem inuexerat. ergo tumultuoſus ſomnus vel inſtabilem fore, aut non integram fuiſſe criſim denunciat, potiſſimum ſi corpora inde, & aggrauentur, & dolitent. ac licet turbulentiæ ſint tranſitus ſigna, faciantque ad hæmorrhagiæ opinionem; infida nihilominus erit hæc iudicatio, ni poſt hanc eruptionem ſomni placidi accedant, vt extat Metonis exemplo comprobatum. 2. propterea in 6. Epid. turbulenti ſomni, & corporis laſſitudo inter ea ſigna reponuntur, quæ recidiuationem promittunt.

XXX.

Septima die, aut nona, aut decimaquarta hęmorrhagię plurimum tollunt febres. ſimiliter, & alui fluxio bilioſa, & dyſenterica. quin etiam genuum, coxarumque labores, & vrina concocta ad iudicationem. in muliere etiam profluuium menſtruale.

147 APpoſitè dixit Hipp. tolli febres vrina concocta, quæ talis ad iudicationem apparuerit, quia ipſa per ſe ſolùm naturæ opus erga alimenta demõſtrat, quod integrum ſe exerens certam ſalutis ſpem promittit: vt diiudicet autem, ſeu craſſa multa cum ſubſidentia eſſe debet ad abſceſſionem auertendam; ſeu purulenta, & vitriformis, vt magnos affectus internorum expiet. ſed de his alijſque ad hanc ſententiam facientibus ſatis ſuperque priori volumine.

XXXI.

Quibus in febribus ſanguis abundè vndecumque profluxerit, ijs in refectionibus à morbo alui profuſiores fiunt.

148 PErinde ac ſeneſcentibus accidit aluum in iuuenta adſtrinctam; tunc ſolubiliorem habentibus ob mutationem temperaturarũ: ſic & reualeſcentibus contingit, vt pòſt profuſam hæmorrhagiam aluos humeſcentes habeant. ac licet ſeneſcentibus mutatio illa ſit naturalis; iſtis reualeſcentibus morboſa, eadem tamen eſt vtrorumque ratio. quippe depreſſio caloris facit, vt cruda exundent recrementa, venæque inteſtinales deficiant à ſuo ſuctionis munere. ſed illud reualeſcentibus peculiariter contingit, quod viſcera adhuc prauis inquinata recrementis quandoque ad aluum ſarcinam demittunt, indeque morſus, inflationes,

Digitized by Google

acidique aduenıunt ructus, quæ ſunt alui malæ affectæ inditia, profuſiorem aluum fore ſignantia. & hoc per quam facilè accidit poſt profuſiorem hæmorrhagiam, quoniam vnà cum ſanguine multum efflux it ſpirituum, indeque decolores redditi ægrotantes tardè ac difficulter reualeſcunt. & hoc eſt illud malum, quod infert copioſa ſanguinis effuſio ſiue natura, ſiue arte comparata: quod & reliquæ faciunt excretiones, dum opportunum excedunt modum.

XXXII.

Qui in febribus ſudaciuncula tenentur, caput dolentes, aluo compreſſa, conuulſi fiunt.

149 DVm caput in ſe plenitudinem, ait Hipp. 3. de Diet. allicit, aluum ſiſtit, & cerebrum aggrauat, & hoc in acutis eſt conuulſionis metum accerſire, puerulis maxime, vt 3. Prognoſt. ſcriptum eſt. quum enim aluus moderatè fluens conuulſionem, & auertat, & ſoluat: ergo hæc in acutis compreſſa cum capitis dolore, & ſudaciunculis maturat periculum. quocirca non leuia ſunt hæc conuulſionum ſigna, nec eſt ſingulare hoc Hipp. obſeruatum, vt malè exiſtimauit Gal. quum id apertè faciat denegatus hæmorrhagiæ exitus.

XXXIII.

Mentis aberrationes pauliſper feroces, ferinę, & conuulſionem prenunciant.

150 ATrabilarius humor ſalubriter non excretus, aut ferinam delirationem tractim edit, aut cætera oppreſſionum mala, cuiuſmodi eſt cephalalgia cum ſudaciunculis, aluique compreſſione, quę conuulſionum quoque habentur præſagia, quemadmodum, & mentis illæ aberrationes, quæ à feris naſcuntur in aluo luxuriantibus: nam & hæ conuulſionum ſunt auſpices, vt ex aliàs dictis conſtat.

XXXIV.

Conuulſio in febre fiens, & deſinens eadem die, bona.

151 COnuulſiones non omnes malæ: ad criſim enim nonnunquam, dum noxium traſponunt ad vtilem excretionem; quo in tranſitu ſeu nerueæ vellicantur partes, ſeu pulſatiles intercipiuntur venæ, vt exin extemporanea naſcatur conuulſio ad noxiorum vſque excluſionem. bona ergo conuulſio hæc; perinde ac ecſtaſis maniacis, & tremor aphonis.

tis. eſt autem Filij Hermophili notabilis hiſtoria. erat hic febre correptus, delirus, aphonus, ſtertens cum oculorum diſtorſione, & alui compreſſione, conualuit quia ventriculus penna immiſſa proritatus amara multa euomuit, & aluus enematum ope multa pariter deijecit.

XXXV.

Conuulſio in febre fiens ſedat febrem eadem die aut poſtera, aut tertia: ſi vero tempus in quo inceperit tranſgrediatur, & non deſinat, malum.

152 QVæ conuulſiones ſalutem promittunt, eadem qua factæ die deſinunt. aſt dum contumax eſt humor diuturnius tempus ad ſui attenuationem requirit, quam nanciſcitur febrilis ardoris vi poſtera, aut ad ſummum tertia die, ad quem vſque terminum redintegrationis ſpes manet, diutiuſque ſi perſeuerauerint, malitiam ſubeſſe oſtendunt, quia humor pertinaciter hæret imparatus ad expetitam excluſionem, quam pleruinque ſudore tertia die nanciſcitur, dum à remoratis effluuijs conuulſiones manarunt.

XXXVI.

Febres intermittentes, verum inæqualiter recaleſcentes, aluo inflata pauca egerente, ſi lumbi doluerint, idque ad criſim, ijs alui profuſè erumpunt. At amburentes; & ad manum torpidæ, ſiticuloſę, anxię in his aluo ſuppreſſa aggrauati exoluuntur, quandoque vero, & rubicundę in pedibus ambuſtiones eadem ſignificant.

153 QVanquam intermittentes omnes ſuapte natura tutæ; conditione attamen ſymptomaton accedentium non leuem quandoque gerunt cacoethiam, nec multùm hac ratione abſunt à conditionibus magnarum febrium, proinde, ac faciunt iſtæ; ſuæ ſolutionis, aut lethalitatis notas exhibent. nam ſi inęqualem habuerint incaleſcentiam cum inflata, & quadantenus ſuppreſſa aluo, ac propè iudicationem ſuis competentem circuitibus lumborum cruciatum exhibeant; aluum mox exonerabunt profuſè? harum etenim author multiplex eſt humor meſenterij venas, viſcerumque cauitates obſidens; qui perinde ac in ſemitertianis, tritæophijſq. profuſam tandem aluum reddit, præſertim ſi hęc inflata eſt, propter vbertatem flatuum, craſſorumque humorum diſtendentium, ac ſubinde ad criſim, lumbos diuexantium. ſic ergo intermittentes

tentes non prorſus benignæ ad criſim ſalutarem tendunt: vt è contra non leue malum promittunt, dum ægri cum alui ſuppreſſione intimius æſtuãt, ſitiunt, anxiantur, ſed tactu torpent: quippe exolutionem ij ſubeunt magno cum vitę diſcrimine, cuius exolutionis ſunt extimi torpores pręnuncij. id enim cumulatus in intimis facit humor, qui ſanguinem ſpirituoſum & temerat, & opprimit ſic, vt ipſo durante febrili inſultu nequeant ſe ad extima diffundi, vt in Leipyriis. Rubicundæ demum pedum ambuſtiones & ipſæ in intermittentibus, quum germina ſint ſuccorum vſtionem ſubeuntium, malæ habentur: quorum etenim lien decliuis eſt, horum manus, & pedes calent. fortaſſis ambuſtiones iſtæ febris ſolutionem deſignant, iuxta illud Hipp. 7. in 6. Epid. febres inquit, in quibus vlcerantur labia fortaſſis intermittentes, & tertianis perfrigerationes. at amburentes ſtatim ad manum ſoluuntur ſemper.

XXXVII.

Hybernę quartanę febres leniter tranſeunt in acutos morbos.

154 HAeſitet quis, quum 6. in 6. Epid. ſcriptum, qui quartana ſunt correpti, magno non capiuntur morbo, ſoluiturque qui prius adfuerat quartanæ acceſſu. ſed hærent hi praua interpretatione. magnus etenim mrobus, à quo ſunt quartanarij immunes; comitialis eſt magnus, & ſacer dictus, cuius præcipuus author eſt bilis atra, quam diſtrahit quartana febris, pręſertim dum vberes promit ſudores. Quod autem hybernæ quartanæ tranſeant in acutos morbus, & experientia patet, & ratione firmatur. nam mixtio tunc temporis exundat pituitæ, & atri humoris, qui ſi in ſpiritalibus membris labantur acutos morbos creant. aſt in quartanis incommodari ſpiritalia membra oſtendunt tuſſes quolibet quartanario inſultu plerumque affligentes. verum acuti hi morbi ab hyberna quartana leniter accedunt, quoniam non impetuosè ſed tractim viſcoſus alioquin humor eò tendit, nec multum negotij exhibet, quia duci illuc ſenſim conſueuerat. Huc ſpectat aureum illud Hipp. lib. de affe. monitum, vt nempe diligentiſſimè obſeruemus, ne hybernæ febres in acutiem degenerent, hancque cautionem integrè adimplent quies, corporiſque gracilitas, tum pharmacis, tum tenue, ac attenuante dieta procurata. Huc vſque Hipp. verſatus eſt circa ea, quæ vniuerſim magnis occurrunt febribus tum ad ſalutem, tum ad diſcrimen, propter motionem ſuccorum ab vna in aliam partem ſe propugnantium confuſim, nulla cum particulari membrorum diſtinctione. deinceps cuncta habebimus certa deſcripta methodus, prout quibuſdam membris particulariter occur-

occurrunt ad certam in morbis præſagitionem firmandam: & in primis promuntur ea, quæ in ſuppremo ventre apparent, quoniam illuc ſenſuum inſtrumenta ſua exerunt munia ad animalitatem ſpectantia.

SECTIO QVARTA.

De Cephalalgia.

I.

Capitis dolor pertinax cum febre acuta, & alio ſigno difficili, lethalis. cæterum ſine ſigno malo tranſgrediens vigeſimam diem ſanguinis, aut puris fluxum è naribus, aut abſceſſus ad inferas partes ſignificat, maximè vero iunioribus triginta quinque annis fluxiones: ſenioribus abſceſſus. ſi vero circa frontem, & tempora doluerint fluxiones.

155 CEREBRI hoc domicilium, quia in edita parte locatur, quod ab inferis exhalat, totum excipit, ac deinceps inutile per ſua foramina profert, dum hæc peruia, nec quod alienum eſt, nimia exundat copia. quippe iſtud innaturaliter ſtagnans ſuapte violentia ſenſientes partes affligit, cruciatumque leuem aut grauem, ſtabilem, aut momentaneum inducit pro facultate, copia, hæreſcentiaque rei illum committentis. cæterum febrilis ardoris vi ſumit caput ab inferis quod illud torquet duplici modo. vnus eſt, dum vitium alicuius partis relicta totum ſeſe in cerebro transfundit: alter dum ab infixa radice germina illuc vſque ſuccreſcunt. hic perpetuò ſymptomaticus eſt conſenſus: alter iudicatorius, & ſymptomaticus, prout vel ſuo calore caput noxium attraxerit: vel iſtud ſua feritate illuc appullerit: vel illud natura tranſmandauerit, vt ſeſe exoneret à ſarcina. hæ enim tres ſunt illæ rationes, quibus ab vna in aliam partem ſucci transferuntur. poſtrema quidem cum ægri ſalute, aliæ vero non ſine diſcrimine ſi pernicioſa affe-rant additamenta. iſtis ergo de cauſis dolet in febribus caput, & pertinaciter quidem, dum aſſiduus, & grauis eſt cruciatus. non enim tempore, aut remedijs miteſcens, ſed qui ſuapte natura tormentoſè impetit, nec vllis blandimentis acquieſcit; pertinax eſt. aſſiduam itaque, & acutam febrem ſi adiunctam habuerit hic dolor, propagationem adeſſe perennẽ deſi-

deſignat morbifici humoris, qua cerebri replentur vaſa, & capitis partes ſenſientes diſtenduntur, & aggrauantur, vt inde pertinaciter doleant. eſt propterea ſymptomaticus hic dolor, & lethalis quidem in acuta febre, ſi habeat ſignum aliud difficile adiunctum: hoc eſt, ſi totum diuexet caput, tinniant, ſonoroque flatu aures impleantur, & ſummè à doloris acerbitate ægri anguſtientur. ſunt quippe ſymptomata hæc acutis febribus adiuncta propia illius affectionis, quam Hipp. 2. de morb. venarum ſuper euomitionem vocat. cerebrum enim tunc ardenter æſtuat, quintaq. ſubinde, aut ſexta die ægrotantes decedunt, ni eruperit ope calefacentium per nares, aut aures aqua: vel ſaltem cerebri æſtus miteſcat detractione ſanguinis è vena frontis. cæterum pertinax hic dolor ſolitarius in febre cis vigeſimam protractus ſanguinis, aut puris è naribus excretionem, aut abſceſſus ad inferos committit articulos: ſeneſcentibus quidem abſceſſiones: iunioribus verò triginta quinque annis effluxiones. quippe afflictio hæc capitis diuturnior facta abſque prauorum ſymptomaton præſentia pendet à craſſo ſanguine, ſeu à pituita corrupta; ideoque aut ſanguis attenuatus effluit tandem: aut è naribus recrementoſa pituita prodit à natura eiecta. Aſt ſi dolor hic pertinax frontem, & tempora afficiat, conſonum, vt inde potius quam abſceſſus, oboriantur fluxiones, quoniam ductus anteriores peruij in iuuenibus ſanguinem, in reliquis purulenta promptiſſimè demittunt, vt ſuo loco plenius.

II.

Quibus ſunt capitis dolores, & ſonitus aurium ſine febre, & vertigo, & vocis tarditas, & manuum torpor, eos aut apoplecticos, aut epilepticos expecta, aut etiam obliuioſos.

156 EST alter venarum ſuper euomitus, qui fit in capite ſine febre, cui iam recenſita ſe adiungunt mala. aſt ſuper euomitus hic non eſt effuſio ſanguinis è propijs receptaculis, ſed ſinuum iactatio, pulſus, & quædam contorſio, dum nempe copia inruentium ſuccorum ſanguineus interquieſcit circuitus intima & extima membranarũ cerebri diſcurrens: & hic venarum ſuper euomitus in capite, alter in cerebro dicitur, & hic altero eſt ſæuior, quia ardet cerebri ſubſtantia appulſu tenuiſſimi ſanguinis ſe diſpergentis per omnes cerebri ſinus, indeque acutiſſimæ oboriuntur febres, quæ ab altera abſunt ſuper euomitione in capite facta, quoniam ſola tunc extima vaſa ferbent, quod naſcitur à craſſo, melancholicoque ſanguine vndique exundante, qui ſubinde turbulentus, ac niger prodit quacumque ſit eductus ex parte. mirum ergo non eſt ſi ab hac ſucco-

rum

rum conditione ſonoris flatibus repleantur aures, viſorij turbentur ſpiritus, vaſaque hinc quadantenus intercepta vocis tarditatem, vertiginem, auriumque ſonitus edant, quæ cuncta vnà cum doloroſa capitis afflictione facta ac turbulentam ſuccorum exundantium motionem indicantia, vtique apoplecticum quid, epilepticum, ſeu obliuioſum præſagiunt. apoplecticum quidem, ſi ab atra iam in capite commota iugulares prorſus ſint interceptæ venæ: epilepticum ſi non pereant actiones omnes, quia ſanguinei non ſint prorſus obturati ductus. obliuioſum demum, ſi à nimio madore, ſeu frigore ſanguinis moretur circuitus. & hæ ſunt affectiones quæ ab atro editæ ſanguine protinus rapiunt, ni ope febrilis ardoris incaleſcat, & ſpumeſcat ſanguis, vt ſic noxium mox ablegcat.

III.

Qui caput dolent catochi mente aberrantes cum aluo intercepta, oculo ferociente, florenti, opiſthotonici fiunt.

157 Siue catochum firmitas affectionis, ſiue propiè dictam congelationem deſignet, nihil refert: nam apud Hipp. non tam eſt huiuſce vocabuli arcta ſignificatio, vt ſolùm denotet omnimodam congelationem. ſufficit namque, vt ſi non totum corpus, præcipuum membrum aliquod indureſcat, maneantque adaperti oculi ad ſignandam catocham affectionem, quæ ſolo hoc oculorum ſigno eſt à ſoporoſis paſſionibus ſemota. inde eſt, quod in catocha affectione & mens delirat, & caput dolet ab atrabilario ſucco membrum aliquod in intimis firmiter àprehendēte; vt catocha ſit paſſio, cui ſi addatur alui interceptio, & oculorum temeritas cum rubore timendum, ne exin ægri opiſthotoni euadant. quoties enim caput vigentem in ſe allicit ſuccorum vbertatem, ſeipſum opprimit, & aluum ſiſtit. aſt oppreſſio hæc ad cerebri poſticas partes attinet, dum oculi ſunt ferocientes, hoc eſt, dum tenſi, & exerti rutilant, & ſplendent, quippe à cerebelli poſtica parte ſumunt oculi viſorios neruos, qui ab atrabilario accenſi, & reſiccati humore, talem oculorum reddunt aſpectum. nam dũ cerebri anterior opprimitur pars cæcutiunt ootius oculi, vel ipſis marmarigmata obuerſantur, vt aliàs oſtenſum. ergo quia mentis aberrationes ſunt tranſeuntis humoris inditia: catoche præſentiam adeſſe arguit ſuccorum atrabilarium congelantium, capitis dolor cum alui ſuppreſſione cerebri aggrauationem deſignat: florulentia eſt æſtuantis caloris ſignum: oculorum ferocitas oſtendit partes cerebri reſiccati poſticas: quum capitis dolor cum alui interceptione futuræ conuulſionis opinionem præſtet: parum à conuulſione diſtet catoche: oculorum tandem fero-

ferocitas cerebelli demonſtret paſſionem; conſentaneum vtique, vt ægri tandem opiſthotonici euadant.

IV.

Concuſſiones capitis, oculi rubicundi mentem aberrare facientes perſpicuè, pernicioſę. non commoriuntur hęc, ſed parotidas faciunt.

158 Concutitur caput à cauſis tum internis tum externis. hæc ex occaſione, illa latenter oborta concuſſio dicitur. vtraque vel cerebri ſolùm interna quatit, vel totum, quod caput efformat. illa quidem concuſſio, ait Hipp. 7. Aph. 58 ſtatim obmuteſcentiam affert: hæc vero tendones etiam muſculorum caput mouentium affligit, ideoque caput concutit, & quodam quatit tremora, cui ſi cum oculorum rubedine mentis addatur aberratio perſpicua, neceſſe eſt, vt concuſſiones iſtæ pernitioſæ quidem ſint, non commoriantur tamen, ſed eas pone aures tumores excipiant. pernicioſę inquam ſunt, quoniam non ſolùm motui dicata inſtrumenta premuntur, vnde concuſſiones; ſed intima quoque cerebri ardent, vt exin oculi rubeſcant, & mens aberret perſpicuè, hoc eſt, non melancholico modo. ſed cum garulitate, & iactatione. quippe offendens humor & bilis eſt, & feruidus ſanguis, quorum ope gelidus, & craſſus humor concuſſionis, & tremoris author incaleſcit, & diſtrahitur, & exin capitis concuſſiones quieſcant, vt aliàs de Aphonia tremore ſoluta dictum. non commoriuntur ergo iſtæ concuſſiones, ſed ante obitum quieſcunt exceptæ parotidibus, tum quia partes capitis poſticæ quaſſatione hac diuexatæ (caput enim ſui motus initium ſumit à poſticis) in ſuis glandulis humorem noxium per quam facile deponunt. tum quia ipſemet caloris acceſſus illud ipſum præſtat, dum in cerebro, viciniſuè partibus vigent craſſa, vt aliàs oſtenſum. Erit autem parotidum hæc eruptio pernicioſa, vtpotè nec facta dominio naturæ, nec morbo par, ſiue ſuppuratum, aut ſecus concipiat.

V.

Cephalalgia cum ſedis, & pudendorum doloroſo æſtu, & torporem, & acriſiam inducit, & vocem reſoluit. hęc horrenda non ſunt; verum ſomnolenti, & ſingultientes fiunt nono menſe, ex quibus ſoluta voce eodem recedit.

159 Qvanquam in pernicioſis diuturnis doloroſus ſedis eſtus lethalis non peræquè tamen, ſi abſuerit pernicies. diù namq. herens

mala

mala quamplurima inducit, at non prorſus lethalia, ſi nimirum inſimul pudenda afficiat, trahatque in conſenſionem caput. id enim fæculentus facit ſanguis illuc hæreſcens, qui dum occludit venas, comprimitq. tendones, ſtupefacit inferas partes, perinde ac accidit, dum calculus premit, vel vterus ſe diſtorquet, aut iſchiæ venæ tenduntur. ſedet totum corpus obſtupefacit, dum caput nimiopere aggrauat. hinc ex denegato hæmorrhagiæ exitu reſoluitur vox, quia & vaſa vocalia intercipiuntur, & muſculi nimio madore ſoluuntur, ipſaque intumeſcit lingua. aſt quoniam hæc à doloroſo partis non principis æſtu, & ab acriſia emanant, horrenda non ſunt, licet ſuapte natura mala. nam ex diutina horum afflictione madorem, ac algorem tandem contrahunt hi ſpiritus, qui tum cordis, tum cerebri ob ambulant vicinia, indeque ſomni longiores, & ſingultus adueniunt: qui quidem longiores ſomni, quia non penitus morboſi concoquunt, parantque craſſos ſuccos, vt deinceps hi diſtrahantur, & eliminentur ſingultu. nam qui madeſcentem vltra modum linguam habent, eam partium ſpiritalium aſſidua agitatione reſiccant, ſicque ab ea tollunt balbutiem, & hæſitantiam.

VI.

Qui in cephalalgia aſcaridas habent, ijs ſurditas, & ſopor conſequens parotidas exſuſcitat.

160 NAſcuntur vermes in interaneis à ſuccorum, recrementorumuè corruptione, quę in febribus facta non poteſt non proferre ea ſymptomata, quæ ſanitatis etiam tempore à vermium oriuntur vbertate: capitis nempe mala, quæ commodiùs fiunt, dum caput dolet. vt enim lycentericæ exolutiones, & dolores, quum vermes luxuriauerint, tumidos reddunt articulos, vt inferius dicturus eſt Hipp. ita ab aſcaridum vbertate cum cephalalgia, ſi inſimul adſit ſurditas, & ſopor, conſonum, vt ponè aures exurgant tumores. quippe vbertas aſcaridum ſignat corruptionem adeſſe recrementorum fortaſſis à ſedis, & pudendorum dolore inuectæ: cephalalgia aſcenſum arguit ad eam partem ſuccorum, quam impendio his aggrauari ſurditas, & ſopor demonſtrant. ergo conſentaneum, vt partes pone aures tandem intumeſcant, perinde ac accidit à pluribus graueolentibus, vt inferius oſtendetur.

VII.

Qui caput dolent catochi doloroſam habentes affectionem, & rubicundum oculum, ſanguinem effundunt.

161 QVi doloroſam habent affectionem à phlegmone, aut à congeſtione affliguntur ſuccorum. vtcumque ſi inſimul adfuerit, &

cepha-

cephalalgia, & rubedo oculorum, expectanda erit hęmorrhagiæ eruptio. rubedo etenim oculorum æſtum deſignat ſanguinis ad anteriora vergentis, vt obſtupeſcentia eiuſdem vbertatem, qua vaſa opprimuntur. nam à ſanguinis copia quandoque obſtupeſcere ægris exiſtimarunt grauiſſimi authores, quia attonita affectio quandoque ſublata eſt largo ſolùm hæmorrhagiæ profluuio.

VIII.

Concuſſiones capitis, & aurium ſonitus ſanguinem effundunt, aut mulieri menſes decurrunt, tum aliàs, tum ſi iuxta ſpinam ardor conſequatur. fortaſſis ſunt hæc diſenterica.

162 CApitis concuſſiones non omnes pernicioſæ: nam ſi id faciat vbertas æſtuantis ſanguinis, vt exin & caput tremat, & tinniant aures hæmorrhagia vtique in iuuenibus expectanda, vt in fęminis menſtrualia profluuia, dum inſimul ardor ixta ſpinam conſequitur. quippe à capite in pudenda per ſpinam venæ feruntur, quæ feruido repletæ ſanguine ardent, vt onus mox in vteros deponant, vel ſeneſcentibus iam dyſentericum fluorem edant. obſeruatum etenim 2. in 1. Epid. multis ſanguinem è naribus ſalubriter profluiſſe, ſeu menſtruas ductas fuiſſe purgationes, vel ſeneſcentibus tandem factum dyſentericum fluorem fuiſſe in defectu aliarum excretionum.

IX.

Capite grauati, iuxta ſinciput doloroſè afflicti, vigilantes, ſanguinem fundunt, tum aliàs, tum ſi ad collum quid portendatur.

163 QVoniam tum ſinus, & arteriæ, tum cerebri corpus magis adanticam capitis partem vergunt; inde eſt, quod ſtabilis illius partis afflictio vigilijs aſſociata opinionem facit futurę hæmorrhagiæ, potiſſimùm ſi quid huiuſce aggrauationis ad collum portendatur, quia nempe ſinum fons. eſt nimia ſanguinis diſſentus vbertate, quam deinceps deſtribuit in propaginibus arteriarũ tendentibus ad nariũ partes internas.

X.

In cephalalgicis vomitus æruginoſi cum ſurditate, & vigilijs citò inſaniam denunciat.

164 HAſt et quid furioſi in acutis ſurditas, vt inferius dicturus eſt Hip. aſt inſaniam certius denunciabit, ſi in cephalalgia ſe adiungat vigi-

vigilijs, ac æruginoſis vomitibus. dum enim caput æſtuat allicit in ſe quod tenuius, craſſius euomit, quod æruginoſum ſi fuerit, tale quoq. eſt, quod cerebrum recipit. erit proinde effetrix cephalalgiæ, & vigiliarum praua, & exuſta bilis, quæ in animorum ſedem delata ecmaniam, ferinã nempe inſaniam edit à qua promptè oboriuntur conuulſiones, ni ſtatim ſuccorum infeſtantium iudicatoria ſequatur excretio, quæ minime ſperabilis eſt, dum vomitu praua exeunt. vomitiones enim minime prauæ ad iudicationem faciunt, vt ſuperius dictum.

XI.

Quibus capitis, & ceruicis eſt dolor, ac totius corporis tremula quędam impotentia, ſanguinis eruptio ſoluit. quin & lapſu temporis hęc ſoluuntur, & tunc veſica dolet.

165 LAborioſus dolor, vt aliàs dictum, fit à repletione, & in acutis plerumque ſanguinis, quam plenitudinem tremulæ quoque impotentiæ deſignant, quas pariunt tum capitis, tum ceruicis aggrauationes doloroſæ. deſiſtunt proinde hæc omnia, & ſoluuntur, ſi liberalis profluat hæmorrhagia, repenſata etiam, dum natura deficit; opportuna ſanguinis detractione aſt ſi nec hæmorrhagia primis diebus erumpat, nec alia inde lethaliora occurrant mala, morbus diuturnior redditus, abſceſſionem ad vrinariam veſicam committet, mictioque ſtranguri oſa exin, & doloroſa euadet, quippe illuc craſſa vergunt, quæ vaſis hæreſcentia caput, & ceruicem grauabant. cæterum ſi huic tremulæ impotentiæ prauum quid ſe adiungat, lethale profecto id erit. nam emmyris vxor toto morbi decurſu contremiſcens, quum inſimul deliraſſet, perfrigerata eſt cum liquatione, anxietudine, & ſiti, vtique ad citum interitum.

XII.

Vrinę interceptio in acutis capitis doloribus, & in torpidis cum grauitate, conuulſionem facit.

166 INtercipitur lotium, quia ſeroſitates vel aliò euocantur, vel non ſecernuntur à ſanguine. vtrumque prauum, & ad conuulſionem, præſertim dum cephalalgicæ affligant paſſiones, quia tunc promptè interceptæ ſeroſitates caput inuadunt, vt ſuapte acrimonia conuulſiones excitent, tum in acutis, tum in torpidis capitis doloribus, in illis quidem propter vellicationem neruoſarum partium: in iſtis ob inopportunam quam faciunt craſſorum, ac viſcidorum commotionem. quid au-

tem ſit cum torpore dolore aliàs aduerſus Gal. ex ſententia Archigenis, imò Hipp. dictum.

XIII.

Capitis dolorem ſoluit pus per nares, aut ſputa craſſa, & non olentia; ſoluit vlcerum eruptio, quandoque ſomnus, & diarrhea.

167 NOn vnica ratione capitis ſoluuntur cruciatus, quia non vnica eſt horum effetrix cauſa. nam craſſus ſanguis matureſcens exit purulentus è naribus, vt tenuis, & acris tractu temporis craſſeſcens. pituita recrementoſa exundans ſputu ſe profert ad ſalutem, ſi craſſeſcat, & inodora eſt, vt corruptio, & cruditas omnis abſit. ſanioſus ichor, quia tenuis, effertur ad extimam cutim, vt eam exedat, & vlceret, non ſine doloris leuamine, ni adhuc exundet intus, tenuis, & acris vapor, ſomno & craſſeſcit, & acrimoniam deponit, vt ebrioſis, ſeu ab aere, tetroue odore affectis accidit. coitus ſuccorum ſtomacon diſtendentium, caput ſubinde affligentium tollit diarrhea, vt ſæpè vſuuenire conſtat. & hęc eſt cauſarum opportuna diſtinctio, quoniam diuerſa ſunt, quæ opem ferunt auxilia. nam corruptus ſeu ſanguis ſeu pituitoſus ſuccus errhinis educitur: craſſa at non purulenta maſticatorijs in os euocantur: ſanioſi ichores ſinapiſmutis in cutim trahuntur: vapores ſomno miteſcunt: ſuccorum demum congeſtiones pharmacis, alijſue ſimilibus diſtrahuntur, ac deturbantur auxilijs.

XIV.

Capitis dolor moderatus cum ſiti ventris, aut cum ſudore non ſoluente febrem, abſceſſus in gingiuis, aut circa aurem ſignificat, niſi aluus profusè feratur.

168 VEntris nomen ambiguum: quicquid enim cauum, & circumductum eſt carne, venter eſt. ſic caput thorax, abdominis capacitas, ventriculus, muſculorum quin etiam vulgæ ventres ſunt. ſed propiè ea capacitas, qua comprehenduntur inteſtina, & ventriculus, venter eſt. nam infimus venter recrementa exonerans aluus dicitur, vt paſſim videre eſt apud Hipp. Erit ergo ſitis ventris, quę naſcitur non ab arefactis venulis, ſeu à tabifico ardore; (nam inde nullus ſperabilis eſt abſceſſus, ni craſſa quoque effluitent) ſed ab æſtu viſcerum propter bilis aut ſalſuginoſæ pituitæ præſentiam. nam iſtis de cauſis ſitiunt ægrotantes tum in albæ pituitæ morbo, tum in ſecundo Cauſone. quotieſcumque ergo vnà

cum

cum hac ventris ſiti, moderatus, ſed æſtuans adeſt capitis dolor; conſonum, vt in intima gingiuarum, ſeu pone aures abſcedat noxium caput affligens; ni profuſa aluus abſceſſionis occaſionem auertat. profundit autem aluus promptiſſimè, dum exundant ſucci gerentes acredinem, & perniciosè quidem, ſi inſimul è gingiuis ſanguis effluat, vt inferius dicturus eſt Hipp. editur autem abſceſſio hæc in gingiuis, dum moderatus, ſed æſtuoſus adeſt capitis cruciatus, quia vt moderatus malum in acutiem non transfert: vt æſtuoſus, & cum ſiti ventris acrium defluxionem facit ſe in gingiuis obfirmantem, dum tenue eſt, quod depluit, quod ipſum contigiſſe in quadam tempeſtate narrat Hipp. nam gingiuæ ab hac defluxione ſuppuratum concipiebant, denteſque decidebant corroſi, qua de re inferius. aſt ſi his iniudicatorius ſe adiungat ſudor oppreſſionem deſignans ſuperarum partium, tunc craſſi exundantes humores ponè aures vtique abſcedent, vt inferius dicturus eſt Hipp.

XV.

Cephalalgia veternoſa cum grauitate habet quid conuulſorij.

169 NOn inconuenit vt cum veterno grauitas ſit, & cruciatus: non tam arcta enim eſt veterni aput Hipp. ſignificatio, vt ineſplebilem denotet ſomnum; ſed genericum nomen eſt ad omnem innaturalem ſomnum, eritque cephalalgia veternoſa vigil coma habens quid conuulſorij ratione partis affectæ, & cauſæ offendentis.

XVI.

Cephalalgici ſitibundi, penè inſomnès, obſcuri, impotentes, ex aluo liquida delaſſati, nùm mente allienantur.

170 SVnt hæc exurentis caloris, & retorridæ bilis, ſanguinem inficientis inditia. iſtis etenim de cauſis dolet caput, ſitiunt, & vigilant fermè perpetuo ægrotantes. ſed à ſanguinis temeratione eodem inuecta humore merent, & triſtantur, quod eſt obſcuros eſſe) corporis concidunt vires, & ex ſuccorum liquatione magna cum laſſitudine aluus profusè deijcit. deiectio autem hæc imminentia non tollit mala, ſed ea inacuit, quia mentis abalienatio inſurgit ab atro profecta humore, cuius exitus vbiq. lethalis. problematicè autem dictum, quoniam profuſa deiectio iſtis de cauſis edita poſt mentis abalienationem præripere, non tamen ſine pernicie.

XVII.

Cephalalgici ſurdaſtri, manibus contremiſcentes, collum doloroſum habentes, mingentes nigra condenſata, vomentes nigra, pernicioſè habent.

171 HAec omnia pernicioſè vxori Hermoptolemi contigerunt, cephalalgica namque erat cum ſurditate, contremiſcebat manibus deijciebat nigra, erantque vrinæ quæ puerulis ſunt peſſimæ. detinebatur hæc plenitudine vitioſorum vaſa omnia replentium, & inde omnia mala. cæterum nigræ vrinæ, quæ denſum, & aſperum habent enæorema pernicioſarum imminentium delirationum ſunt ſigna; quemadmodum nigræ vomitiones, & manuum contremiſcentiæ. quippe non ſolùm id pondus, ſed inſimul feritas facit atræ bilis, qua diſſipati concidunt ſpiritus, & alia eduntur mala, quæ mortifera ſunt,& delirationum, & conuulſionum præſagia.

XVIII.

Caput dolentes, exſudantes, aluum compreſſam habentes, conuelluntur.

172 COmprimitur aluus, dum caput doloroſè æſtuat, quicquid in ventre eſt humiditatum euocans, & in ſe alliciens,quo ponde caput degrauatum ſudaciunculas exprimit, & conuulſiones promouet, ni pone aures ocyus ſuppurantes erumpant tumores, ſeu profluant ex aluo cumulatim noxioſa recrementa.

SECTIO QVINTA.

De Sopore.

I.

Sopor vbique malus.

173 VINCVLVM, quod animalis vis conſtricta feriatur, vt multiplices ſunt vincientes funes; conditione diuariat; nam ciborum habitus frigeſcentes naturalem ſomnum faciunt, quo recreantur ſpiritus, & quamplurima in eo animi munia eduntur

eduntur. at è contra ſigriconea ſint, quæ vinciunt craſſi nempe, & frigidi humores, nedum exterior animalis vis, ſed & interior torpet illaquecata arctius, aut demiſſius pro copia, & facultate, & hæreſcentia dictorum humorum. & vt prima animi quies ſomnus dicitur vbiq. bonus; ita altera ſopor vocatur, vbique malus, eſtq. hic generis nomen ad omnem innaturalem ſomnum, cuius ſunt ſpecies tum propie dictus veternoſus ſopor, tum in ſomnum aſſidua propenſio, quæ effigie diuariant ex locorum affectorum conditione. nam in aſſidua propenſione cerebri, & pectoris venæ craſſo humore quadantenus interceptæ, ſpirituum promptam remorant circuitionem:quocirca obdormiſcunt ęgri, leuiter tamen prorritati euigilant. ſi enim eſſent ſanguinea hæc receptacula prorſus intercepta, fortis adeſſet Apoplexia, aut repentina mors. Aſt in veternoſo ſopore quia arctiſſimus eſt ſomnus, temporum venæ prorſus intercipiuntur ab eodem craſſo ſucco: hinc obdormiſcunt ægri arctiſſimo ſomno correpti, dum quod intercipit eas vndique obruit. vocantur idcirco ab Hipp. lib. de Artic. temporales muſculi carode es, quia, dum alterantur, & intenduntur, ſoporem afferunt. hic ergo ſopor vbique malus eſt, tam nempe in febrili ardore, quam ſecus: tam in initijs morborum, quam in eorundem progreſſione. verendum quippe, ne fortes ſiderationes, aut conuulſiones accedant, in parotides erumpant, ſu infimi intumeſcant artus, vel aluus profuſè deijciat, ſeu tandem craſſum lotium exeat.

II.

Comatoſi à principio fientes tum capitis, lumborum, colli, præcordij dolore vigilantes, num phrenitici ſunt? naſus in his deſtillans perniciosſus tum aliàs, tum quarta ab initio die. malum eſt etiam alui profluuium prærubrum.

174 COmatoſi ab initijs ſunt, qui ſoporantur, dum inualeſcit inſultus, reliquum temporis vigilant, quod & quotidie, & alternis accidit diebus, eſtque coma hoc reuerſiuum obſeruatum ab Hipp. in Adoleſcente peregrino, qui comatoſas habuit acceſſiones tertianas. vigent enim tunc æſtuantes ſucci per periodos in ſpiritalia vaſa craſſos, ac pituitoſos humores ducentes, quorum conditione obruti ſpiritus torpent, arctiſſimuſque exin ſomnus quandoque adeſt perſeuerans, quoad vſque inualeſcens ardor disijcit craſſa iam agglutinata, vt deinceps ægri vigilent, cui reuerſiuo comati, ſi capitis, colli, lumborum, & præcordij adiungatur afflictio, ſignum eſt alicui viſceri inhærere ſeu phlegmon-

ſeu prauorum humorum congeſtio. & hæc mala promptiſſimè præcordijs ſe inſingunt, quia hi & recipiunt facile, & ſeruant ſumptos humores, exinque reliqua inſurgunt ſymptomata imminentis, aut iam factæ phrenitidis ſuſpicionem præbentia, vt ex aliàs dictis conſtat. ſtillatio autem è naribus in his occurrens perniciosa eſt, tum quia ſuapte natura talis: tum quia ſeptima die vice copioſæ hæmorrhagiæ facta adeſſe ſummam deſignat ſanguinis meracitatem, quæ facit doloroſam tenſionem, repletque colli venas, vt inditium præbeat futuræ dyſenteriæ, quam vicinam eſſe prædicit lumborum cruciatus. Porrò deiectio hæc prærubra vtiq. erit, & in phrenitide mala, at non prorſus lethalis, quoniam cum virium conſtantia ſalutem nonnumquam affert, vicemque gerit confertæ hæmorrhagiæ, vt in ea tempeſtate accidiſſe ſæpè annotatum. & inferius, ſoporoſis, inquit, dilaſſatis, ac ſurdaſtris, ſi ex alui eruptione rubra egerantur circa iudicatione proſunt. quod veritatem habet, dum quæ prius aderant mala miteſcunt, aliàs non poteſt non eſſe mala prærubra deiectio, ſi non cauſæ inditij ſaltem ratione: ardent enim viſcera, & ſanguineæ liquantur partes, vt exin fæces prærubræ euadant.

III.

Comatoſi ab initio exſudantes, cum vrinis concoctis exardeſcentes, ſine indicatione perfrigeſcentes, & rurſus breui incandeſcentes, torpidi, ſoporoſi, conuulſi perniciosè habent.

175 COma initijs morborum adueniens naſcitur vtiq. ab oppreſſione, quam facit ſeu internarum partium phlegmon, ſeu congeſtio ſuccorum etiam ſuapte craſſitie offendentium: nam coma, ſi fiat ab exauſto, caloriſuè internectione, ſudaciunculæque inde promantes tractu temporis occurrunt, nec caloris, & frigoris habet alternitatem adiunctam. ergo dum hæc fiunt, ſpiritalium partium magna ſubeſt phlogoſis cum crudoris vbertate, à qua ſenſiens oppreſſa vis decidit in ſoporem, inardeſcit ſæpè, ac perfrigeſcit corpus abſque indicatione, vt tandem obtorpeat. nec iacet in infimo ventre vitium hoc, quoniam vrinæ concoctæ exeunt, quæ tales nunquam apparent, dum infimus venter laborat, ſæpè tamen in ſæua peripneumonia, & in parotidibus ad perniciem erumpentibus, vt ſuo loco conſtabit.

IV.

Somni comatoſi, & perfrigerationes, perniciosum.

176 VT viciſſim inardeſcere, & perfrigerari cum ſopore, vitium ſpiritalium partium ad perniciem deſignat; ſic perpetua in coma-

comatoſo ſomno frigiditas, ſpirituum aut internectionem, aut ſummam oppreſſionem denunciat. vtrumque pernicioſum: nam dum morticinium interuenit caloris, mors in propinquo eſt: ſi vero vrget oppreſſio, nec tunc vllum ſperabile eſt auxilium, quod leuamen afferre poſſit, quia perfrigeratio torpidas reddit virtutes omnes corporum rectrices. Porrò comatoſi ægri dicuntur, dum irritati euigilant, ſed protinus in ſomnum labuntur, nec palpebras queunt inconniuentes ſeruare.

V.

Comatoſis dilaſſatis, obſurdeſcentibus, ſi erupta aluus rubra circa indicationem egerat, prodeſt.

177 QVæ exernuntur ad criſim, alia integrè diiudicant, alia morbum compeſcunt, alia ægrum in preceps ducunt. integram ſalutem afferunt, quæ loco, tempore, & modo opportuno prodeunt. ad perniciem ſe exerunt, dum ſiue bona ſiue mala pernicioſis ſe adiungunt. ad leuamen demun occurrunt, dum mala ſuapte natura, opportunitatem aut loci, aut temporis, aut modi ſeruant. huiuſce ordinis eſt prærubra ægeſtio circa iudicationem comatoſis occurrens cumulata. etenim euadunt ægrotantes comatoſi, dum adeſt venarum carotidum interceptio, qua etiam de cauſa obſurdeſcunt. ergo in venis craſſa exundant, quæ diducta in ambitu membrorum laſſitudinem pariunt. dicturus autem inferius eſt, ſolui ſurditatem in febribus alui turbatione, & de Filio Pythionis comatoſo dictum conualuiſſe, quia deiectio prodijt copioſa, quocirca comatoſis, & ſurdaſtris ad iudicationem confert alui turbatio. ſit autem oportet rubra deiectio hæc, quia febrilis ardoris vi exuſtum iam eſt, quod ab alto per venas procumbit, rubrum idcirco apparet recrementum hoc vicem gerens non proruptæ hæmorrhagiæ. notanter autem ſuperius dictum, quod in reuerſiuo comate malum quid deſignat prærubra egeſtio, quoniam ſi prærubra eſt, meraca quoque eſt. aſt quæ circa iudicationem ſolùm rubra apparent, non efficientis cauſæ ſed materiæ exundantis, ac miteſcentiam quandam gerentis inſequuntur conditionem, ideoque vtilitatem aliqualem adferunt, non tamen morbum prorſus eliminant, quia in dilaſſatis ad criſim ſudores conueniunt.

VI.

Soporoſi, anxioſi, præcordium dolentes, parum vomentes, parotidas habent. antea verò circa faciem tumor cum ſopore.

178 DOlet præcordium ſtabiliter tum à phlegmone, tum etiam à cõgeſtione ſuccorum diuerſam obtinentium naturam, qui dum

Digitized by Google

ſuperas partes aliqua petunt ratione, nec hæmorrhagiam promouent, ſoporem plerumque inducunt. quo in tranſitu, quod craſſiſsimum eſt ſtomaco obuians anxietudinem, & nauſeabundam prorritationem edit, quæ paruis excepta vomitibus parotidas tandem excitat. ſi namque profuſa eſſet vomitio, caput omnino depleret, parotidumque occaſionem auerteret. quia ergo exigua eſt, hæc, & copioſum quod in ſuperas effertur, quia iactationem, & ſoporem inducit, conſonum, vt parotidas tandem proferat, perinde ac in alijs accidit anxioſis febribus. cæterum faciès cum ſopore, priuſquam erumpant hæ, intumeſcit ob eam excoctionem, quam pituita ſubit, abſceſſura tandem pone aures, vt letargicis ſæpè accidit.

VII.

Repentinę mentis aberrationes cum iactatione hęmorrhagiam excitant.

179 NOn omnes mentis aberrationes ſunt hæmorrhogicæ, ſed illæ tantum, quæ repentinò accedunt, vt notent ſubitariam, ac extemporaneam motionem ſuccorum reptantium ad ſuperas. quippe tenuitate, & acredine præditi corpus iactant, & mentem ſubuertunt. ſi ergo perſeuerauerit hæc repentina commotio, vtique arteriæ ſe exonerabunt per confertam hæmorrhagiam, niſi adſit, quod exitũ hunc tardet.

VIII.

Comatoſa, anxioſa, dolentia pręcordia, frequenter parum ſpuentia, parotidum ſunt prænuncia.

180 QVod de anxioſo comate cum doloroſa præcordij affectione, & parua vomitione dictum; illud ipſum de parua, & frequenti ſpuitione dicendum. nam vt nauſeabunda oritur prorritatio, dum craſſior pars ſuccorum ſurſum reptantium ſtomaco obuiat; ſic & frequens oritur ſaliuatio, dum irruens humor aut ſeptum aprehendit, vt phrenitidem pariat, (qui enim frequenter ſunt ſputatores phrenitici mox euadunt) aut cerebri humiditates liquat. vtcumque dum craſſi à præcordijs dolentibus properantes ſucci comatoſam anxietudinem pariunt, parotidas tandem excitant, ni parua ſpuitio copioſior deinceps fiat. tuſſiculæ enim cum ſputationibus parotidas ſubmouent.

Co-

IX.

Comatoſi num aliquid conuulſorij habent.

181 Vtique innaturales ſomni parant ad conuulſionem corpora. ſi namque ſtagnantia recrementa craſſa corruptionem ſubierint; anſam conuulſionibus præbent, quod in vigili comate haud infrequens eſt.

X.

Affectiones comatoſæ, fatuitatem inducentes, catocha hypochondria variantia, & ventrem tumidum habentes, cibum faſtidientes, aluo compreſſa exſudantes, num his turbidus ſpiritus, & genituræ ſimile quid pertranſiens ſingultum denunciat? num & aluus bilioſa inſuper egerit? ſplendentia in his vrina prodeſt: ventres quoque in his inſuper turbantur.

182 Eſt quidem ſuapte natura melancholicus ſuccus author vigiliarum; ſomnolentos attamen cum fatuitate, & catocha affectione homines reddit, dum pituitam aſciſcens viſcoſior redditus partim ſeper muſculorum inania diffundit, partem in animorum ſedem labitur. nec inconuenit, vt variantia reddat præcordia, quia & flatus excitat, & crudores edit, hacque ratione nunc eleuat, mox deprimit præcordia, facitque vt alia, aliàue parte doleant cum diſtentione totius ventris. hinc & nauſeant, & compreſſam aluum ęgri habent, quin & ſudaciunculis madent, quia eodem ſucco ſunt quoque viſcera repleta. in quæſtionem autem venit nùm in in iſtis ægrotantibus ſingultus ſit expectandus, dum ſpiritus turbidus eſt, & quid genituræ ſimile pertranſit. hoc eſt, dum ſpiratio turbida eſt, quia ſunt ſpiritales partes pernicioſè afflictæ ſic, vt ſingultus exin accedant, vt proditum eſt ab Hipp. 2. de morb. genituræ autem quid ſimile viſitur in lotio, vt in Vxore Theodori, & cuncta hæc certa ſunt inditia bilis atræ vndique dominantis: Aſt ſi aluus non compreſſa, ſed eſt ab atro irritata ſucco, iterum in queſtionem venit, nùm deinceps bilioſa ſe exonerabunt? nam etiamſi cuncta hæc ab atra germinent, conſtat exin quandoq. deijci bilioſa non ſine commodo, vt de Filio Pythionis ſæpè annotatum. Quod autem in tam ſæuo diſcrimine ſalutis promittit ſpem, lotij eſt ſplendor, quem facit ſiccus attenuans ardor, & hic ſplendor ad vtilitatem facit, dum poſt grumeſcentiam effulget. quibus, inquit Hipp. 4. Aph. 69. non ſine febre vrinæ ſunt craſſæ, grumoſæ, & paucę

paucæ ſi deinceps tenues, & copioſæ euadant, iuuant. maximè verò tales fiunt, in quibus ſtatim ab initio, vel paulo poſt ſedimentũ apparuerit.

XI.

Cerebro ſiderato alij in tribus diebus, alij in ſeptem moriuntur. has verò ſi effugerint, ſeruantur. quibus autem ex his reſectis os diſparatum repertum fuerit, ij pereunt.

183 Pars. quælibet ob caloris internectionem corrupta, ſiderata eſt. emoritur autem calor, tum obrutus nimia humiditate, & craſſitie, tum abſumptus exceſſu caloris, vel extinctus contrario frigore. vtcumque pars ſiderata nigreſcit, aut liuet. mox in fætorem, ſeu marcorem abit: nam putreſcunt humida: mareeſcunt ſicca, & ſolida. cerebri itaque corpus humidum iſtis de cauſis ſphacelum ſubit, vt liueſcat propter caloris internectionem, ſeu nigricet mox in fętorem ſe ſoluturum. Porrò huiuſce affectionis idea extat 2. de morb. ab Hipp. delineata, cuius tanta eſt vehementia, vt hinc per ceruicis neruum in ſpinam dolor diſcurrat, cor algeat, nouus de repente effluat ſudor, & è naribus, oreque exitialiter ſanguis prodeat, vt ſubinde mors accedat tertia die, vel ad ſummum ſeptima, dum nempe intumeſcens cerebrum abiungit caluariæ ſuturas, vt per earum rimas ferbor quadãtenus reſpiret. mortale tamen ſymptoma hoc, quia denuò ſeſe componere abiunctæ ſuturæ nequeunt, ſummèque violentum eſt, quod ſic oſſa diſijcit. mentionem autem ſectionis facit Hipp. quoniam ad hanc affectionem præſentaneum eſt auxilium vulnus ſincipiti in latum, vt eſt ab Hipp. loc. cit. proditum. ſed plura hac de re in propia tractatione.

XII.

Cephalalgicis oſſa rupta habentibus ex poſteriore parte, fluxio è naribus larga, craſſa, malùm, hi vbi antea oculus acutè doluerit, rigent. nùm & iuxta tempora diſruptiones conuulſoria.

184 Rumpuntur caluariæ oſſa externo icti, internaue de cauſa. interna quidem cauſa eſt, tum cerebri ſideratio abiungens caluariæ ſuturas: tum marcor ipſius caluariæ, dum à carie eius oſſa aſpera, fulua, eleuata, & ad cerebrum quibuſdam vſque corroſa fiunt, quod ab Hipp. 2. de morb. proditum, extat quoque noſtris hiſce temporibus in luæ venereæ paſſionibus obſeruatum. vtcumque fluxiones è naribus his acce-

Digitized by Google

accedentes, malæ: nam & in cerebri ſideratione, nares ad exitium profundunt, & dum ictu diſrupta ſunt oſſa, nares effundentes lethalitatem prædicunt, licet ex euentu quandoq. ſperetur vtilitas dum craſſa exeunt, vt in propia tractatione palàm fiet. cæterum in diſruptionibus, quæ in poſticis à carie contingunt, nil boni promittit fluxio è naribus larga exiens, & craſſa, quoniam magna tunc craſſorum adeſt vbertas, quæ ad anteriores etiam ſe propagat ductus, vt exin oculus acutè doleat cum rigore, quod ſymptoma prauum eſt in omni cerebri concuſſione, quia ſeu delirium ſeu parotidas promit, vt aliàs oſtenſum. quod autem de conuulſiuis diſruptionibus iuxta tempora adiungit Hipp. ſufficientem propio capite habebit enarrationem.

SECTIO SEXTA.

De aurium affectibus, & Parotidibus.

I.

Auris dolor pertinax cum febre acuta, & alio ſigno valde difficili iuuenes ſeptima die occidit, & citius delirio correptos, ſi non multum pus effluxerit ex aure, aut hamorrhagia, neque aliud bonum appareat ſignum. ſeniores autem tardius, & minus tollit. nam ſuppuratum preuertit, nec ita delirant: atamen pleriſque horum morbus reuertit, & ſic pereunt.

185 QVONIAM ſanitatis etiam tempore cerebrum biliosa in aures demittit; dum ægrotat, ſignum in aures quoq. ſuæ ægrotationis plerumque oſtendit, nec leuiter viciſſim affligitur, dum aures laborant. quocirca ſi hæ pertinaciter doleant cum acuta febre, alioque difficili ſigno, mors vtique ſeptima, aut citius iuuenibus aduentabit delirio correptis, ni quod boni ſuperaccedat. quod autem difficile ad malitiam ſe adiungit, eſt vel totius capitis dolor, vel biliosa ineunte morbo facta vomitio, vel cruenta vrina abſque hypoſtaſi, aliaue inferius recenſenda, quæque ex hiſtoria filij Cydis colliguntur. Decedunt autem promptius quam ſeneſcentes, iuuenes hac affectione correpti, quoniam ij propter ſpirituum expeditam circuitionem prauitatem latè diffundunt, deceduntque ſubinde ſeptima,

aut

aut ocyus, vt cætera in malum validiùs conſenſerint. ſed & reualeſcunt promptè, dum phlegmon conceptum pus vbertim per aures promit, vel ante matureſcentiam largam edit hæmorrhagiam. ceterum ex auribus hæc occurrunt effluuia plerumque, ait Hipp. 6. in 6. Epid. æſtiuo tempore, & quinta morbi die: ſed tardius feneſcentibus, & ſanguinem craſſiorem habentibus. inde eſt, quod iuuenes periculoſius laborant, & mors in iſtis præripit maturitatis tempus, nec ipſa maturatio caret diſcrimine, ſi non perſeueret in bonitate. quippe immeritò plerumq. quieſcunt cruciatus, grauioraque exin inſurgunt ſymptomata interitui prænuncia. fallax idcirco ab Hipp. 3. Progn. locus iſtæ vocatur, quia bonum etiam, quod ſe in hac affectione exerit, infidum eſt, nec aliud bonitatem certam promittit, niſi matureſcentia protinus à die quinta ſe prodiens, vt in Puero Athenadis, nec ſe protrahens à ſeptima, dummodo ſanitatis etiã tempore aures non doluerint, quia in iſtis purulentum ſtatim prodit, vt in Filio Cydis. nam quod de Emmyridis puero additur ex aure octaua purulentum proferente, non adamuſſim fuiſſe obſeruatum legimus. talia in iuuenibus ab auribus malè affectis occurrunt: aſt ſeneſcentes oppoſitis ex cauſis delirant, dolitant, & febriunt lenius: facilius propterea conualeſcunt, aut tardiùs decedunt. nam craſſior horum ſanguis aut ſuppurant optimè, aut non multum negotij exhibet, & propterea hyeme commodiùs, quam eſtiuo tempore tales fiunt puris effuſiones, vt Echecrati cæco contigiſſe proditum deceſſuro certè, ſi æſtiuo laboraſſet tempore, vt conſtat ex adiunctis ſymptomatis. tardius demum moritur ſenex propter iam dictam ſuccorum conditionem, ni peculiaris adſit habitudo. ſic enim Hilacarnaſſenſis quinquagenarius phreniticus deceſſit, quia in auris doloroſa afflictione vrinæ erant denſæ, & turbatæ.

II.

Surditas in acutis, & turbulentis conſequens, malum. malum etiam in longis: in his autem dolores etiam ad coxas deducit.

186 EST tranſitus turbulentiæ ſignum prænuncians futuram hæmorrhagiam, ni ſuccorum, meatuumque obſtet imparata conditio, ac vtique quid obſtat, dum ſurditas naſcitur à cerebri oppreſſione, quam edit congeſtio craſſorum, quæ ſi turbulentiam quoque inferat, auditorios matus oplet, & intima vaſa pulſare facit, quod in acutis malum eſt ſymptoma alijs excipiendum grauioribus, ni largiter profluat hæmorrhagia. Philiſtidas enim ſecunda die obſurdeſcens, mox delirus; quinta die conuulſus, & anxioſius deceſſit. Parcius ſi non eandem malitiam ſurditas

ditas hæc in diuturnis præſagit, quia opprimens humor aut conficit tandem, aut laborioſam ad inferas partes edit abſceſſiones; obijtque Hermocrates obſurdeſcens ſine vlla abſceſſione, conualuit Abderitana virgo cui à ſurditate pedes indoluerunt, & corpus totum ſudore maduit, ſcriptumque eſt 5. in 2. Epid. quod vt ſurditatem demit decubitus ad inferas partes; ſic ſurditas accedens tollit fortem in locis infernis excitatum dolorem, ſuntque notabiles hac de re Herophontis, & Heropithi narrationes.

III.

In febribus ſurditas aluum ſiſtit.

187 Caput, dum totius corporis in ſe plenitudinem allicit; aluum comprimit. quod ipſum in magnis febribus ſurditas facit, nata & ipſa ab eadem capitis plenitudine. quocirca exin aut ferinæ expectandæ delirationes; vel ſaltem extemporanea inſania ad criſim, quoties nempe aluus mox ſuam reaſſumit libertatem. ſcriptum enim 4. Aph. 28. & 60. quod perinde ac ſurditas bilioſas ſiſtit egeſtiones; ita egeſtiones denuò recurrentes ſurditatem ſoluunt, quod ipſum liberalis facit hæmorrhagia.

IV.

Aures frigidę, pellucidę, & contractę, pernicioſę.

188 Deuians à naturali conſtitutione iure merito pernicioſum eſt. aſt ſi Ariſt. credimus, aures ſunt ſuapte natura calidiſſimę, ipſo etiam ſenſu iudice. quippe & coloratiores cæteris particulis ſunt, & numerò verecundantibus rubeſcunt. ergo ſi frigeſcant interna ex occaſione, vtique prauum quid in intimis oſtendunt ſubeſſe, præſertim ſi inſimul pellucidæ ſint, & contractę. id enim facit internus cerebri æſtus tenuiſſimum ab extimis retrahens calorem, ac exiguum cartilaginum depaſcens humorem, vt exin reſiccatæ ſe contrahant aures, & perluceſcāt, dum ſpiramenta obliquationem laxiora reddita luminis radios promptè admittunt vulgari quocirca dicterio colliquati lanterna pellucidiores dicuntur.

V.

Bombus in acutis, & echo in aure, lethale.

189 Ob aſſiduam aeris implatati motionem ſonant aures perpetuò, licet ſuſſurus hic detracto artificio imperceptibilis maneat, cete-

cæterum dum illuc ſucci, ſeu vapores firmantur aeri motionem hanc impertientes, ſtabilis naſcitur bombus, qui in acutis factus vel cerebrum inflammari, vel ſurſum deſignat quid ſanguinolenti concitatè ferri, vt futuram hæmorrhagiam promittat, ſi huic bombo alia quæ mox dicentur ſe adiungant; qui autem bombus fit à cerebri inflammatione mortiferus non ſine furioſa amentia. aſt ſolitariè ſonitus hi monſtrant magnam in cerebro adeſſe turbationem vlla abſque ſpe futuræ excretionis; propterea & ipſe lethalem delirationem præſagiunt. eſt autem bombus indiſtinctus ſonus, vt eſt Apum murmur, ſeiunctus ab Eccho, in quo eliſio eſt acutie, ſeu grauitate metata.

VI.

Echo aurium cum viſus hebetudine, & narium grauitate mentem emouet, & ſanguinem profundit.

190 MEtaſtaſis, quæ ſuam opportunam non edit excretionem, lethalis, dum principem partem offendit. futura autem excretio omnis ſua præmandat inditia, ac hæmorrhagiæ oppreſſum ſubleuantis cerebrum ſunt, viſus hebetudo, & narium grauitas, quia nimirum ſanguinis pondus tunc ad interiora vergit. aſt oportet, vt ſanguis æſtuet, ad hoc, vt commodè hæmorrhagia prorumpat, propterea mens momentaneè percelitur, vt & ipſa aberratio alijs cum inditijs huiuſce excretionis opinionem præbeat.

VII.

Quibus ſurditas cum capitis grauitate, pręcordij tenſione, & ad ſplendorem turbatio, ſanguinis profuſiones accedunt.

191 DVm fugaciter tenditur præcordium, caputque inde graueſcit ſic, vt auditio pereat, ſi inſimul & viſio turbetur, hæmorrhagia equidem expectanda, ſalutaris inquam, ſi coctionum ſigna ſe exerant: aliàs furioſum quid ſurditas denunciat.

VIII.

In acuta febre aures obſurdeſcere, furioſum.

192 OBſurdeſcunt in acutis aures, dum noxioſorum fit ab inferis ad ſuperas metaſtaſis. aſt ab infernis doloribus, inquit Hipp. lib. de iudic. ſurditas adueniens maniam efficit. ergo aures in acuta febre ob-

obſurdeſcere furioſum quid habet. eſt enim non vulgare phrenitidis ſignum, quemadmodum & hæmorrhagiæ ſurditatem, & priorem affectionem ſoluentis, vt conſtat Herophontis hiſtoria.

IX.

Valdè ſurdi in accipiendo tremuli, linguam reſoluti, torpidi, malum.

193 CVncta hæc ab vbertate naſcuntur ſuccorum nigrorum venas intercipientium, quoniam oppreſſionum ſunt germina, & ſuapte natura mala, vtpotè apoplexiæ, ſeu paraplegiæ prænuncia. non lethalia tamen, quia rigoris, vel ecmaniæ acceſſu perquam facilè tolluntur.

X.

Accedente ægritudine ſurditas, & vrina ſubrubicunda non ſubſidens cum ençoremate, mentem aberrare facit. morbo regio corripi in his malum. mala ex ictero fatuitas. hos aphonos fieri ſentientes contingit. fortaſſis aluus malè afficitur.

194 HErmocrates acutè febricitans ſtatim obſurduit: minxit ſubrubrum lotium ſine hypoſtaſi, ſed cum enæoremate. quinta mēte aberrauit: ſexta ictericus euaſit: tandem poſt inſidas multas leuationes reſipiſcens, aphonus, & ex aluo multa tenuia egerens moritur vigeſimaſeptima. quæ cuncta ab atra prodierunt bile ſuum ſeruante circuitum. non ergo diſſonat horum complicatio ſymptomaton, ſed prognoſis eſt deſumpta ab hiſtoria Hermocratis.

XI.

Ex ſurditate, & torpore ſubſtillicidium narium, aliquid difficile promittit. vomitus his conducit, & alui turbatio.

195 STillat, & non largè in ſurditate, & torpore effunditur ſanguis, quia præter ardor, & contentio vaſorum ſubſunt craſſa opprimentia, quæ largam effuſionem impediunt, nec tolluntur exigua ſtillatione. expedit ergo, vt craſſa hæc vomitu, aut infera deiectione ſe exonerent, non quidem ad integram morbi ſolutionem, ſed ad leuamen, & vtilitatem; deinceps enim poſt eiectionem craſſorum effluunt aut ſudores aut hæmorrhagiæ, quę ardorem, & contentionem venarum integrè tollunt.

Ex

XII.

Ex ſurditate leniter parotides fiunt, præſertim ſi parum nauſeent. ſed magis ſi ſoporati ſint parotides fiunt.

196 DVm manent in cerebro craſſa vomitione non eiecta, hiſque obruuntur ductus ad aures ſpectantes, parotides erumpunt, ſed leniter, hoc eſt, non confertim talis fit eruptio, dum ægri nonnihil nauſeant, quia ſtomaco quadantenus ſucci inhærent, ac quemadmodum vomitus plenus, & aſſidua ſpuitio eruptionem hanc prorſus auertit, ſic tardatur hac nauſeabunda prorritatione, & hoc licet leniter, promptius tamen contingit, dùm inſimul ſoporati ſunt. nam venæ ponè aures exiſtentes, vt oppletæ ſoporant homines, ſic ſi ſtimulentur facilè onus in vicinas glandulas deponunt.

XIII.

Surditatem ex febribus hęmorrhagia ſoluit: itidem alui turbatio.

197 OBſurdeſcunt in febribus aures tum à copia ſanguinis auditorios meatus premente: tum à craſſitie, & ponderoſitate reliquorum ſuccorum corpulentiam ſummam habentium. nam à ſola ſanguinis copia catocham fieri affectionem aliàs dictum. ergo & ipſa ſurditas hac de cauſa edita promtiſſimè tollitur hæmorrhagia, quemadmodum, & ipſa catocha. affectio. quæ autem ab altera cauſa oboritur, non deſiſtit per hæmorrhagiam, ſed alui turbationem, vomitionem, dyſentericamue effluxionem, ſeu abſceſſionem ad crura requirit, difficultatemque non leuem in iſtis ſurdaſtris pariunt ſanguinis effluxiones.

XIV.

Quę dolenter ad aurem aſſurgunt, pernicioſa.

198 DVm ſalubriter abſcedit quacumque ratione noxium; leuamen ex neceſſitate inde occurrit, quia pondus, quo preſſa tenebatur, natura tunc excutit, viribus ſubinde refecta, totum recreat corpus. ergo ipſi naturæ haud conſonant abſceſſiones, quæ dum fiunt, aut iam factæ ſunt, tormentoſè affligunt. nam id accidit aut à virtute inualida ſuo defraudata munere, aut ab humoris feritate inopportunè abſcedentis. ergo doloroſa parotidum eruptio pernicioſa erit, quin & ferina eſt, ac contumax humoris abſcedentis conditio, & ipſa retrix facultas

coa-

coacta opus iſtud exerit, quocirca & faſtigiatæ plerumq; & inardeſcentes ſunt iſtæ parotides, quod ad exitium, vel ſaltem ad difficilem ſanationem facit, vt per ea, quæ Hermippo Clazomenico contingerunt, patet: euaſit namque is imminentia mortis diſcrimina, quia ei & indoluerunt crura, & dyſenterica, craſſarumque venarum proſeſſerunt effluuia.

XV.

Rubores circa aurem ex pregreſſo dolore in febribus fientes ſignum quidem ſunt eryſipelatis in facie futuri. ſed & conuulſiones in talibus ſunt cum aphonia, & conuulſione.

199 AB abſcendentibus ſuccis non perpetuò excipiens intumeſcit pars. nam tenues & calidi diſcruciant,& inflammant abſque tumore. quod accidit etiam in partibus ponè aures, dum illuc tenues obrepunt ſucci, ſolùm exhibentes ruborem ad febrilem deſignandam malitiam. nam & futurum faciei eryſipelatem denunciant,& obtumeſcentes quandoq; conuulſiones; & exolutiones præſagiunt. bilioſus etenim ſanguis ruboris author propè ceruicem eiectus, iudicationem recipit in facie, quia ab illis ſinubus iſtuc venulæ ſe propagant. hinc illud Hipp. 8. in 6. Epid. Eryſipelas, inquit, quibuſdam à ceruice, & circa hæc in facie iudicabitur. iudicabitur inquam ſalubriter, ſi à facie ſurſum potius, quam deorſum obrepat; ad perniciem ſi deorſum vergens fauces, & pectus occupet, ſeu intus recurrat. quippe aphoniæ exin exolutioneſq; naſcuntur, perinde ac faciunt rubræ parotides recurrentes, dum iugulares ductus noxio ſucco repleti ſpirituũ,ſanguiniſq; motionem tardant,& intercidũt,

XVI.

Tumores circa aurem ex pluribus graueolentibus cum febre acuta, & precordio intento tardius excitati occidunt.

200 ALuus quamplurima graueolentia antea deponens, mox compreſſa, ſi caput premat; facit, vt pone aures tumores exſurgant, ſi opus febrilis interueniat ardoris. aſt tardè hi exurgunt tumores, ſi adhuc tenſa maneant præcordia, quoniam tenſio hæc cumulatam, citamq; eruptionem tardat,& detrahit, quemadmodum de ventriculi nauſeabunda prorritatione dictum. occidunt ergo aſſurgentes iſtæ parotides, tum quia prauus eſt abſcedens ex plurimis compreſſis graueolentibus humor: tum quia hypocondrij adhuc manet tenſio, quæ properantes ſuccos in malos vergit abſceſſus ad exitium.

Digitized by Google

XVII.

Parotides ineptę paraplecticis.

201 ASſurgunt parotides, & accidit paraplegiæ ſine febre. nam 1. in 1. Epid. proditum, laxus parotidas erupiſſe, quæ indoloroſæ ſine maturitate, & febre tandē euaneſcebant. 3. quin etiam in 1. Epi. ſcriptum eſt, factas per hiemen fuiſſe paraplegias, quæ erant mortiferæ, non itidem aſſurgentes parotides. eſt autem vnus, & idem humor harum affectionum author pituitoſus nempe, atrabilarius, & craſſus: ſed in parotidibus ponè aures abſcedit; in paraplegia hæret aliquibus in vaſis, vt intercipiat ſpirituum curſum ad illa membra. ergo ineptæ ſunt paraplecticis parotides, quia humorem vaſa intercipientem non euocant, nec deponunt.

XVIII.

Parotides in diuturnis non ſuppurantes lethales, alui verò his deorſum feruntur.

202 DIuturnitas naſcitur à ſuccorum contumacia, quam vires euincere tam promptè nequeunt, quo in rerum ſtatu ſint lethales oportet parotides aſſurgentes. nam plerumq; faſtigiatæ, paruæ, doloroſæ, non, aut prauè matureſcentes: recurrunt ſubinde ad citum interitū, quia in diuturnis vix vllam habent rependentem excretionem. quippe ventris turbatio iſtis ſuperaccedens abſceſſionibus lethalis eſt, vt Critonis, & Concubinæ Nicolai conſtat exemplis, quæ autem prauè ſuppurarunt, Ancillæ Scymni pictoris exitium attulerunt. in diuturnis propterea perniciosis lethalitatem denunciant, non ſic in aliis benignioribus, in quibus plerumq; non ſuppuratæ ſubſidunt, denuòq; reaſſurgunt, iuxta febrilem reuerſionem, vt tandem ſe in articulos obfirment, ni craſſum lotium vbertim effuſum malum vndiq; expiet, vt ſcriptum eſt 4. in 6. Ep. quæ autem ſuppurant in benignis affectionibus ſalutares proſus, quia ipſa coctio criſis ſimul, & abſceſſio eſt.

XIX.

Num quibus parotides caput dolet? num ſupernis partibus exſudant? num & inſuper rigent? num & alui erumpunt, & quid ſoporoſum habent? num & aquoſa eſt vrina alba cum innatantia, & aliquantum varia, alba, graueolentia?

203 SVnt hæc parotidum quidem ſeu præſagia, ſeu adiuncta, ſed non firma, ideo problematicè poſita. capitis namq; labor partis deſignat

ſignat oppreſſionem, quemadmodum & ſudaciunculæ in ſupernis partibus factæ. motionem ſuccorum ſurſum reptantium inſuetus arguit rigor: vbertatem horum, qua ſupremum, & infimum ventres offenduntur, turbata aluus cum ſopore demonſtrat, vt in Eratolai filio. idipſum aquoſæ indicant, præalbæ, variantes, ac graueolentes vrinæ albo cum eneoremate, nam & raptum crudoris ad ſuperas, eiuſque ſignificant corruptionem. cuncta autem hæc & parotidum occaſionem præbent, & eas inſequuntur, vt iam dictum.

XX.

Parotides ſubmouent tuſſicula cum ſputationibus fientes.

204 Thorax, & caput ſibi mutuam tradunt opem, ſuaſq; viciſſim passiones aſciſcunt. hinc eſt, quod ab empyematis metu ſuppurantes parotides Calcedonium vendicarunt, vt tuſſiculæ cum ſputationibus ipſas ſubmouent parotidas. veruntamen frequentius hoc, illud rarius: non peræquè enim tuſſiculos ſanant ſuperni abſceſſus, vt faciunt inferni, quum ea ſit præcipua boni abſceſſus conditio, vt infra, & ſemoti à morbo fiant. tuſſiculæ ergo cum ſputationibus integrè ſoluunt iam factas parotidas, ſeu imminentes auertunt, quia ſic à capite premens detrahitur humor, conſpicuoq; is excernitur ductu. ſic 4. Epid. annotatū legimus cuidam quicquam ad aures non fuiſſe factum, quia concocta expuebat.

XXI.

Vrinę in parotidibus citò, & medicè matureſcentes, inutiles, & ſic perfrigerari, prauum.

205 Craſſus, & incoctus humor pone aures abſcedens non niſi tempore matureſcit: ſed & quod reliquum eſt in venis (non enim exiguæ illæ adenes excipiunt totum, quod exuberat, & premit) ad ſui coctionem diuturnitatem requirit. apparet autem coctio hęc in vrinis, quę ſi modicè, & citò hoc in rerum ſtatu matureſcant, inutiles habentur, quia pręter rationem factę, non naturę opus, ſed raptum deſignant ſuccorum ad ſuperas tendentium. transferuntur quoq; aliò noxij humores, & inutilem excretionem faciant, ac ſic opprimunt quandoq; ſpiritus, vt exin corpus ſymptomaticè perfrigeſcat, quę cuncta febrientibus ſigna mala ſunt, non tamen prorſus lethalia, potis quum adhuc natura ſit abſe pondus excutere, nam viget ipſa quando rudimenta coctionum oſtēdit, licet inutilia hęc habeantur ob tempus præceptum.

XXII.

Parotides in diuturnis ſuppuratę non valde albo, & inodoro pure occidunt, & maxime mulieres.

206 NOn ſuppurantes parotides in diuturnis occidunt: ergo ſuppurantes ſpem aliqualem promittunt, ſed non perpetuò: nam & ſuppurant, & occidunt in diuturnis quandoque, quod accidit propter conditionem ſuccorum ſuppuratum concipientium. nam ſi hi promant pus variatum, ſubcruentum, inæquale, amurcoſum, fędiq. odoris, certam lethalitatem promittunt, quia putreſcentiam gerunt partis interſtinguentem calorem. cæterum vt fętor eximiæ eſt putredinis ſignum; ſic odoris carentia in pure non valdè albo imbecillitatem arguit virtutum nullam ſubinde coctionem molientium, quod eſt vicinæ mortis, perinde ac ſunt reſiccata vlcera, inditium. in diuturnis ergo ſic matureſcentes parotides vicinam necem prædicunt, quum nec bonus ſit ſuppurans humor, quia non valdè albus; nec aliquid in ipſo agat natura, quia prorſus odoris expers. aſt ab iſtis parotidibus promptius mulieres decedunt, quoniam iſtæ ſuapte habitudine promptè, ac integrè matureſcentiam experiuntur. (earum namque ſanguis integram matureſcentiam ſubit etiam in venis vteri, dum, vt ait Hipp. 1. de morb. mul. menſtruæ remorantur purgationes) ergo ſi praua eſt ſuppuratio, perniciosa quoque, quia receſſus eſt eximius ab earum natura.

XXIII.

Parotides exucu tis morbis maxime in ardentibus fiunt, & ſi non iudicationem fecerint, & matureſcant, aut hęmorrhagia profluat, aut vrinę ſubſidentiam craſſam habuerint, ęgri pereunt. plerique vero talium tumorum antea propulſantur. verùm conſiderare oportet inſuper etiā ipſas fobres, ſiue angeſcant, ſiue remittant, & ſic pronunciare.

207 SOluunt ſalubriter acutos morbos excretiones omnes conueniēti ratione factæ: non ſic abſceſſiones ſiue in ſupernis, ſiue in infernis partibus contingant, quia diſcriminoſæ, licet aliarum excretionum deficientiam rependant non ſine commodo, dum expetitas conditiones habent, vt aliàs dictum. periculoſiſſimæ tamen omnium ſunt, quæ in ſupernis partibus contingunt, quia craſſus ſuccus abſceſſionum author, nec totus illuc ſe efferri, nec ſine violentia ſumma motum hunc valet incipiſci. in acutis propterea à firma partium ſpiritalium editis paſſione aſſurgentes parotides diſcriminoſæ: ſed non ſic in ardentibus, in quibus noxiùs

xius firmiter non hæret humor, ſed diſcurrit per vaſa, ideoque abſcedit totus promptè, & ſalubriter quidem, dum bonas adducit abſceſſionum conditiones, quæ ſunt, ſi tumores hi elati iudicationem faciunt, & matureſcunt, vel rependuntur alia vtili excretione. porrò faciunt iudicationem, dum erumpunt ſtato tempore ardentem diiudicante, quia febris tunc deſiſtit, aut ſaltem notabiliter miteſcit ad certam ſalutis ſpem, quam ſalutem deinceps gerit matureſcentia promens laudabile pus. quod autem rependit non factam matureſcentiam, facitq; vt ſine diſcrimine recurrant parotides, eſt vel larga è naribus ſanguinis effuſio, vel craſſarum vrinarum copioſa excretio, aliæue ſimiles excretiones noxium totum è vaſis deponentes non expectata parotidum matureſcentia, quæ ſi non fiant, nec ipſæ matureſcant parotides certum expectandum exitium, præſertim ſi hæ recurrant; quod ante obitum fermè ſemper contingit, vt interna viſcera inde grauius premantur. cæterum quum, & ad ſalutem & ad interitum & aſſurgant, & retrocedant parotides, vt de euentu certam habemus præſagitionem; attendendum ad ipſas febres, quæ ſi deinceps augeſcant, morbus vtique ad exitium tendit: ſin remittant, de ſalute ſperandum, vt de reuerſiuis ſuperius dictum.

SECTIO SEPTIMA.

De Facie.

I.

Facies, quę ex tumida humiliatur, & vox lenior, ac debilior, & ſpiritus rarior, ac facilior; remiſſionem in ſequentem diem notat.

208 EGREGIVM hoc armamentarium, in quo animi conduntur inſtrumenta, vt ſplendidius nitet; regiæ virtutis donat exemplum. quemadmodum enim ſolertis potentiæ eſt cuncta ſui imperij ritè parata habere adminicula; ſic & vigentis animi vis ſuas adamuſſim concinaſſe machinas, quę ſunt ſenſuum artificia in ipſa facie ceu in armamentario depoſita. conſpicua idcirco vigentis inde, aut decedentis virtutis tum animi, tum corporis ſumuntur inditia. conſpecta enim benè valentium ſimilis facies ſalutem promittit, etiamſi alijs difficilimis malis corpus prematur, vt è contra diſſimilis externa abſente occaſione in exiguo putato morbo deſperationem præſagit, quod eſt ab

Hipp.2. in 6. Epid. proditum. cæterum, vt craſſus humor cerebrum aggrauans per excoctionem tumidam reddit faciem, vt eſt in Letargo, ſoporoſiſque alijs videre affectionibus; ita ſi hic idem humor ad ſolutionem tendit, tumorem hunc deprimit, gracileſcitque ſubinde facies, cordis æſtus deferbet, & ſpiritales partes ſuam libertatē reaſſumunt, vt exiri vox lenior, ac debilior, ipſaq. ſpiratior rarior, ac facilior reddatur. eruntque hæc certa mox ad futuræ remiſsionis inditia, ſi fiant die legitima, optima iam præſignata coctione. hæc enim ſunt Hipp.5. in 2. Epid. Si febre, inquit, tenente partes circa faciem graciles fuerint in die impari, ſequenti die ſoluetur.

II.

Faciei corruptio lethalis: verum minus ſi propter vigilias, aut famem, aut alui turbationem fiat: & ſi id, quod propter hoc corruptum eſt, ſedetur per diem, & noctem. talis autem fuerit oculi caui, naſus acutus, tempora collapſa, aures frigidæ, & contractæ, cutis dura, color pallidus, aut niger: liueſcens vero ex his palpebra, aut labia, aut naſus, breui lethale.

209 PErniciem in omnibus morbis denunciat faciei hæc corruptio, quoniam naſcitur hæc ſeu ab eximia liquatione, ſeu à ſumma virium labe: quocirca etiamſi externis ex occaſionibus occurrat, niſi per diem, & noctem priſtinum reaſſumat ſtatum, exitium promittit. ſomnus enim rependit, quod vigilia dempſerat, & alimonia quod inedia, aut purgatione ſubtractum fuerat, ſi vires adhuc conſtent: ſin minus in ſæuam vtique affectionem corpora labuntur. in diuturnis etiam non minorem lethalitatem deſignat, ſi alia praua ſe adiungunt. quod enim in diuturnitate liquatum eſt, non poteſt tam promptè redimi, nec pares ad id ſunt vires tardis refectionibus ſtudentes. Aſt in acutis firmius lethalitatem prædicit, quoniam ſummè violentum eſt, quod protinus ſic faciem corrumpit, potiſſimum ſi ab occulto id morbo naſcatur, vt doloſis accidit non aliter ſe promentibus, quam per hanc faciei corruptionem, liueſcentiamuè quarundam partium, extimarum præſertim.

III.

Faciei bonus color, & toruitas in morbo acuto, malum. frontis ex his contractio phrenitidis ſignum.

210 IN magnis morbis, inquit Hipp. 2. in 6. Epid. facies bona, bonum: ſi nempe praua abfuerint. nam elegans facies cum toruitate

tate aſpectus in acutis, mala. toruitas quippe hæc exuſtionem fieri bilis atræ deſignat, & exin vultuoſa, & terribilis facies euadit, quam habuit moroſa mulier deceſſura certe, ni demum profluxiſſent menſtrualia purgamenta antea ſuppreſſa. cæterum toruitas hæc ſpectatur in oculis, qui non nictant, ſed rectum habent intuitum, quod eſt iracundiæ ſignum, delirij prænuncium, quod vtique furioſum erit, ſi ad rectum intuitum palpebrarum non nictantium ex frontis contractione addatur crebra motitatio. quod ſymptoma mortem in filio Cydis denunciauit firmis cum delirationibus, quibus & conuulſiones plerumque adduntur.

IIII.

Circa faciem color bonus, & ſudores non febrientibus, ſtercora vetuſta ſubeſſe ſignificat, aut dieta vitium.

211 Talia hac de re 4. Aph. 41. ſudor, inquit, multus per ſomnum ſine cauſa manifeſta factus, copioſiore corpus vti cibo ſignificat. ſi vero parcius ebulanti id eueniat, quod euacuatione indigeat corpus, oſtendit. dum enim nec ſanguis febriliter æſtuat, nec venæ prauo ſunt repletæ ſucco, vt inde decoloratior facies euadat, nihilominus ſomni tempore corpus ſudore madeat, duorum alterum interueniat oportet, aut inordinata dieta, quæ mutationem exigat in quantitate, qualitate, ſeu modo: vel congeſtio vetuſtorum recrementorum primis hæreſcentium vijs, ac purgationem requirentium. aſt à vetuſtis, & non à nouis hæc accidunt remoratis recrementis, quoniam, quæ noua ſunt licet copia exundent, dum à ſua non recedunt natura, aggrauationem non inferunt, quæ autem vetuſta ſunt, vt potè morbi iam anteacti reduuia; aggrauant viſcera, ingeſtaque temerant alimenta, & propterea ſunt hæc purgatione indiga, ne denuò recidiuet morbus.

V.

Rubores narium alui humeſcentis ſunt ſigna. pulmonis, aut iecinoris empyemati, malum.

212 Dum ab infimo ventre feruidum quid ad cerebrum vſq; ſe effert, rubeſcunt nares, vt ebrioſis contingit. aſt ſic rubeſcentes nares macoſi nil promunt, ergo quod eſt in cerebro acoris neceſſe eſt, vt denuò per infundibilium depluat in ſubditum ventrem, aluumq; humidam reddat, quam humeteſcentiam præſtat quoq; ventris non ſine acredine æſtus, quia copioſas humiditates & liquat, & cit, nariumque rubores ſic alui humeſcentis ſunt ſigna, malum quid promitentia empyis tum ex peripneumonia, tum ex hæpatitide. in iſtis enim ſi rubeant ſolùm genæ, nihil ad prognoſticum, ſed dum rubent nares, puris acrimonia ſe effert in ſuperas ad exitium, vt ſuo loco plenius.

SECTIO OCTAVA.

De Oculorum affectibus.

I.

Oculorum puritas, & alba ipſorum partes ex nigris, aut liuidis puras fieri indicatorium eſt. ſi igitur citò puræ reddantur, celerem iudicationem ſignificat: ſi tardè, tardiorem.

213 OCVLVS non minus verè quam eruditè Solis porta dicitur. purpureus enim cor nobis eſt Lucifer corporis membra cuncta inconſpicuè irradians, lumen in aperto ſolùm ex oculis proferens,& ideo benè valent hi,ab Hipp. 4 in 6. Epid. vt intimiores ritè ſe habent virtutes. quippe puriſſimos in ſuam conſtrutionem aſſumentes humores, tenuiſſimaſque pelliculas, alienis facile imbuuntur coloribus,quos gerit varietas ſuccorum alimoniam præbentium,ac promptè illuc confluentium. nec minus à labe ſpirituum mutationem experiuntur, quia vndequaq; mobiliſſimi, multum ſpirituum aſſumunt, qui ſi à debitis conditionibus defecerint, tollunt ab oculo puritatem, faciuntq; vt hic excauatus ſubſideat. mirandum proinde non eſt, ſi Hipp. lib. de dieb. iudic. dixerit, denigrari horum albas partes, dum morbus inualeſcit. quia nempe conſpurcatam tunc ſumunt alimoniam à venis,quæ plurimæ in alba oculorum parte viſuntur. vt è contra inſtat tunc morbi demiſſio ad criſim, quando denigratæ hæ oculorum partes, genuinum reaſſumunt colorem, nam inualeſcit tunc virtus, noxiique humores aut aliò euocantur, aut miteſcentiam nanciſcuntur, tardius inquam, aut ocyus, vt mutatio hæc tempus præripuerit, aut diſtulerit.

II.

Oculorum caligo, aut ſi alba ipſorum pars rubeſcat, aut liueſcat, aut venulis nigris impleatur, non bonum.

214 NAſcuntur in morbis quædam ſymptomata, quæ quia ſunt ancipitis euentus, non bona ducuntur, cuiuſmodi eſt caligatio oculorum, & cetera nunc recenſita. quippe non abſolutè mala, quia non raro criſima: nec omnino bona, quia ad interitum quandoque dum enim propè iudicationem caligant cum rubore oculi, inſtat hæmorrhagia: aliàs exitioſum hoc, quia adeſſe monſtrat magnam cerebri inflammationem. liuor quin etiam ſpirituum deſignat depopulationem; nihilominus

lominus color hic in oculi candore minimè exitioſus eſt, quoniam quæ candida ſunt, vt exigua liuent de cauſa, ſic promptè denuò albeſcunt. quod ipſum de nigris venulis dicendum. nam craſſefactus ſanguis lucidis deſtituitur ſpiritibus, quos attenuationem nactus momentò reaſſumit.

III.

Malum eſt etiam lucis ſplendorem fugere, aut illachrymari, aut diſtorqueri. & alterum minorem fieri prauum. & oculos frequenter agitare, & paruas lemas, aut ſordes circa ipſos, aut concretionem tenuem albicantem habere: aut albam partem maiorem fieri, nigram vero minorem, aut nigram ſub palpebram ſupernam occultari.

215 QVamquam oculis lumen conueniat, perſtringuntur tamen ab hoc, ſi radiantius fulgeat, vel ſint ipſi oculi debiliores ob contractam paſſionem. quippe molliſſimi oculi luminis non ſubſtinent fulgorem, nec ſi inflammatione teneantur, vel nimium rarefactas ſuas habeant pelliculas. eſt autem in acutis malum ſignum hoc tùm alias, tum ſi iſtud contingat poſteriori iam dicta de cauſa. nam internum tunc viget incendium, quo & rareſcũt oculum circumueſtientes tunicæ, & genuini diſtrahuntur humores abſq; eam ſalutis ſpem, quam nonnumquam oculorum præbent rubores. Illachrymari autem in acutis aut voluntariè, aut inuoluntariè contingit. quæ à voluntate lacrymæ promuntur, bonum quid ait Hipp. in 6. Epid. promittunt in acutis, iam ad ſuum præſertim vigorem adactis, quoniam, qui lethalitatem gerunt acuti, oculos potius concreſcere, inareſcereq; quam diffluì, & madere faciunt. ergo ſi voluntatis nutu lachrymas proferunt, laudabili vtiq; irrorantur ichore, quo feritas omnis miteſcit. aſt inuoluntariè illachrymari, malum quid præſagit, quia vel æſtuat, & premitur cerebrum, vel exolutæ concidunt retrices virtutes. nihilominus ſi poſtrema hæc abfuerit cauſa, coctionumque ſigna ſe offerant, faciunt inuitæ hæ lachrymæ ad hæmorrhagiæ opinionem. Quibus, inquit Hipp. 2. in 1. Epid. in febribus acutis magis ardentibus lachrymæ inuitæ defluunt, ijs ſanguinis è naribus eruptionem expectare oportet, ſi etiam alia perniciosè non habeant. Diſtorqueri oculus effectus eſt ſeu conuulſionis, ſeu reſolutionis muſculorum mouentiũ, vtrumq; in acutis, & malum, & perniciofum, ſi praua addantur ſigna. nam oculus in Vxore Oeceti quarta die diſtortus, prænunciauit interitũ ſeptima adfuturum: bonis tamen cum ſignis criſimum eſt inditium, ſed laborioſum: ſunt etenim hæc Hipp. lib. de iudicat. Quibus in ardẽtibus, inquit, dolor coxendicus, vel oculorum ſubuerſio, vel hebetudo, aut teſtium,

ſtium, mammillarum, papillarumuè tumor ſuperuenit, febrem ardẽtem diſcutit. atamen qui in Dealcis horto iacebat, difficilem habuit iudicationem, poſtquam ei nona die oculus fuit diſtortus. Porrò duplici ratione accidit oculus ſic diſtorqueri, vt viſa geminentur. una dum totus oculus diſtortus eſt, quia muſculi eum mouentes conuelluntur, aut reſoluuntur, quæ peruerſio raró in criticis perturbationibus, ſæpè in magnis morbis ad interitum accidit. altera, dum ſolus cryſtallinus humor à vaporoſo quodam impellitur à ſuo poſitu, & hoc ſæpè contingit in perturbatione critica, nonnunquam prope obitum, dum concidit propter deficientiam ſpirituum, fit oculus altero minor, vel quia vnus intumeſcit cum viſus deperditione, vt in Antiphanis filio, qui ſeptima ab excæcatione ſtertens, ac delirus deceſſit; vel quia is ſpiritibus tunicas diſtendentibus, ſeu alimentis nutritionem præbentibus deſtitutus manet: vel quia nerui oculo dicati peræquè omnes, (quæ vera eſt diminutæ magnitudinis cauſa) ſuam verſus originem trahuntur, quod ad exitium contingit, nũquam ad bonam criſim. Sic & nimia oculorum motitatio praua eſt, quia effectus eſt caloris nimium æſtuantis in cerebro, & vt in ſanis temeritatis, & inconſtantiæ, ſic in ægris ſæuæ delirationis ſeu præſagium ſeu inditium: nerueæ enim cerebri partes tunc impendiò vellicatæ tremunt, crebrãq; ſubinde illam, ac inſuetam faciunt motionem. Eſt quoq; huiuſce areſcẽtis caloris opus, vt in ſqualido oculo ſiccum quid veluti ſpuma appareat, dum naturalis vis ſuo fruſtrata munere loco nutritionis, ſordes, & lemas producit. inde enim oculi corrugantur, dum intus concreſcunt, adauctionemq; ſubinde albæ illorum partes recipiunt, minuiturq; pupilla, quod accidit in oculi vocata phtiſi, qua rerum viſibilium adolet magnitudo, dum nempe complantur, & introrſum vergunt ſphericæ oculi partes. Demùn ſpiritibus deſtitutus detumeſcit oculus, dumq; ad ſuperiorem palpebram humores concidunt, pupilla diducitur, & illuc occultatur, & hoc in exitioſis accidit animi deliquijs. Sed & ad infernam palpebram nonnunquam oculus procumbit, dum reſoluti ſunt muſculi attolentes, ſeu reſiccati, & concreti deprimentes, vt in Vxore Theodori, cui ante obitum oculi ad infernam palpebram rigidè, ac ſtupidè ſpectabat.

IIII.

Praua quin etiam ſunt oculorũ cauitas, & expreſſio valdè foras, & ſqualoris eliſio, vt pupilla extendi non poſſit, et extremitatũ palpebrarũ curuitas, & oculi concreti, & aſſiduè nictare. et colores permutare, nec inter dormiẽdũ palpebras cõmittere perniciosũ. malus eſt ẽt oculus peruerſus.

216 DVm gracileſcunt oculi, eorum amplior. fit cauitas, & hoc in magnis morbis accidit propter infirmitatem nutritiuæ virtu-

tis,

tis, ſeu propter alimoniæ diſſipationem. dum autem foras valdè ſe exe-runt, tunc premitur cerebrum ſuccorum, flatuumue vbertate, vt in ſtrangulatis, parturientibus, graue onus ſufferentibus, ac lucta ſeſe exercentibus contingit: hoc autem in magnis morbis prauum eſſe, oſtendunt cauſæ ſymptoma hoc edentes. accidit quoq; in iſtis, vt concreta pupilla extendi nequeat, fiatq; ſplendoris eliſio talis, vt ſeu viſa geminentur, ſeu ſpiritus ſeſe intercepti collidant, vt in his, qui animo linquuntur, quod & vulnerato Eniadi contigiſſe legimus. effectus ſiccitatis nimiæ eſt, vt muſculi palpebras mouentes conuellantur, ſicque curuentur palpebrarum extrema, concreſcantq; oculi, ſeu ob exundantiam caloris nictent hi aſſidua mobilitate, vt temulentis ſæpè accidit. aſt ſi quod cerebrum offendit conditiones gerit multiplices; tunc oculi ſæpè in colore mutantur, & hoc minime laudabile ſignum eſt, quemadmodum perniciosum, dum palpebræ inter dormiendum non ſe committunt; niſi hoc vel à conſueta natura, vel à morbi diuturnitate, nimiauè purgatione naſcatur, vt ſcriptum eſt 1. Prognoſt. & 6. Aph. 52. aliàs enim languor vtriq; adeſt motricium virtutum, vel ſunt muſculi partem illam mouentes contracti; quod pernicioſum eſſe in acutis conſtat Hermocratis exemplo.

V.

Oculorum rubor in febre fiens, alui diuturnum laborem ſignificat.

217 Est ad criſim properantibus oculorum rubor hæmorrhagiæ prænuncius; non ſic in reliquis pernicioſis, ac diuturnis: nam in pernicioſis exitium; in reliquis diuturnum alui laborem ſignificat. quia enim in iſtis nulla eſt ſperabilis criſis, conſequens, vt rubor hic à cerebri ardore naſcatur, quo & pituita liqueſcit, & cerebrum ichore natat. ac veluti à laborioſo venarum in collo iacentium pulſu opinionem habemus futuræ dyſenteriæ; ita ab hac oculorum rubedine in acuta febre facta expectanda eſt eadem ventris torminoſa afflictio. ſi maius dicas, oculorum ruborem in febre quacumq; ſignificare ventris diuturnam afflictionem, quia oculi rubeſcunt, dum inſolito calore viſcera firmiter æſtuant, vt in bibaculis.

VI.

Circa oculos puſtularum eruptiones in virium refectionibus, aluum prorumpunt.

218 Relicta in viſceribus à morbo inquinamenta, & alimentoſum ſuccum conſpurcant, & vitioſam cibariorum incremorem mutatio-

mutationem reddunt. hinc è ventriculo in cerebrum elati vapores vitioſitatem gerentes, oculorum tenerrimas partes puſtulis replent, vtque eorum rubores ventris diuturnam promittunt paſſionem, ſic & puſtularum hæc eruptio, dum ſe vires à morbo recolligunt. perinde enim vt elati vapores ſuam ob acredinem puſtulas proferunt; ſic quod in ventre ſtabulat, vellicando aluum profuſam reddit.

VII.

In oculorum diſtorſione laſſato, febrienti, rigor pernicioſus. & ſoporoſi in his male habent.

219 Facta à ſuccorum vbertate laſſitudinoſa febris ſudore quieſcit, cuius ſudoris prænuncius eſt rigor debito tempore accedens. aſt à feritate ichoris copiaue cruditatum exorta horrida febris per quam raro ad ſudoris excluſionem præmandat vtilem rigorem, iſque accedens plerumque pernicioſus, præſertim dum inſimul oculi ſunt diſtorti: quippe talibus in febribus ſymptomata hæc conuulſificarũ diſſentionum ſunt prænuncia. cæterum ſi diſtorſio à benigno ſucco naſcatur, tunc ſperandum de hæmorrhagia, quæ & laſſitudinem, & febrem aut prorſus eliminet, aut aleuiet ſaltem. vt deinceps rigor ſuperaccedens ſalutarem proferat ſudorem.

VIII.

Lippienti viro febre ſuperueniente ſolutio: ſin minus periculum eſt, ne cæcus fiat, aut pereat, aut vtrumque.

220 Lippientibus ſolutio contingit, ait Hipp. 6. Aph. 31. à meri potatione, balneo, fomento, phlebotomia, aut purgatione. adiungit nunc alterum auxilium à febre ſumptum, cuius atamen euentus anceps, nam ſi ab hoc auxilij genere non deſiſtat lippitudo, periculum eſt, ne inde cæci ægrotantes euadant, vel pereant, aut vtrumque ferina etenim effetrix lippitudinis cauſa adauctionem recipit à febrili ardore, nec benignus eſt ille febrilis ardor, qui nec compactum diſſoluit, nec feritatem demulcet. ergo periculum imminet, ne tota viſio pereat, quum in ſano alioquin oculo idipſum præſtet decubitus atrabilarij humoris, vt ſcriptum eſt 6. Aph. 58. Mortis quin etiam imminent pericula, quoniam inde conſurgunt praua ſymptomata cerebrum totum affligentia ad interitum. cæterum viris promptius quam fœminis mala hęc occurrunt, quoniam muliebria corpora minus ſunt fluxionibus parata ob anguſtiam ple-

nitudi-

nitudinemque vaſorum, earumque ſanguis vt vbertim exundat, ſic humidiorem temperationem gerit, qua obtunditur acredo, & feritas omnis, minus propterea lippitudinibus aprehenduntur, licet vinolentiores ſint, & mitius ab iſtis laborant, præſertim dum mulieraſcunt adhuc.

IX.

Quibus lippientibus capitis dolor accedit, & ad multum tempus comitatur periculum eſt ne cæci fiant.

221 PErinde ac febris lippitudinem non ſoluens cæcitatis affert pericula; ſic & capitis dolor lippientibus accedens, & diu perſeuerans. quippe diutius dolet caput, vel quia ſtabilis illuc hæret affectus, vel quia ab inferis perennis eſt noxiorum ſuccretio. vtcumque diuturna fluxione preſſi oculi in metu ſunt cæcitatis.

X.

Lippienti diarrhea ſpontanea ſalubris.

222 QVoniam dum naturalia viſcera æſtuant, rubeſcunt, & puſtulantur oculi; inde eſt, quod lippientibus diarrhea ſuperaccedens iuuat, ſi ſpontanea hæc ſit. nam ſe ab aluo tunc exonerant ea, quæ per fumidam euaporationem malum oculis inuexerant, detrahunturque in oculis iam infixa. ſed oportet, ſpontanea ſit ſalubris hæc diarrhea, quia nullum violentum oculis opem fert: monuit idcirco Hipp. lib. de Viſu, & de Loc. in hom, vt blanda ſint in vetuſta, & populari lippitudine adhibita auxilia, ne ſcilicet turbent, quæ in capite, totoq; corpore continentur; ſpontanea ergo optanda eſt egeſtio certis à natura legibus procurata, à quibus, vt plurimum abſunt ea, quæ artificioſè parantur.

XI.

Oculorum amauroſis, & concretio, & caligatio, malum.

223 AMauroſis viſorij ſpiritus eſt interceptio, dum obſiti ſunt ductus per quos hi in oculos feruntur, vlla abſq; reliquarum partium ſpectabili læſione. craſſus igitur ſit oportet humor, & cerebri poſterioribus particulis pertinaciter hærens, qua etiam de cauſa oculus concreſcit, dum atrabilarius ſuccus ſua ſiccitate nerueas oculi partes affligit. malum ergo ſymptoma hoc, quia nulla inde ſperabilis hæmorrhagia, quæ non rarò ſola viſionis caligatione prænotatur. verendum ergo ne ægri cæci fiant, aut conuellantur, præſertim, ſi quæ mox dicenda ſunt, acceſſerint.

Ocu-

XII.

Oculorum amauroſis cum animi deliquio, breuì conuulſionem inducit.

224 PArs poſtica cerebri affecta excipiendis conuulſionibus apta eſt, vt aliàs de rigore,& inalgeſcentia dictum. quotieſcumq; ergo amauroſis adeſt, quæ naſcitur ab afflictione partium cerebri poſticarum; & eclyſis ſuperaccedit, quæ exolutio eſt animalis potentiæ; neceſſe eſt, vt deinceps conuulſiones naſcantur, pereantq; ſic ægrotantes, dum nẽpe fortis eſt exolutio, vt exin natura noxium ablegare nequeat.

XIII.

Oculorum rectitudo in morbo acuto, & motus velox, & ſomnus turbulentus, & vigiliæ, & quandoq; ſanguinis è naribus ſtillationes, nihil boni.

225 DVm hæc hæmorrhagiam non faciunt, mala quamplurima edunt, quia à contentione, & ardore venarum naſcuntur ſtillationes. velox autem cineſis, turbulentus ſomnus, & vigiliæ cerebri æſtuantis ſigna præbent, vt oculorum rectitudo, concretionis,& ariditatis ſummæ. verendum propterea ne cerebrum deinceps in ſphacelum abeat, vel deliret ſtabiliter, aut conuellatur æger, ni præſtò ſint vtiles ichores inaccenſum, ac reſiccatum diluentes, ac reſtinguentes ſanguinẽ.

XIV.

Qui febres ad tactum non adurentes habent, phrenitici fiunt, & magis ſi ſanguis fluxerit.

226 QVoniam medicas notiones omnes à ſenſatis euentibus ſumpſit Hipp. ab ipſis quoq; ſenſibus deprompſit febrium differentias, quarum vna eſt, inquit ipſæ 1. in 6. Epid. quæ acuta quidem ab ipſa tamen manu vincitur, cui è diametro opponuntur illæ febres, quæ non mordaces prima tactione, deinceps ſuam mordacitatem exerunt. ratio diſcriminis eſt, quia ſi febrilis ardor æſtuet in halituoſa, mobiliſſimaque ſubſtantia, ſtatim tangentibus ſe offert, manumq; acutè ferit, ſed à naturali manus tangentis temperie euincitur, & in moderationem tranſit, quia ſolæ peccant primæ virtutes, quæ, vt dicebat ipſe lib. de vet. Medic. vt promptè, & acutè ſe exerunt, ſic numero à contrario vincuntur, viciſſimq; ſe pellunt. aſt dum febrilis ardor in ſecundis corpulentioribus ſe immergit virtutibus, tunc calor plerumq; his obruptus torpet ad primam tactionem,

tactionem, ſed deinceps firmè afficit, & acutè ope aliarum virtutum ſtabilem corpulentiam habentium. inde eſt, quod aput Hipp. leguntur febres & adurentes, & mordaces, & ſalſæ, ſimilibuſuè aliis facultatibus præditæ, quia præcipuam ſuam vim ab iſtis nanciſcuntur virtutibus, vt plenius propia hac de re tractatione. Ergo febres nunc ad tactum non adurentes dictæ ſunt, quæ non mordaces quidem prima tactione, deinceps tactum offendunt, & hoc inaccenſus atrabilarius præſtat humor dum hæret firmiter, vt ſuam promat pernjciem, quod peſtilitatis tempore conſtat ex Tucydide accidiſſe, hique ægrotantes phrenitici tandem euadebant, non ſine quoq; cerebri ſphaceliſmo.

SECTIO NONA.

De Lingua, & paribus Oris.

I.

Lingua quæ in principio quidem inhorruit, in colore verò permanet, progreſſu autem temporis exaſperatur, & liueſcit, & rumpitur, lethalis eſt: ſi verò valdè nigreſcat, in quartadecima die iudicationem fore denunciat. periculoſiſſima autem eſt nigra, & cum virore pallida.

227 VT ſolis radius quoquo verſum diffuſus Aſtri virtutem exerit, & ceu fidus miniſter profert; ita lingua, ait Hipp. lib. de ſacr. morb. omnifariã, multiſq; modis ſe ſoluens animi promptè miniſterium adimplet, & ceu alatus curſor illius intellectiones denunciat. ſed & corporis animo indiſſolubili ſocietatis vinculo iuncti paſſiones effert, dum concolor, ait idem 5. in 6. Epid. attingentibus ſuccis redditur, vt propterea quæ corpori noxam inferunt per hanc non perfunctoriè cognoſcimus. incoante quippe morbo ſi non mutata colore horreat, tractu deinceps temporis exaſperetur, liueſcat, & diſrumpatur, lethalitatem præſagit. quod eam namq; inhorreſcere ſtatim facit, hoc eſt, eius veſtientẽ quadantenus exſiccat membranam, pungitq; minutim, ac ſi formicæ per errarent; fuliginoſus eſt ardor, qui quotidie inualeſcens liuidam eam tãdem, & hiulcam reddit, quod in febre etiam quadantenus remittente mortis periculum denunciat, vt 4. Acut. ſcriptum eſt. Cœterum peripneumonicis id, ac pleuriticis agnatum eſt, quoniam lenta, inquit Hipp. 3. de morb. iſtorum humiditas digito etiam adhærens facit, vt lingua ceu

marga

marga ab aduranti calore findatur. in ardentibus verò vt ſabulum exaſperatur, & areſcit, non tamen caritate pinguis humoris diſrumpitur. quia ergo tractu temporis ſigna hæc adueniunt in lingua: inualeſcit vtiq; adurens calor, vt difficiliorem, periculoſioremq; reddat paſſionem. Aſt ſi incoante morbo ab atra bile nigreſcat, iudicationem promittit adfuturam die decimaquarta, quæ complet quartanarium circuitum: eritque tuta ſeu mortifera diiudicatio, vt bona ſeu mala reliqua erunt. nam ſi nigricat, & cum virore palleſcit in peripneumonicis; pernicioſa vtiq; eſt, quia bilis flauæ deſignat vſtionem: in humida autem peripneumonia, & pleuritide liuet ceu oleo peruſta, aut pallet.

II.

Lingua ad biſidam ſui partem veluti ſaliua alba obducta, febris demiſſionem denunciat, ſiquidem id quod ſuper inductum eſt, craſſum fuerit eadem die: ſi verò tenuius poſtridie: ſi verò adhuc tenuius, tertia die. eadem planè oſtendunt, quę ſunt huiuſmodi in extima lingua facta, ſed minus.

228 A Linguæ, lotijq; colore dominantis humoris paria deſumuntur ſigna. ſed & eorundem conſiſtentia liquati humoris ſtatũ promiſcuè oſtendit. nam linguæ inareſcentia, vt lotij tenuis, & perſpicua ſubſtantia, febrilis ardoris inualeſcentiam, cruditatemq; liquati humoris: eorundem ſedimentum naturæ dominium coctionem molientis, permonſtrat. ac veluti in vrinis concoctum ſubſidet, ita in linguæ ea parte, quæ ad medianam ſpectat lineam, concreſcens humor viſitur, qui, vt varij ſunt coctionis gradus; craſſior, aut tenuior prodit ad citam, ſeu tardam morbi denunciandam ſolutionem. in acutis enim, magniſq; febribus à fuliginoſo ardore reſiccatur lingua, tenuiſque in ea oberrat humor, qui ad iudicationem craſſeſcat, oportet, quam craſſefactionem demonſtrant vrinæ, quę prius tenues, mox ſedimentum habent. ſimiliter lingua, quæ exarida humeſcens craſſum quid in imo detinet, hanc eandem profert coctionem, tempuſq; ſolutionis ſignum hoc præripit, aut differt, vt liquati humoris iam in ea parte ſubſidentis conſiſtentia ſe habuerit. optima enim ſpectata coctio albedine, & craſſitie liquati humoris deſignata, præſentem; incoacta verò mox ad futuram ſolutionem promittit. cœterum vt in acutis quibuſdam ſolùm nubecula in vrinis ſpectata, ſolutionis eſt, licet non per æquè vt ſedimentum præſagium: ita humiditas ſummitati linguæ concreſcens hanc eadem non æquè certam præſagitionem facit. optimè enim craſſeſcens ſuccus imum petit potius

quam

quam ſummum, vt omnibus notum. hanc autem in diiudicando lingua habet prærogatiuam, dum ſpiritales partes affliguntur, quoniam vt lotium vniuerſim, ſic de his particulatim lingua.

III.

Lingua tremula cum narium rubore, & aluo liquida, ſi nulla de pulmonibus ſignificatio ſit malum, & celeres purgationes pernicioſas indicat.

229 SVnt narium rubores humeſcentis alui ſigna. tremula autem lingua fit à pondere humiditatum exundantium tum ab infimo, tũ à ſuppremo ventre. & vt balbi alui profluuijs facile capiuntur; ſic & qui linguam tremulam habent cum narium rubore, vtiq; humeſcentem aluum habebunt. celeres autem, & pernicioſæ erunt purgationes iſtæ, tum quia vbertas adeſt ſuccorum acredinem obtinentium: tum quia ventris ſignant adeſſe prauam, & firmam affectionem, à qua & aluus liqueſcit, & ſupernæ affliguntur partes. Porrò euentus hic expectandus, dum nulla eſt de pulmonibus ſignificatio: hoc eſt, dum nec phlegmone iſti æſtuant, nec ſuppuratum concipiunt, nec liberam ſpuitionem proferunt. nam à pulmonum æſtuatione & rubeſcunt nares, & tremula fit lingua: dum autem libera, & liberalis eſt anacatharſis, aluus non tam celeriter fertur. ſi ergo hæc abſuerint, & iam dicta prodeunt ſigna, malè afficitur aluus ipſo conſenſiente capite, & ideò deſignatæ purgationes vtiq; celeres cum pernicie erunt.

IV.

Lingua citra rationem tenera fiens cum faſtidio, ſudore frigido, & aluo liquida, nigrorum vomituum eſt ſignum. laſſitudo in his mala eſt.

230 INareſcit lingua, quia exuſtæ fuligines illuc appellunt à torrida bile emanantes, à qua etiam anxietudo, dum naturalia viſcera ab hac premuntur, vt exin frigidus quoq; emanet ſudor, aluusq; liqueſcat. à febre enim tritæophia malæ affectiones alui, & anxietudines oboriuntur, quin & amentia occurrit, dum atri humores ſuperas petentes, mentis receptacula temerant: ſeu nigræ vomitiones adueniunt, ſi ſupprema hi ventriculi obſideant. huiuſce autem vomitionis præſagium à lingua deſumitur, dum hæc quæ iam inaruerat præterrationem, nullo ſcilicet naturæ, aut medico interueniente opere, teneſcit. iſtud enim liquamentum

T

mentum facit, quod ab atra ſurſum effert ventriculus, vt eam mox euomat, perinde ac faciunt phrenitici ſputatores cum perfrigeratione, nigra & ipſi tandem euomentes. dat igitur liquida aluus ſignum ventrem infimum affligi: anxietudo motionem indicat humorum partes altiores petentium: frigidus ſudor eorundem arguit prauitatem, & copiam: linguæ innaturalis mollities ventriculum inſolita irrigari humiditate oſtendit. ex iſtis ergo omnibus nigrorum vomitionum certa habemus præſagia; eruntq; vomitiones lethales, aut ſalubres, vt cętera ſe habuerint. Sed laſſitudo mala in iſtis eſt, quia tunc aut liquati ſucci ſe per membra diffundunt, aut ipſæ ſolidæ partes ardore liqueſcunt: nihil propterea in iſtis proderunt vomitiones nigrorum, niſi deinceps vtiles ſudores erumpant.

V.

Lingua tremulę quibuſdam etiam liquidam aluum quandoque faciunt. denigratę vero in his celerem mortem ſignificant. num lingua tremula mentem non firmam denunciat? aſpera, & reſiccata phrenitica.

231 NOn peræquè omnibus tremula lingua dat præſagium alui humeſcentis; ſed eſt quandoq; mentis non firmæ prænuncia, & ad celerem ſignandam mortem occurrit, ſi inſimul nigreſcat: nam tunc & pondus, & feritas adeſt ſuccorum vſtionem ſubeuntium, vt in atra degenerent, eſtq; linguæ impotentia melancholiæ ſignum. quocirca ſi aſpera, & reſiccata inſimul fuerit; phrenitidem denunciat, quia tunc diaphragma inareſcit, thoraciſq; partes omnes, vt in ardentibus, in quibus ſæpè phrenitides occurrunt linguam aſperam, & reſiccatam perpetuò proferentes iam dicta de cauſa, & hoc ad differentiam peripneumoniæ, cuius lingua ceu oleo peruſta liuet, pallet, hiulcaq; eſt.

VI.

Dentes collidere, aut ſtridere, quibus id non familiare eſt à puero, furioſum, ac lethale. iam vero delirans ſi hoc facit, penitus lethale. pernicioſum autem eſt reſiccari dentes.

232 SEpimentum, quò à natura monemur, ne linguam optimum mẽtis theſaurum inconſultò proferamus, ſunt dentes, qui etiam ceu piſtrinaria mola nobis alimenta terunt, vt ventriculus ea commodiùs in cremorem vertat, idque voluntatis imperio faciunt ope muſculorum maxillas cientium, quo fit, vt dum ij inuoluntariè ſe quaſſant, dentes quoq;

ipſi

ipſi inopportunè colliduntur, ſeu ſtrident. colliduntur inquam, hoc eſt, ſimul adhærentes mutuo attrictu ſonitum edunt, perinde ac in mollarum colliſione contingit. ſtrident, hoc eſt, ſtrepitum crebro alliſu crepitaculorum ſimile edunt, quod eſt ſtridere, vt mollarum collidi. cęterum dētium hanc colliſionem præcipuè temporales muſculi edunt conuulſi, vt eorundem tremor facit ſtridorem, quod aliquibus naturale eſt, puerulis præſertim verminoſis tum ob imbecillitatem muſculorum maxillas ciētium, tum ob euaporationem corruptorum à ventre in ſuperas ſomni potiſſimum tempore factam, quia tunc calor intus ad cauitates recurrit. Aſt inſolitè hoc in acutis adueniens ſymptoma, raptum deſignat atrabilarij humoris in ſuperas, quo grauantur prorritanturq; muſculi maxillas mouentes, vt exin tremant, ſeu conuellantur: huicq; affectioni additur inſania, perinde ac accidit à ſurditate, quoniam muſculi temporales ope vaſorum illuc ſeſe diffundentium conſenſionem inſignem habent cum internis tum cerebri tum cordis partibus. lethale proinde ſymptoma hoc, præſertim in iam delirantibus, quia conuulſiones à delirio mortiferæ ſunt. naſcitur autem terrificium hoc ſymptoma nonnunquam à ſæua Angina, quæ Anteà ſuffocans, mox præter rationem miteſcens interna ceruicis apprehendit, & ita mortiferam conuulſionem accerſit, vt Anginoſæ apud Bitonem degenti contingit, quod & aphonis propter venarū interceptionem euenire 4. Acut. proditum. Qui etiam pernicioſè circa aurem laborant, ſtrident dentibus, vt exemplo pueri Athenadis conſtat. Reſiccari demum dentes pernicioſum, quia prorſus hoc ei innaturale eſt, quum perpetuò attractu ſaliuæ madeant. ſiccitas ergo hæc tam innaturalis delirij, citæq; mortis eſt prænuncia, vt de lingua areſcente iā dictū.

VII.

Dentis corruptio abſceſſum circa gingiuam factum, ſoluit.

233 DOlent, & corruduntur dentes, tum quia debiles ſuapte natura, ac in gingiuis malè firmati cauitatem ait Hipp. lib. de affect. habent ſe cibis facilem corruptionem ſubeuntibus replentem: tum quia tenuis à capite delapſa pituita horum adhærens radicibus ſæuum cruciatum, & cariem inducit, quippe ad excipiendas fluxiones ab externis capitis partibus manantes quam maximè parati ſunt, oculiſq; temporibus, ac buccis conſenſiunt, vt ſubinde magis tuſſiant, ait Hipp. 4. Epid. qui ad aures abſceſſus habent, quam ad dentes, quoniam nempe aurium ſuppurationes ſigna ſunt redundantiæ partium cerebri internarum, vt dentium externarum. quocirca dolores temporarijs muſculis occurrentes

dentium plerumque corroſionem pariunt, vt & affectiones, quæ oculis contingunt, vt in Hegeſiſtrato. Ceterum ab hac conſenſione promptius ſuperni dentes affliguntur, vt fuit in quadam in ſalubri tempeſtate obſeruatum, in qua dens tertius è ſupernis corruptus dolebat, & in Hegeſiſtrato abſceſſio ſe obfirmauit ad duos extremos ſeſe inuicem corrodentes. laborant tamen & qui ſunt in inferna maxilla, dum magna eſt defluxio ſuo deorſum pondere procumbens, vt accidit Puero phagedena laboranti. Porrò his factus in gengiuis abſceſſus confert, quia tunc foras emergit, quod dentium hærens radicibus dolorem, & corroſionem moliebatur, ſicq; in Hegeſiſtrato iuxta gingiuam carũculæ paruæ, & rotundæ abſceſſerunt, & in ea tempeſtate quibuſdam circa ipſum dolorem ſuppuratio fiebat, quæ omnia, vt par eſt doloris attulerunt leuamen. in Puero autem Athenadis ſuppuratio auris dentium dolorem ſubmouit, vt in Vxore Aſpaſij maxillæ intumeſcentia.

VIII.

Ex dentis corruptione vehemens febris ſupperaccedeas, & delirium, lethale eſt. ſi verò ſeruentur, vlcera ſuppurabunt, & oſſa decident.

234 GLutinoſum è maxillis exundans, ait Hipp lib. de carn. quicquid pinguis habet, in alueolos deponit, quod à calido exuſtum dentes efformat: quocirca ſic ceteris ſunt oſſibus duriores, vt ignibus, & flammis non domentur, nec ſarcophago lapide abſumantur, eorum tamen inuictam obſiſtentiam tabes, pituitaq; vincit, dum eos excauat, angitq; inſano cruciatu. & hoc accidit, quia præter ſolidum cauum quid habent membranula obductum, per quam neruuli, arteriolæ, venulæq; ſe diſpergunt, quarum ope tàm diris fiunt fluxionibus obnoxij, vt iſtinc & dolore, & ſphacelo affligantur, eſtq; tam ſæua quandoq; horum afflictio, vt corpus totum febrili ardore inflammet, mentem ſubuertat, membraque in conuulſionem adigat. atrox quocirca oportet ſit cauſa, quæ con paſſione tam exiguæ partis corpus, mentemque ipſam affligit, haſq; nequeunt ægri euitare paſſiones, ni dentes prorſus corroſi decidãt, ipſæq; gingiuæ ſuppurent. ſic Metrodori filio ex dentis dolore genæ cõtingit ſphacelum, gingiuarumq; hyperſarcoſim; conualuit hic mediocriter ſuppuratus cum maxillæ, mollatibuſq; dentibus deceſſione, quod illis præſertim accidit, qui ex labe iam contracta redundantiam habent acrium ſuccorum, vt noſtris hiſce temporibus euenire his, qui lue venerea ſunt infecti conſtat.

Qui-

IX.

Quibus circa palatum humoris collectio fit, plerumq; ſuppuratum concipiunt.

235 AB intimis in ſubditas oris depluens prauus humor, non leues ſeu intumeſcentias, ſeu phlegmones parit, vt peſtilitatis tempore haud infrequenter contigiſſe 3. in 3. Epid. narrat Hipp. Affinis iſtis fluxionibus eſt humoris ad palatum collectio, quæ & ipſa plerumque inſuppuratum tranſit, vt cæteræ collectiones. quælibet enim fluxio aut concitata eſt, & turgens, aut alia in parte conſiſtens quæ turget, quanquam in tranſitu oſtendat, ac ſi praua eſt corrumpat, & excedat; ſuppuratum tamen non concipit, quia non concluditur. quæ vero fluxiones cõſiſtunt, digeſtionem, ſuppurationemuè nanciſcuntur, ſeu ſphacelismum, durumuè tuberculum faciunt, tales conſiſtentes fluxiones præter naturã editæ ſyſtrophes, ſeu collectiones dicuntur, quæ vt plurimum ſunt ſanguinolenti humoris prauitatem adepti, ideoq; vel naturæ vi abſumuntur, vel mixtione putreſcentis caloris ſuppurant, vel tandem lapidoſum, crudumuè faciunt tuberculum. Cæterum inſolens eſt tales circa palatum fieri collectiones, quoniam illuc patentes ſunt meatus, per quos cerebrũ à recrementis ſe exonerat; ſi fiant tamen ſuppuratum facilè concipiunt, quia & ad id parata eſt humoris abſcedentis conditio, nec abeſt opportuna effetrix cauſa, ſed calamitoſa, curatuque difficilis eſt ſuppuratio hæc tum alias, tum ſi prauitatem gerat. nam inde coroſa palati oſſa decidũt, nariumq; media reſimatur, vt in Puero phagedenico.

X.

Dolores vehementes circa maxillas, periculum eſt, ne ad oſſis eductionem deueniant.

236 QVam corroſionem ſubeunt dentes, eandem & maxillæ os, dũ per venas ſeſe in ipſam inſinuantes prauum quid aſſumit, vt exin ſæuiter doleat. corroſionem autem hanc ſi nanſciuerit, abit in ſphacelum, vt deinceps à viuente membro diſiunctum, ſupuratum, ait Hipp. lib. de vuln. capit. decidat. hoc autem corrupta præſtat pituita, nigeruè ſuccus oſſibus adherens, ſeu vt inquit Hipp. 2. de morb. in eorum anfractibus ſe inſinuans, quod præcipuè in capitis accidit caluaria duplici cõtexta lamina. nugantur propterea, qui à pinguedine venereæ luis oriri virus autumant, quoniam bilioſum eſt, inquit Hipp. quod à pinguedine emanat.

XI.

Labium conuulſum ſignificat aluum biliosam prorupturam.

237 CONtrahuntur, concutiunturque labia tum à firma muſculorum mouentium afflictione, quæ in perniciosis, lethalis, vt potè inanitate edita: tum fugaciter, dum ab acri, & bilioſo humore ventriculi, inteſtinorumuè tunicæ prorritantur. ſic Cheriona infernum tremebat labium, aluuſque perpetuò bilioſa, pauca, & meraca deijciebat. meraca quoq; vomituris concutiuntur labia, & ſaliuationes occurrunt. in vermium quoq; luxurie labia ſe concutiunt, vt in ſene qui cum vxore ægrotabat; nec minus tremunt labia ijs, quorum aluus malè à corruptis recrementis affligitur. Ergo ſi in febribus tremant labia, nec vomituum adfuturarum, vermiumq; ſigna prodeunt, vtiq; infimus venter bilioſis ſcatet recrementis, qui tandem aluum profuſam reddunt. non enim leue adferunt irritamentum, dum ſic labia concutiunt: quæ autem bilioſa in ventre ſunt labijs conſentire Grammaticus illæ in Cranone comprobauit: huic enim ſplenetico vlcuſcula in labijs exorta ſunt parua, & rotunda, maligna propterea. ſed & tertianis febribus ait Hipp. 8. in 6. Epid. ad earum ſignificandam intermiſionem idipſum contingit, quia tunc è venis, viſceribuſq; in aluum bilioſa, acriauè recrementa depluunt.

XII.

Sanguis è gingiuis in aluo liquida, perniciosum.

238 DVm vaſorum ſanguinem continentium tunicæ rareſcunt, & ipſe ſanguis tenui crudore diluitur, ſudoris inſtar exit cruor è venis tum corporis totius, tum quarundam partium vt 3. de hiſt. & part. animal. proditum ab Ariſt. quod inſolens, ſic calamitoſum ſemper. vitium enim quam maximum tum ipſius facultatis, tum alimoniæ eſt, dum è propijs receptaculis non diſruptis aliqua violentia, ſed ſolùm rareſcentibus effunditur ſanguis. quare vt cruentus ſudor in Anglicana lue exitioſus; ita è ſolis gingiuis erumpens, dum liquida eſt aluus; non poteſt non eſſe pernicioſus. quippe nutritiua langueſcit virtus ob crudoris exundantiam, dum aluus humeſcit; fereſcit quin etiam ſanguis, ac veluti ſanie diluitur, dum exit è ſuis rareſcentibus vaſis, talis proinde ſe offert in meticuloſis, ac vigilantibus, vt proditum eſt ab Hipp. 2 in 6. Epid. Cęterum è gingiuis promptiſſimè exſudat ſanguis, tum quia hæ tenerrimæ ſuapte natura, & molles ſunt: tum quia à capite, & ab infimo ventre prompta communione affliguntur, & inde eſt, quod ſuppreſſa menſtrualia purgamenta repenſantur hac effluxione, vt experientia conſtat, & dictum eſt ab Hipp. inferius.

Sputi

XIII.

Sputi excretiones in febre liuidę, nigrę, biliosa suppreſſę, malę: ſecedentes vero pro ratione vtiles.

239 EST tam eximia vtilitas, quam in paſſionibus potiſſimùm pectoris libera adfert anacatharſis, vt expediat educi quacunq; ſint prædita conditione ſputa, quam aliqua de cauſa ſupprimi, licet quæ exeunt praua ſint. nam quandoq; vt aliàs oſtenſum, ad ſalubrem iudicationem exeunt praua, dum tempus, & modum ſeruant. Caupo enim accuratim pallida excreans decimaquarta die integrè conualuit.

XIV.

Quibus ſalſuginoſa ſputa, ac tuſſis ſupprimuntur, his corpus veluti à puſtulis rubeſcit, ſed ante obitum exaſperatur.

240 PErmixtio pituitoſorum, ac melancholicorum, ſi his calor ſe adiungat, facit vt ſalſuginoſa ſint ſputa, quæ & tuſſim prorritãt, indeq; cauſonides, & tabificæ febres, ac puſtularum per vniuerſum corpus efflorẹſcentiæ, dum ſalſuginoſa iſta ſputa vi febrilis ardoris per carnes ſe diffundunt, eaſq; minutiſſimis, ac purpureis replent puſtulis, quæ iſtis de cauſis editæ non poſſunt non eſſe lethales, dummodo non ſe colligant in purulentum aliquem abſceſſum, vt ſuperius enarratum. aſt dum ad interitum ægri tendunt, priuſquam decedant, rubeſcentes hæ puſtulæ exaſperantur, perinde ac faciunt vlcera inareſcentia, vt ſignent propinquam mortem. vocant noſtrates genus hoc phymatum Ferſcia, ſalutaris quandoq; exitus, ſi febris deinceps remittat: pernicioſus iam dictis de cauſis editus, potiſſimum in continuitate febrilis ardoris: perennes enim inde liquationes, ſæuaq; occurrunt deliria, vt quotidiano conſtat experimẽto.

XV.

Screatio frequens, ſi ſanè alind quoddam ſignum adfuerit, phrenitidem indicat.

241 QVod in ſuperioribus problematicè nunc aſſeueranter dictum, de frequenti ſcreatione, quæ alio adiuncta ſigno phrenitidem indicat, dum nempe mens ſubuerſa eſt, febris aſſidua perſeuerat, dolentue diaphragmatis vicinia, vt ex aliàs dictis conſtat.

SECTIO DECIMA

De Voce.

I.

Vocis interceptiones cum exolutione, peſſimę.

242 AVDACISSIMAE naturæ machinamentum homo, nulla alia operatione cęteris animantibus cōſpicuè auteit, quam vocis varijs, multiſq; modis ſe explicantis conditione. Cęterorum enim animantium ſonus ſimplex, & ad pauces animi paſſiones exerendas aptus: hominis verò, vt multiplici dialecto diſtinctus: ita paſſionum animum multiformiter variantium promptus index. hominis namq; mens in corde, ceu in regia firmata, ſibi conſona fabreſecit inſtrumenta, quibus ſuſceptus in pectoribus aer impulſu diaphragmatis in membranulas mediaſtinū interſecantes collidatur, vt nutu mentis internas efformet voces, oris deinde laryngiſque machinis in aperto aëre profecturas. iſtis ergo vocibus deſtitui homines, vt humanitati quā maximè diſſonum, ſic in morbis calamitoſum prorſus ipſa cauſarum ratione. nam, vt aliàs oſtenſum, ſymptoma hoc parit atrabilarius humor intercipiens venas vocalibus inſtrumentis dicatas, nam hæc à ſuo munere feriantur, dum ſpirituum ſunt viduata comercio, licet ſpirandi libertas maneat, vt ſit obmuteſcentia ab apoplexia ſeiuncta. Cœterum ſi huic ſymptomati animalitatis quoq; addatur exolutio, vtiq; ægri peſſimè ſe habebunt, quoniam aut citæ mortis, aut fortis apoplexiæ imminent malum: nullus proinde ſperabilis eſt opitulans tremor, nec tutò venæ reſecantur, dum facultates retrices tum propio, tum inſtrumentorum vitio exoluuntur. nam propium facultatis vitium eſt Eclyſis: aphonia ad inſtrumenta vocalia atrabilario intercepta humore ſpectat.

II.

Pauliſper feroces mentis aberrationes, prauę, & ferinę.

243 DE hac abundè in ſuperioribus, denuo hic repetita, quia animalis facultas atrabilario preſſa humore vt exoluitur; ſic pauliſper in infuctum ſtatum labitur, aberratq; à naturali intellectione, quod aphonis quoq; euenire inferius dicturus eſt Hipp.

Qui-

III.

Quibus vox cum febre deficit poſt acriſiam, tremuli moriuntur.

244 ALiud eſt intercipi vox, aliud deficere: intercipitur vaſorum contentione; deficit, hoc eſt, exilis fit ſeruata ſpirandi libertate, dum vires languent, propterea ſi talis fiat à fruſtranea iudicatione virium vitiq; adeſt infirmitas adaucta fruſtaneo illo motu, deficit ſubinde, ſeu decreſcit acuta febris, ſed inſidioſè, & ad interitum, quia defectio hęc naſcitur ab acriſia cum virium languore. aſt obmuteſcentiam tollunt vomitiones, deiectiones, aut ſudores, vt in Hermophili filio. non eſt autem integrè ſoluta aphonia, quando abſq; iudicatione vox exilis manet, quoniam exilitas hæc non à miteſcentia naſcitur febrilis ardoris, vt in his qui poſtridie ſanitatem indipiſcuntur; ſed à virium languore, qui acriſiæ quoq; fuit author. nam & Philini vxor poſt ſimilem acriſiam obijt aphona, & in Phrenitico fuit obmuteſcētiā mortiferis excepta cōuulſionibus.

IIII.

Quæ in febre aphoniæ conuulſorio modo ad mentis emotionem tacitam deueniunt, pernicioſæ.

245 OCcurrunt quandoq; in febribus inſultus, qui conuulſorio modo obmuteſcere faciunt ægros non ſine mentis aberratione, quia viget atrabilis aphoniæ, cęterorumq; malorum effetrix. ſunt autem mala ea ſymptomata, quæ catocha conuulſorio modo ſe exacerbant: & qui ſunt fortiter mente alienati phrenitici fiunt, ergo conuulſorio modo factæ in febribus aphoniæ, & ad mentis taciturnam emotionem ductæ, pernicioſæ ſunt, quoniam ſeu catocham, ſeu ſæuam faciunt phrenitidem.

V.

Ex labore aphonia cruciabilis.

246 LAborioſus dolor naſcitur à plenitudine ſuccorum, quæ eſt prauitatem gerentium, dum vocalia deinceps intercipit vaſa. non poteſt autem non eſſe calamitoſum, & cruciabile hac de cauſa editum aphoniæ ſymptoma, quoniam conuulſionum, aliorumuè malorum eſt prænuncium. hinc ebrius de repente obmuteſcens conuulſus moritur, & Mulier in Cyzico exſuppreſſis purgationibus cum capitis, & colli laborioſo dolore decimaſeptima conuulſa, & aphona deceſſit. notabilis atamen eſt hiſtoria Mulieris decumbentis in litore, quæ tandem libera à tot malis euaſit ope vomituum, & ſudoris, quia nimirum conſtantia aderat virtutum.

Qua

VI.

Quæ cum exolutione catocha ſunt aphoni, pernicioſæ.

247 PArum à mortis limine diſtant, qui aphoni redditi firmiter exoluuntur. nam ipſæ exolutiones crebriter occurrentes repentinam mortem denunciant, quid ergo ſi firma ſit exolutio cum aphonia? aſt ſi catochon veram congelationem membrorum deſignet par ſimiliſq; erit pernicies, quia vbiq; atrabilarius viget humor, & vocalia vaſa intercipiens, & ſpiritus offendens, & muſculos congelans.

VII.

Voces confractæ à medicatione num prauæ? pleriq; horum ſudaciunculæ manant, & aluus liquidis excrementis fertur.

248 ACcipio vt ſatis ſuperque aliàs, & ab alijs explanatum, confractam eſſe vocem, quæ faucibus hæret, quia nempe in ſubditas gutturis tenuia depluunt liquamenta, talia à tabidorum, ardenterque febrientium æſtu reddita, quæ faciunt etiam, vt aluus liquida ad perniciem profundat. Ceterum quod facit ardor internis æſtuans de cauſis; idipſum quoq; pharmaca inopportunè ſumpta. nam ab iſtis & recrementa liquata defluunt, & vtiles quoq; ſucci tum partibus appoſiti tum apponendi inopportunum motum concipiunt, & ad aluum non ſine pernicie feruntur, quo in tranſitu, dum aggrauant; ſudaciunculas exprimunt: dum guttur incommodant, vocem confractam reddunt. problematicè autem dictum prauum hoc eſſe, quoniam accidit quandoq; vt extemporanea ſit hæc vocis confractio externo hoc edita irritamento, quæ deinceps cibo, ſomnoq; euaneſcit. aſt ſi diù perſeueret cum alui liquatione, & ſudaciunculis, non poteſt non eſſe praua, quoniam marasmodicus ardor firmiter eſt inaccenſus, qui dum liquat vtiles ſuccos, aut phrenitidem, aut conuulſionem parat.

VIII.

In aphonia ſpiritus veluti his, qui ſtrangulantur expoſitus, prauus ò num & mentem aberrare facit?

249 APhonia in continuis iudicatorio modo non ſoluta facit, vt ægri ſpirituoſi decedant. aſt multiplex eſt ſpirituoſorum effigies: nam qui magnum, & rarum ſpiritum ducunt, ſpirituoſi ſunt, & hac ratione Philiſcus aphonus deceſſit ſexta magnum, & rarum ſpiritum ducens. ſed ſpirituoſi quoq; ſunt, qui anhelationem expoſitam habent, hoc eſt, qui

qui reſpirare videntur ſola motione labiorum, & narium, vt in his qui ſuffocantur. ſic Pythio breui ſpirus, & aphonus decima interijt. eſt autem vxoris Polemarchi hac de re pulcherrima hiſtoria, Anginoſa hæc aphona deceſſit, quum prius reſpiraſſet, vt hi qui ſubmerguntur; ac in pectore ſtrepitus aderat, velut Engaſtrimythri, hoc eſt veluti ij, qui ore concluſo loquuutur.

IX.

Ex cephalalgia aphonicum ſudore febriantes redeunt in ſeipſos: reuerſiones his diuturnę. inſuper rigore his prauum non eſt.

250 QVi ſunt voce capti, à febre ſumunt auxilium, quia atra ſic diſtrahitur, & ardor diſijcit, quod craſſum, & compactum eſt. hinc ſalutaris aduenit ſudor, quo cuncta mitеſcunt mala, vt Mulieri in littore decumbenti ſexta die contigiſſe legimus. aſt à ſudore facta hæc redintegratio ſtabilis non eſt, quia craſſus humor nequit totus ſudore expelli: quod reliquum attamen eſt non tam pernicioſè deinceps offendit, ſed diuturnitatem parat, ſuam tandem ſolutionem habentem alijs opportunis excretionibus; quarum prænuncius eſt rigor, vt accidiſſe in iam dicta muliere conſtat. hæc enim vndecima à recidiuatione ſuperrigens vomuit vbertim flaua, ſudauit mox ad integram ſolutionem. non eſt ergo in iſtis ſuperrigere prauum, ſed plerumq; commodum.

X.

Cum aphonica ecſtaſię, pernicioſę.

251 NOn ſolùm ſunt pernicioſæ ecſtaſiæ taciturnę cum aphonia, & quæ cum aphonia conuulſorio modo fiunt; verumetiam ipſa ecſtaſis cum aphonia ſolitariè ſumpta pernicioſa eſt, quia perpetuò à ferina naſcitur ſuccorum conditione, indeque ſtabiles vaſorum interceptiones nullis obnoxiæ criſibus, quapropter Hippiæ ſoror mente ſæuiter emota, & aphona ſeptima occubuit ſoporata.

XI.

Inſuperrigentibus aphoni ę lethales: ſunt ij non nihil cephalalgici.

252 INſuperrigent ægri poſt iudicationem ardore circa ventrem concitati. dum autem à recidiua praua conſurgunt ſymptomata, prauum eſt, quod intus relictum fuit. & iſtud ope ſupperaccedentis rigoris in vocalia vaſa ſe inſinuans, lethalem committit aphoniam, quia inde nullus ſperabilis eſt opitulans tremor. ſunt autem hi nonnihil cephalalgici, tum quia craſſa depluunt præcipuè à capite: tum quia à lumbis exortus rigor ſuapte natura ſuperas petit partes.

Aphoniæ

XII.

Aphonię in febre acuta cum exolutione non ſudanti quidem lethales: minus autem exſudanti, at diuturnitatem temporis ſignificant: fortaſſis autem, & qui ex recidiua tale quid patiuntur tutiſſimi ſunt. pernicioſiſſimè autem ex his habent, quibus hęmorrhagia, & alui profusè humeſcunt.

253 PEſſima eſt aphonia cum exolutione; ſed minus habet mali, ſi exin ſudor prorumpat, quia ſic quadantenus ſe diſtrahunt craſſa. diuturnitatem tamen huiuſce deſignat affectionis, tum quia exundãtia adeſt ſuccorum prementium: tum quia ſolo hoc ſudoris effluuio non tollitur obmuteſcentia, vt in ſuperioribus dictum. vergit igitur ad diuturnitatem morbus leuior factus, at ſolo non ſolutus ſudore. ſunt autem de iſtis aphonijs ad diuturnitatem adactis hæc Hipp. verba 4. Acut. Quum febrienti, inquit decimaquarta die aphonia acceſſerit, non cita ſolutio contingere ſolet, næq; liberatio à morbo fieri, ſed temporis diuturnitatem tali ſignificat. quum itaq; apparuerit in hac die longius protrahetur morbus. niſi inquam ſudorem vtilem ſæpe excludant, qui ſi non ſolutorius integrè, vtiles ſaltem in hac affectione, vt è contra pernicioſa hæmorrhagia, & alui deiectio. nam iſtæ eiectiones conſiſtentes morbos nõ tollunt, ſed turbant cęteros in corporibus exiſtentes humores. monuit idcirco 4. illo Acut. Hipp. tunc phlebotomari aphonos, quando adhuc elati ſunt ſpiritus: nam ſi ſubſiderint, damnoſa omnis eiectio. & in calce narrationis de Vxore Polemarchi hæc notatu digna leguntur. ventres, inquit, ſubpurgare oportet in morbis, quando matura fuerint, infra quidem vbi concidiſſe videris. ſignum habes, ſi neque anxij, aut capite grauati fuerint, & quum calores mitiſſimi fuerint, aut quum poſt exacerbationes ceſſarint. ſurſum vero in exacerbationibus: tunc enim ſua ſponte eleuantur, quum anxij, & capite grauati fuerint, & ſe iactarint. documentum certè aureum, de quo plura ſuo loco.

XIII.

Vox acuta plantum referens, & oculorum obſcuratio, conuulſorium. dolores his ad inferas partes toleratu faciles ſunt.

254 REſiccatum diaphragma, dum ſurſum trahit præcordia, vocem acutam redit, cuius vocis differentiæ ſunt gracilis, clara ſeu canora, clangoſa, & querula ſeu luctuoſa, omnes inquam ab eadem proficiſcentes reſiccatione. quod ipſum tumores guttur arctantes, ac reſiccantes

cantes faciunt ; ſed clarior, & canorior vox redditur, ſi ad membranarũ ariditatem viuidi ſe adiungant ſpiritus ſicco æſtuantes ardore, vt in maniacis. Aſt complexus acutæ, & ſubobſcuræ vocis canglofam eam facit, & hoc præſtat ſiccus ardor partium cum ſpiritalium aggrauatione, vt in ardenter febrientibus, ac phrenitide laborantibus. Luctuoſa demum & flebilis tunc ſe offert, quando ſic nerueæ reſiccantur partes, vt frendeant, ac ſubinde membra diſcrucient, vt in perniciosis conuulſionibus. Habet igitur acuta vox plantum referens quid conuulſorium, præſertim ſi oculi caligent, quia atrabilarius humor partes cerebri poſticas premit ſic, vt oculos obnubilet, conuulſionibuſque ſubinde anſam præbeat, vt ex aliàs dictis conſtat. Sunt autem hæc adeo perniciosa, vt ægros in mortem cum veſano delirio præcipitent, quod Vxori Hermozygi accidiſſe legimus. opem nihilominus iſtis malis aliqualem ferre poteſt dolor in cruribus excitatus, qui licet conditione humoris abſcedentis tormentoſus, & cruciabilis ſit, optandus, vt grauiora mala auertat.

XIV.

Cum voce tremula alui preter rationem ſolutio, in his diutinè corpus malè habentibus pernicies eſt.

255 TRemula euadit vox à motu tremulo, palpitante, conuulſiuo, ac velute trepidante muſculorum vocalium; quod accidit aut à paupertate virtutis mouentis, vt in trepidantibus, quorum vox tremit quia deficiunt ſpiritus, retracti ad intima cordis, vt exin aluus compreſſa ſe exoneret: aut à copia humiditatum, quia ijdemmet muſculi grauantur, vt exin non niſi coacto motu, ac tremulo actionem ſuam exerãt, & hac de cauſa balbi alui profluuijs facilè capiuntur. Cœterum purgationes iſtæ à morbo cum tremula voce editæ longo tempore affligunt, nec ſine pernicie, ſi non iudicatoriè erumpant. nam tremula quandoque fit lingua dum inſtat criſis, & tunc ſalubres ſunt alui fluxiones, quoniam & coctionum ſigna ſe offerunt.

XV.

Frequentes ſubſoporata vocis interceptiones conſiſtentes, tabẽ præſignãt.

256 PRolapſus ferini cattari à capite vocem vitiat, ac tractu temporis tabem inducit, quod ab auſtrina tempeſtate diù perdurante accidiſſe 3. in 3. Epid. narrat Hipp. Sunt autem frequenter ſubſoporatæ aphoniæ, quæ ſæpè cum innaturali ſomno ingruunt, quia depluunt à capite humores vocalia vaſa intercipientes, aſt non ſtabiliter, ſed per vices, ac periodos, quod vt citę necis tollit pericula, ſic tabem tandem accerſit, quia ſenſim noxius depluens humor in malã habitudinem ducit ſpiritalia membra.

SE-

SECTIO VNDECIMA

De Reſpiratione.

I.

Spiritus qui frequens quidem, & paruus eſt inflammationem, & laborem ſignificat in locis principalibus: magnus autem, & rarus delirium, aut conuulſionem.

257 RESPIRAT cerebrum: reſpirat thorax: reſpirat infimus venter. multum quidem thorax: parcius cerebrum: minimum abdomen. conſtat autem ſpiratio duplici motu, inſpiratione, qua ſumitur aer, & expiratione, qua emittitur, quem motum reciprocis vicibus natura alternat neceſſitate coacta. etenim noſtris corporibus inſitus calor, vt cœlorum emulatur naturis, ſic ætheris comercio viget, quod præſtat aer aſſumptus, qui æthercam ſubſtantiam deferens terrenam materiam vitæ, ſenſationis, ac intellectionis reddit participem. vt enim ſpiritus à puriſſimis liquoribus corpulentiorem ſumunt ſubſtantiam; ſic ſpirituoſam ab aere intro ſuſcepto habent, hiſque anima, ait Hipp. 5. in 6. Epid. & lib. de Aliment. producitur, perinde ac faciunt Aſtra pabulum à pelago, ambienteq; aere ſumentia, vt proditum lib. de aer. loc. Faciunt autem ſuum munus ſpiritus, quoadúſque ſimilis hæc intrò permeat ſubſtantia, reſarciens, vt dicebat Democritus, quod ab extrudente fuerat ſegregatum. inde eſt, quod in iuuenili corpore, ait Hipp. 1. de Diet. copioſius pabulum hoc ſe inſinuat, quoniam in eo ob celerem caloris circumuolutione expanſæ, & attenuatæ partes in corporis augumentum deficiunt: vt è contra, quia ſeneſcentibus tardior eſt hic motus, corpuſq; frigidius in decremento abſumuntur. hac ergo de cauſa intrò aſſumitur aer, qui quum totus non ſit ſpiritibus accomodus (nam vltra puriſſimas aſtrorum virtutes fæculentam ſubſtantiam à terrenis vaporibus habet aſſumptam) copioſiſſimè receptus, pari etiam vbertate emittitur, quia exiguum eſt; quod in ſpirituum conditionem tráſit. iſtud autem reſpirationis opus tres experiuntur ventres, vt eorum calor expetitum comercium habeat. Aſt obſcurius infimus venter reſpirat, quia eius calor nimia humiditate obruptus torpet; patentius celebrum, quia puriſſimam ignis circumuitionem habet, ſed membris iam adhærentem firmiter frigoris ope. medius autem venter mobiliſſimam ardoris flammam emittens cumulatim reſpirat, vt per hás multas reciprocantes

vices

vices ex aëris particulis retineat, quod facit ad eius perpetuandam n[illegible] bilitatem. iacent autem tubuli iſtis inſeruientes muneribus in c[illegible] per eos quoq; ſe exerant quotundam ſenſuum opera aëris miniſterio indiga. nam & aeris ope odoramus, & locutiones ipſo interueniente promimus, quæ munia tum oris, tum narium fiunt inſtrumentis. reſpirationi quoq; inſeruientibus, ne inſtrumentorum fruſtaneè increſcat numerus. quotieſcunq; ergo opus hoc reſpirationis ritè ſe habet, benè etiam valent hi ventres, vel ſaltem parum à naturali ſtatu receſſerunt, iuxta eam quam habent neceſſitatem ſpirandi. aſt ſi in hoc miniſterio turbidè ſe habent, laborant vtiq; ventres ob aliquam afflictionem horum interturbantem circuitus. & hoc eſt, quod vno verbo proditum ab Hipp. legimus, dum ait, quod ſpiritus frequens, & paruus inflammationem, & laborem in locis principalibus ſignificat. quippe ex læſa ſpiratione noſcuntur peræquè afflictiones & pectoris, & capitis, & infimi quoq; ventris, iuxta eam quam in reſpirando obtinent neceſſitatem. Ergo ſi in iſtis partibus inſignis aliqua adeſt phlegmaſia, quæ laborioſum pariat cruciatum, ſpiratio equidem & parua, & denſa, hoc eſt, frequens erit. nam licet adauctus calor magnitudinem, & denſitatem adaugeat ſpirationis; adiunctus tamen labor facit, vt denſitas ſit paruitati copulata, ne ſcilicet magnitudo operis adaugeat membrorum ſpirationi inſeruientium cruciatum. nam & viſcera hoſce ventres replentia, dum ſpiramus, citantur in aliqualem motum, à quo iuxta earum conſtructionem vexantur, ſi ſpirationis adſit magnitudo, qua vndiq; ſeſe ventres expandunt. cohibet idcirco tunc voluntas magnitudinem ſpirationis eam ſolùm denſitate cōpenſans. cęterum ſi in iſtis viſceribus ſolus exundet ardor vllo abſq; labore, tunc ſpiratio magna, & denſa eſt. nam denſitas ab ardore expetitur: magnitudo autem, & paruitas ad libertatem inſtrumentorum ſpirabilium attinent, ideoq; dum magnitudo adeſt ſpirationis, immunia hæc inſtrumenta ſunt ab omni laborioſo cruciatu. Eſt altera ſpirationis differentia, quæ à tempore deſumpta motus menſurante, magnitudini peræquè, ac paruitati ſe adiungit, raritas nempe, quæ tunc ſe offert, quando per multum tempus reſpiramus, & hæc ſi magnitudini fuerit adiuncta, delirationis ſeu conuulſionis eſt inditium. quippe delirantium mens in inſolita delata phantaſmata conſuetum munus negligit, ſed neceſſitate tandem coacta, tarditatem operis magnitudine compenſat, idq; delirantibus tum ab atra, tum cum ſopore contingit, quorum ſpiratio magna, & rara imparuitatem deſinit, quæ in iſtis verè eſt conuulſionum prænuncia, vt ex ſuperius dictis conſtat. nam magna, & rara delirationem vtiq; ſignat, nunquam ex ſe conuulſionem, niſi hæc ſe delirio adiungat, aut

ipſi

ipſi ſuperaccedat, quod Vxor Diomedis comprobauit, quæ ratum, ac magnum ſpiritus ducens, & inſuper delirans ante obitum cæpit à capite conuelli, eſtq; ſic ſe conuellentibus iſta ſpiratio propia, dum abeſt cruciatus: nam ſi doleant conuulſa membra ſpirationi inſeruientia, offendens fit ſpiratio, de qua inferius.

II.

Et frigidus quidem lethalis eſt: lethalis febriculoſus, & fuliginoſus; minus tamen quam frigidus.

258 HActenus de denſa, & parua, magna, & rara ſpiratione. ſequitur, vt de parua & rara, magna, & denſa ſermonem inſtituat. nomina autem harum ſpirationum ſumpſit à qualitate aeris expirati. nã frigida expiratio paruam, & raram reddit ſpirationem: quæ autem febriculoſa, & fuliginoſa eſt, magna, & denſa vtique eſt. quippe inalgeſcens expiratio morticinium adeſſe arguit caloris, propterea quum ſublata ſit neceſſitas ſpirationis, euadit hæc parua, & rara, quod delirantibus pauloſt morituris quandoq; accidit, vt conſtat ex hiſtorijs Vxoris Dealcis, & Pythionis: lethalis proinde hoc nomine eſt frigida reſpiratio. Aſt quę fuliginoſa, & febriculoſa eſt, putrilaginoſum deſignat ſubeſſe incendium, à quo eductus aer feruens, & nubiloſus euadit, magna ſubinde, & crebra ſpiratio fit, tum ratione æſtus copioſum pabulum requirentis: tũ ratione fuliginum crebrã, & magnam poſtulãtium emiſſionẽ: occurrit propterea ſpiratio hæc plerumq; in ardentibus, ac nõ raro in peſtilentibus pemphigodeis dictis, in quibus non ſolùm è toto corpore ardens exit ſpiritus, ſed & ipſa ſpiratio fuliginoſa, & ardẽs eſt, quo ad vſq; in ſuo robore manẽt vitales ſpiritus, qui ſi concidãt, ſpiratio deinceps frigida reddita parua, & rara euadit. minus propterea lethalis eſt fuliginoſus, & ardens emiſſus ſpiritus, quam qui fregeſcit, quoniam exedens calor nonnunquam moderationem ſubit, non ſic frigiditas violentis de cauſis ſtabiliter ſpiritibus in hæren.

III.

Tum magnus foras efflatus, intro paruus: & paruus foras, intro magnus peſſimus ſanè eſt, & morti propinquus. item extendens, vrgens, & obſcurus, & dupla intro reuocatio, velut ſuper inſpirantibus.

259 QVod inæqualem edit motum, quam maxime à naturali ſtatu recedit: eſt enim natura certis conſtabilita legibus, à quibus non niſi coactã deuiat. hinc eſt, quod maiorem perniciem arguunt ſpirationum differentiæ, quæ motus inæqualitate ſumuntur, quoniam inæ-

qualis

qualis ſit, dùm perniciosè ipſa premitur facultas, nec ipſa inſtrumenta eius parent nutibus. ſpectatur porrò inæqualitas hæc, tum à mutua cōparatione inſpirationis, & expirationis: tum ab ipſo motu. ratione quidem prioris differentiæ inæqualitas eſt, dum vel expiratio eſt magna, & inſpiratio parua: vel expiratio parua, & inſpiratio magna, & eſt vtraque hæc inæqualitas pernicioſa. nam putrilaginoſus ardor, dum natiuum interſtinguit calorem; efflatum reddit magnum, ſed inſpiratio parua eſt; quia neceſſitas aeris inſpirati decreſcit, vt increſcit, quæ fuliginum emiſſionem optat: vt è contra ſiccus ardor magnam exigit inſpirationem, exiguum expiratum. A' motu vero inæqualitates ſumuntur, dum hic debitum tempus differt, præripit, occultat, ſeu interrumpit. protrahit quidem tempus extendens ſpiratio, quæ apparet, dum ore diducto longam facimus ſpirationem, quod accidit, dum viſcera, præſertim naturalia ſub aliquo laborant phlegmone, vt in Philiſco, cui lien ardebat. Præripit tempus vrgens ſpiratio, breuis ſcilicet, quæ minutula, & ſublimis eſt, quanquam multum ſeu parum inſpiret, expiretq; thorax: & ab hac ſpiratione, quia violenta eſt, reſiccantur, ait Hipp. 1. Acut. pulmones, & dolore fatigantur ilia, pectem, & ipſum diaphragma. Occultat motū obſcura ſpiratio, quæ virtutis extinctionem, venatumq; deſignat interceptionem, vt in hyſtericis, in quibus ſic quandoque occultatur, vt nulla appareat, tabeſcentibus proinde, ac ob vteri ſuffocationem non parientibus mala, vt ab Hipp. 8. in 6. Epid. ſcriptum, quum inopinatam quandoq; mortem inducat. Eliditur demum ſpirationis motus his, quibus vnica ſpiratione bis, terue fit noua aeris receptio, & offendens vocatur ſpiratio hæc conuulſionum prænuncia, vt in Vxore Dromeadis, cuius ſpiratio magna, & rara, ſtatim erat reuulſa, deceſſitq; conuulſionibus preſſa.

IIII.

Bona autem ſpiratio in omnibus morbis, qui cum febre acuta ſunt, & in quadraginta diebus iudicantur magnum momentum ad ſalutem habet.

260 SI quæ dicta ſuperius ſunt de neceſſitate reſpirationis, ad memoriam reuocentur, ratio perſpicua erit, cur in omnibus morbis expediat, vt ſpiratio bona ſit. morbus enim quilibet alterutrum ex tribus circuitibus incommodat; ſed in acutis preſſius id occurrit, in quibus ſpiritales partes afflictæ, ſi libertatem ſpirationis habeant; magnum inde leuamen ſumunt, & ideo nunquam in his de ſalute deſperandum; quando ſpirationi adeſt libertas. Ceterum quoniam per ea, quæ in pro-

gnoſticis dicuntur, aliquibus viſum dari acutos morbos, qui ſint à febre immunes, quod à ratione alienum eſſe aliàs oſtenſum; ideo liceat nobis illorum verborum cõtextum meliorem reddere vna ſola addicta coniunctiua particula, ſitq; lectio talis. ſpirationis facilitatem exiſtimari oportet per quam magnam vim habere ad ſalutem in omnibus morbis acutis, & qui cum febre ſunt &c. nam in omnibus morbis etiam diuturnis febrẽ adiunctam habentibus expedit, vt libera ſit ſpiratio, quoniam febris omnis paſſio eſt cordis, & ſpirituum, ideoq; benigna eſt offendens cauſa, quæ ſpirationem non incommodat: vt è contra, ſi ſpiratio in diuturnis libera non eſt, periculum imminet, ne inde acuties inſurgat. in morbis autem qui ſine febre ſunt, libertas aut difficultas ſpirationis nihil ad prognoſticum facit, niſi ſit empyema, qui ad ſui ſolutionem quærit libertatẽ ſpirandi, quocirca, vt malum hoc comprehendat, addit Hipp. & in quadraginta diebus iudicantur, quoniam empyema iſtud temporis ſpacium ad ſui ſalutarem ſolutionem requirit, vt latius ſuo loco.

SECTIO DVODECIMA.

De Ceruice.

I.

Ceruicis duritas, & dolor prægrandis, maxillarum item coarctatio, venarumq; iugularium pulſus fortis, & tendonum diſtentio, pernicioſum.

261 A poſtica capitis partes ad humeros vſq; ceruix ſe extendit, licet nomen hoc totum illud amplectatur, quod inter caput, armos, humeroſque interiacens reſpirationis, & deglutionis continet inſtrumenta, quo in ſenſu dictum ab Ariſt. reſpirantibus ſolùm ceruicem fuiſſe conceſſam; prior tamen verior eſt ſignificatio, amplectens nimirum ſub hoc ceruicis nomine partes poſticas à capite ad humeros vſq; ſe extendentes, per quas diſcurrunt ſinus, qui dum vltra debitum ſuccis ſe replent à capite depluentibus; ceruicem doloroſè affligunt, tanta plerumq; taliq; cum duritate, vt exin ceruix prorſus inflexilis maneat. quodipſum præſtant ſucci ſuapte craſſitie vertebrarum motum impedientes, ac tendones doloroſè diſtendentes. quibus malis ſi maxillarum addatur contractio, venarumq; iugularium pulſus, pernicioſum.

ſum id certè. nam non minus opiſthotoni,quam delirationis tunc imminet malum, ni larga hæmorrhagia, aut dyſenterica egeſtio auertat, & ſoluat pericula, quæ effluxiones minime ſperabiles ſunt, dum ceruicis afflictio ſtabilis eſt.

II.

In faucibus attenuatis dolores ſtrangulatorij à cephalalgia originem trahentes conuulſorij.

262 GVtturis,tũ cõſpicua, tũ incõſpicua mala ſtrãgulãt ægros, quia ſpirationis, & deglutitionis libertatem demunt, ſi talia ſint,vt anguſtient ductus.aſt conſpicua mala tumorẽ ſeu viſu,ſeu tactu exhibẽt, inconſpicua verò anguſtiãt cum faucium attenuatione. & hoc accidit tũ propio ceruicis vitio, tum conſenſione quarundam partium. nam tumida, & æſtuantia præcordia, dum detrahunt, & reſiccant pectoris membranas; anguſtiam pariunt, vt in Menone paulo poſt deceſſuro, & hoc ipſum facit prauum thoracis empyema, dum pus copioſum æſtu ebulit. Ceterum quum mala hæc nullum in faucibus ſtrangulatorium pariant dolorem,ergo qui illuc occurrunt ſtrangulatorij cruciatus,pendent vtiq; ab occulta ceruicis afflictione, qua ſeu reſiccantur, ſeu trahuntur gutturis, gulæq; mouentes muſculi, vt exin doleant fauces, & ægri ſenſum ſtrangulationis perſentiant, & hoc præſtat, tum feritas prolabentium ſuccorum per ſpinæ ſinus: tum vertebrarum ceruicis luxatio,vt in quadã morboſa tempeſtate contigiſſe 2. in 2. Epid. narrat Hipp. ſunt autem ambæ iſtæ occaſiones conuulſoriæ, vt ex aliàs dictis conſtat.

III.

Frigiditates colli, & dorſi apparentes, ſed & totius corporis, conuulſoriæ. in his farinaceæ ſunt mictiones.

263 FArinacea vrina & vſtionem viſcidorum ſuccorum, & liquationem partiũ ſolidarum deſignat. Aſt perfrigerationes tum ceruicis, tum dorſi, tum etiam totius corporis, ſi apparentes ſunt; ſpinalem medullam affligi oſtendunt. à ſpinæ autem arefactione doloroſè veſica intercipitur. conſentaneum ergo, vt inde conuulſiones accedant, quia in vniuerſum poſticarum partium perfrigerationes conuulſoriæ ſunt.

IV.

Quibus circa fauces irritamenta ſunt moderatè, his parotides erũpunt.

264 AVrium, & faucium conſpicuus eſt conſenſus, tum ratione internorum meatuum, tum communione vaſorum ab his, quæ

pone aures ſunt; in fauces properantium. naſcitur autem faucium irritamentum mediocre ab acri, ſed tenui humore, qui dum per faucium venas procedit, cum leui quadam irritatione partes illas affligit, leui quin etiam cum tuſſicula. exiguus ergo humor venas illas inuadens nequit vaſorum, quæ ſupra ſunt, plenitudinem ſoluere, vt ſoluit frequens ſputio, quæ erupturis parotidibus occaſionem auertit. quia ergo liquatio adeſt, ſed liquati ſucci liberum per inferas partes non habent exitum; reliquũ, vt ad vicinas glandulas abſcedant, præſertim ſi febriant ægrotantes, & alia ſigna habeant, quæ eruptionem ad futuram parotidum prædicunt.

V.

Fauces doloroſę, multum graciles cum dyſphoria, acutam perniciẽ habẽt.

265 IN faucibus attenuatis, hoc eſt, non tumeſcentibus doloroſam fieri paſſionem apertiſſimã Hipp 4. Acut. & alibi verba teſtãtur. nam à nitroſa, calidaq; fluxione rubeſcunt fauces, conſtringitur guttur; doletq; perinde ac ſi ſpina illuc hæreret: nullus tamen aſpectabilis tumor viſitur, quia deeſt craſſities partem in tumorem eleuans. pernicies enim inde orta celeris, & acuta erit, tum quia protinus rapit, tum quia ocyus in ſpiritales partes ſe diffundit: nam ſtertens in palato Anginoſa moritur peripneumonica. dum autem tranſilit angina in ſpiritales partes dyſphoriæ adueniunt, pernicioſum inquam angiuoſis ſymptoma tranſitum hunc deſignans.

VI.

Quibus ſpiritus retrahitur, & vox ſtrangulatoria eſt, & vertebra intro concidet, his in fine conuulſiuus inſtar ſpiritus fit.

266 DVm loca præcipua magno defatigantur dolore, in expirando ſe retrahunt, vt minorem noxam perſentiant: longa tamen ſunt inſpiratione indiga, ſicq; extendens fit reſpiratio, vt ex aliàs dictis conſtat. facit autem hoc plerunq; anguſtia fiſtuloſæ arteriæ, & exin vox clangoſa, & effracta redditur, quæ ſtrangulatoria quoq; eſt, dum naſcitur ab impedito motu muſculorum maxillas cientium, quod impedimentum originem quoq; trahit à luxatione vertebrarum ceruicis, quæ lethalis, aut ſecus, vt reliqua adiuncta ſe habuerint: nam in eã tempeſtate, de qua in ſuperioribus, inocuæ erant iſtæ luxationes in non febrientibus, quoniam hi neq; ſublimius ſpirabant, neq; ſuffocabãtur niſi deglutitionis tempore: diutinè tamen afflicti, paraplectici aliqua in parte euadebant, at febricitantes omnes decedebant, quoniam & pedibus frigeſcebant, &

ſaliuam

ſaliuam multam fundebant, quod eſt mortiferum ſtrangulatis ſignum. Porrò ceruicis luxantur vertebræ (omiſſa externa occaſione) vel à tuberculo propè adnato: vel à laxitate ligamentorum: vel ab eorundem tenſione, quod poſtremum in magnis occurrit ceruicis inflammationibus, ac in perniciofis febribus nerueas partes reſiccantibus: reliquæ verò cauſæ, licet non innocuæ; talem non inducunt perniciem, ni prauis ſe adiungant ſymptomatis. dum autem ſtrangulatoria eſt vox, & retracta eſt ſpiratio, vtiq; pernicies adeſt conuulſionum prænuncia, veluti eſt ipſa vox ſtrangulatoria, & ſpiritus offendens.

VII.

Fauces exaſperatę parum, & aluus innanis conatibus nitens, ac frontis dolores ęgri palpando contrectantes, doloroſi, quę ex his augeſcunt, difficilia.

267 DVm in cerebro ſalſuginoſo, acreſq; exundant ichores, & fauces vaſorum communione ſe exaſperant, & aluus prorritata decurrit parcè, aut cumulatim pro copia defluentis humoris. nam in ſecundo Cauſone aluus copioſè defluit, quia vbertim defluunt à capite ſalſuginoſa. quod autem parcè deſcendit, fauces parum exaſperat, & aluum vanis conatibus torquet. quo in rerum ſtatu, ſi ægri partem frontis dolentes ſæpè palpando contrectent, ſignum eſt illuc multum acrium colligi, & idcirco cruciabiliter dolent, ratione tum qualitatis, & copiæ, tum ſtabilitatis ſuccorum prementium, qui nullum promptum habentes exitum, adaugent mala non ſine difficultate ſanationis.

VIII.

Faucium dolores fortes parotidas, & conuulſiones faciunt. ceruicis itidem, ac dorſi dolores. ſunt autem cum febre acuta conuulſiones pernicioſę.

268 FOrtiter cum æſtu dolent fauces à vehementiſſima cauſa ſeſe à cerebro, vel ad cerebrum propagante, nec in faucibus ſuam demittente ſarcinam. aſt quoniam faucium venæ auribus conſonant, leueq; irritamentum erupturis parotidibus opinionem præbet. ergo & dolores faucium fortes parotidas exurgere faciunt, ſi non conuulſiones excitent, dum ceruicem in communionem trahunt; & acutè febriunt ægri. nam ceruicis, & dorſi dolores conuulſorij, & à tuberculi introrſum eruptione tetani, & conuulſiones fiunt; quam autem pernicioſæ ſint acutis febribus ſuperaccedentes conuulſiones, aliàs dictum.

IX.

Ceruicis, & cubiti dolores conuulſorij. à facie autem hi naſci ſolent.

269 ABantica parte capitis, inquit Hipp. lib. de oſſ. nat. per vicem, & clauiculã procedunt venæ ſeſe per brachij curuaturam ad digitos vſq; extendentes. abſceſſus autem omnis, ait idem 1 in 2. Epid. nedum per oſſa, neruos, cutem, aliaſuè emotiones, ſed & per venas fit. ergo ceruix cubito conſentit per venas quæ à facie procedunt: & hac ratione hi dolores comeant, miteſcuntq; ſecta vena cubiti, qui à dorſo ad cubitum deſcendunt, vt ſcriptum eſt 6. Aph. 22. ſunt autem dolores iſti conuulſorij ratione iſtius conſenſionis per quam recurrunt ad perniciem, perinde ac faciunt à femore mentem aberrare facientes, & ad conuulſionem viam parantes.

X.

Quin etiam fauces moleſtatę, graciles, ſaliuam fundentes, in ſomnis ſudores boni. nùm & ſudore leuari plurimis non eſt prauum? ad inferas partes labores his toleratu faciles ſunt.

270 LEnia faucium irritamenta erupturis parotidibus opinionem præbent: at copioſa ſaliuatio harum occaſionem ſubmouet; quare ſi fauces quidem ſunt moleſtatæ, ſed multum fundunt ſaliuæ, non eſt vt de parotidibus opinionem habeas. faciat igitur attenuatus hic humor aliam rependentem excretionem oportet, quæ ſudore cum vtilitate editur ſomni tempore, quia iam vbertas ſe exonerauerat copioſa ſaliuatione. nam licet ſudor hic vigentis ſit plenitudinis ſignum; deplet tamen corporis vniuerſitatem, dum exit; quod per ſomnum eſt attenuatum. quæſitum autem nùm ſudore leuari plurimis non ſit prauum, quum id etiam oppreſſione contingat fieri ad inſidioſam leuationem. redeat igitur ſudor oportet, vt integrè faucium moleſtias tollat, ſeu in infimis artubus abſceſſio decumbat, vt & in luctuoſa voce.

XI.

In dorſi, & pectoris dolore mictio cruenta ſuppreſſa perniciosa laborioſè.

271 HAud inſolens eſt ab æſtuoſo dorſi, & pectoris dolore lotium reddi cruentum, quia venæ ſe diſpergentes per pectus in pudenda per dorſum feruntur, vt ſcriptum eſt ab Hipp. lib. de oſſ. natur. quocirca in dorſali pleuritide exit ad vtilitatem lotium cruentum, ſi diù nempè effluat, vt cauſam prementem tollat. Aſt ſi mictio hæc deſiſtat, quia ſpina inareſcens, lotium intercipiat; pernicies vtiq; laborioſa occurrit, tum ratione cauſæ ſupprimentis, tum humoris ſuppreſſi. nam lotij interceptiones à moleſtis dorſi horroribus factæ doloroſæ ſunt.

Cer-

XII.

Ceruicis labor malus quidem in omni febre: peſſimus his, qui in metu ſunt inſaniæ.

272 Quia robuſtior cæteris particulis eſt ceruix, oportet non leuis ſit cauſa, quæ eam affligit: ergo illuc vi febrilis ardoris depluens humor & copia premit, & prauitate diſcruciat, ac ni largam faciat ſanguinis effluxionem, mala quamplurima parit, vt ex iam dictis conſtat. Cæterum ſi iſtud inſaniæ metu occurrat, peſſimum vtiq; eſt, quia vrgent atrabilarij humores, à quibus & ecmaniæ, & conuulſiones.

XIII.

In pectoris dolore febriculoſo aluus turbata cum morſu denunciat nigras deiectiones.

273 Oſtenſum in ſuperioribus cruciari pectus abſq; pleuritide, dum nempe per vaſa extima pectoris labuntur ſucci, qui ſi æſtuoſi ſunt, pariunt dolorem, febrem excitant, & aluum cum morſu perturbāt, quæ deiectiones nigræ tandem prodeunt, quia exuſtabilis eſt, qui ſic ſuperas, & inferas partes affligit, & hæ purgationes frigidis plerumq; ſunt aſſociatæ ſudoribus, vt ſuo loco patebit.

XIV.

In acutis cum faucium gracilitate doloroſa affectio ſtrangulatoria, & vbi os hiare non facilis cogitur, quamuis gracilis, mentem emouet, indeq; phrenitici perniciosè.

274 A doloroſa laryngis afflictione impedita ſpiratio ſuffocat ęgros vllo abſq; apparente in faucibus tumore, quod ſymptoma peſſimum, anginoſis citam necem adfert, potiſſimum ſi acuta febris vrgeat, nam inde mens quandoq; percellitur, non quidem cum tarda ſpiratione, quia ſtrangulatio eam ſublimen, & interruptam reddit; ſed cum motu haud ab ſimili, quia os hians non ſtatim cogitur, ſed oſcitans aliquandiù manet. eſt enim non recordantium hæc quies, perinde ac reſpirationis tarditas; mentis idcirco à propio aberrantis munere inditium, quam alienationem anginoſis euenire teſtantur ij, qui in ea tempeſtate 2. in 2. Epid. deſcripta ex dentis luxatione cum febre ægrotabant. aliena quippe loquebantur, inalgebant pedibus cum venarum conſpicua eleuatione, quæ cuncta phreniticis ad perniciem occurrunt, quibus conſectariæ ſunt tum conuulſificæ, tum ſoporoſæ affectiones communione nempe muſculorum temporalium, ipſiuſq; ſacræ fiſtulæ.

XV.

Fauces exulcerata in febre cum aliquo ſigno difficili, periculoſum.

275 Liquamentum ardoris vi è cerebro in fauces immiſſum ruborē, & exuk erationem parit, quod in febribus ſummè periculoſum eſt, quia & æſtuat cerebrum, & liquatus humor tandem impetus prolabitur, vt ſiccam ſubinde pleuritidem, peripneumoniamue, phrenitidē, aut lethalem ſingultum edat. quæ cuncta per quam facile ex iſtis accidūt vlcerationibus, dum quid difficile ſe adiungit, quod nempe aut humoris ſuccreſcentis perennitatem, aut partis excipientis denotet paratam ad malitiam diſpoſitionem. obſeruatum idcirco 1. in 1. Epid. perniciosè in doluiſſe cum rubore fauces.

XVI.

In febribus epete ſuffocari, et deglutire non poſſe citra tumorē, malū.

276 Laryngis, & œſophagi anguſtia externis, aut internis ex occaſionibus nata ſuffocat, & deglutitionē impedit. ſunt autem quę deforis accedunt ea, quæ cibatione, potuuè aſſumpta validè ſtringūt, ſeu exaſperant fauces: præterea, & quę fluxiones à capite cōcitant, inter quę principatum tenet aereis auſtrina tempeſtas, mox aquilonari, & niuoſa excepta. 7. namq; in 6. Epid. ſcriptum à conſimili tempeſtate ortum traxiſſe ſuffocantes paſſiones, quæ deglutitionis quoq; libertatē abſtulebant, illis pręcipuè qui ſe aperto aeri comittebant, quiq; voce ſe exacerbāt. Internæ autē occaſiones ſunt, tum fauciū, laryngiſq; tumor partes illas coarctans, & anguſtians, tum ſola inateſcentia ſolo inuecta ardore: tū vermium ſurſum obrepentiū luxuries: tum demum fauciū tractio deorſum, dum ſurſum euocantur præcordia, aut deorſum diaphragma impellitur, aut cordis ampliatur capſula. quacunq; autem ex iſtis internis occaſionibus de repente in febribus occurrunt iſtæ ſuffocationes, malum eſt, quia violentia ſumma adeſt, dum repentè duo tam neceſſaria vitæ munia ſurripiuntur. non eſt tamen lethale ſymptoma hoc de repente factum, quia à cauſis momentanee affligentibus originem trahens, vt promptè accedit, ſic & recedit facilè, præſertim ſi eius cauſa ſint flatus ſpiritalia organa, ſeu cor ipſum aprehendentes.

XVII.

Collum conuertere non poſſe, neq; deglutire, vt plurimum lethale.

7 Fillius Cydis auris praua detentus inflammatione immobile ſemper collū habuit, ſpina quoq; à collo recta, & inflexibilis erat, obijt pedibus iam reſolutis. id enim tendonum ceruicis vertebras coronon alligantium, ſinuumq; per ſpinam deſcendentium facit contentio: ſed & earundem vertebrarum diſtorſio ceruicem immobilem reddit, dempto etiam deglutitionis munere, quod eſt vt plurimum lethale, ſi nimirum febris adſit, & ſit ipſa ſpiratio anguſta reddita.

SE-

SECTIO DECIMATERTIA.

De Hypocondrijs.

I.

Hypocondrium molle eſſe conuenit, doloris expers, & aquale. at inflammatum, inæqualiter ſe habens, aut dolens, ſignum eſt ægritudinis non lenis.

278 NON minus in noſtris corporibus Aethereus detinetur calor aeris attractu, quam pabulo nectarei humoris: ac veluti opus illud varijs, multiplicibuſq; editur inſtrumentis, quorum affectiones, vt munus hoc reſpiciunt, & ſenſui ſe exponunt; iam proſecuti ſumus: ita alterum hoc numeroſioribus perficitur machinis, (quod enim aſſumitur pro alimonia, multis indigum eſt mutationibus, vt ſic expetitum ſuccum ſingulis membris præbeat) quæ in proximo, ſubditoq; ventre locata mira conſenſione in vitæ tutelam conſpirant. vt enim hæ viuifico cordis animantur calore; ita non leue ei redhoſtimentum tribuunt, dum inſitus calor, veluti à perenni fonte inde expeditum cruorem aſſiduè haurit, nec parum membra iſta in reſpirationis opere ſe exercent. ordo proinde doctrinæ expoſcit, vt poſtquam vitia recenſuimus ſpirationem conſpicuè aduertantia, nunc infimum percurramus ventrem, vt ſenſibus ſubiacet: nam affectiones in intimis occurrentes partibus deinceps enarrabuntur. Quod igitur ab antica pectoris parte ad latera ſe extendit pubetenus vſque infimum circumſcribit ventrem, cuius partes laterales à ſterno ad vſq; vmbelicum protenſæ hypocondria efformant, à latinis præcordia dicta, forſitan ob nexum quam habent inſignē cum diaphragmate cordi alligato, & inde eſt, quod in præſagiendi arte nō leue partes iſtæ obtinent dignitatem. vt enim bona ſpiratio eximium habet in magnis morbis ad ſalutem momentum; ita ſi præcordia benè ſe habuerint, non parum ad ſalutem faciunt. benè autem ſe habent, dum mollia ſunt, indolentia, & æqualia, quia tunc naturalem ſtatum ſeruant, vt potè è molliſſimis carnibus conflata, quibus viſcera teguntur. ſi itaq; tota ipſa præcordia, ſeu quædam eorum pars indureſcāt, phlegmonoſoq; crucientur dolore (leuis enim eſt affectio, quæ ſolùm laborioſè affligit, vt alias monuimus) ſintq; inæqualiter conſtituta, hoc eſt, ſcrupi, ſeu crepidines promineant non vnica comprehenſi ſyſtrophe; malè vtiq; ſe habebunt. cæteræ autem inæqualitates ab alijs effictæ nihil ad hæc addunt, vt de ſe patet. tenſio enim aliàs diſtincta ab inæqualitate reponitur: frigus

gus verò, ſeu calor prognoſtico inſeruientes veniunt à doloroſa phlegmaſia. ponuntur autem cuncta hęc in examen, ſi quam in ſiniſtro in dextero ſint præcordio ob magnum cruoris confluxum illuc vergentem. ſed ſi febris acuta inſimul vrgeat, vehementiſſimè leuum laborat pręcordium propter arteriarum comercium, vt ex aliàs dictis conſtat. deinceps venit in examen, nùm precordium ſub propia, aut aliena labóret afflictione, cuiuſuè ſit naturæ ipſa afflictio: non parum enim hæc ad prognoſticum faciunt, vt in ſuperioribus oſtenſum, & plenius deinceps.

II.

Tumor verò in pręcordÿs durus, & doloroſus peſſimus quidem eſt, ſi iuxta omnes partes fuerit. ex his autem qui ab vna parte ſunt, minus periculoſus eſt, qui à ſiniſtris. ſignificant autem à principio quidem tales mortem citam: ſi verò viginti dies tranſmittant febre manente ſuppurationem: contingit autem his in primo circuitu etiam hęmorrhagia, & valde prodeſt. plerumque enim hi caput dolent, & viſus obſcurantur, & magis in his ſanguinem erupturum expecta in ętatibus autem annorum triginta quinque: ſenioribus autem minus.

279 DEuiant à naturali conſtitutione præcordia, dum intumeſcunt; ſed recedunt quam maximè, dum inſimul & dolent, & indureſcunt. nam peſſima eſt paſſio, quæ ſyſtrophem facit in partibus præſertim aſſidentibus principibus, quoniam tunc non in laxis partibus, in quibus propè ductus ſunt recrementa deponentes, ſiunt ſuccorum collectiones, ſed hi ſolidis adhærent naturalibus, ac ſpiritalibus viſceribus promptè conſenſientibus. quocirca peſſima eſt talis ſic obfirmata afflictio, potiſſimùm ſi vtrumq; aprehendat præcordium, quia nulla abſceſſionum manet ſpes, quæ non abeſt à momentanea præcordiorum tenſione, vt Herophontis conſtat exemplo. Cęterum quæ in ſiniſtro præcordio occurrunt ſyſtrophicæ paſſiones, minus affligunt, & minus periculosè ſuppurãt, quoniam huic præcordio ſubditum lienis viſcus & ichoribus multis aſſiduè eſt irroratum, & magis decliue eſt, ideoq; non tam promptè à paſſione in hypocondrio exiſtente affligitur: ſecus eſt ſi ipſe lien inflãmatione æſtuet. nam tunc, vt in ſuperioribus dictum, periculoſius, acutiuſq; ægrotant homines, quam ſi iocinoris eſſent inflammatione detenti. vtcumq; prauis hi affectus conditionibus addicti, citam necem afferunt. ni liberalis hæmorrhagia primo circuitu erumpens protinus opem ferrat. nam licet effluxiones quarta die erumpentes, vt plurimum ſint meracioris ſanguinis, proſunt tamen, quia & copia prementem exonerant,

rant, ac ſubinde inflammatam partem recreant, ſicque aut interitus, aut ſuppurationis deſiſtunt pericula. nam intereunt ægrotantes, dum ſucci vehementer opprimunt, & temerant: ſuppurant ſi phlegmon in diuturnitate ductum tranſit vigeſimam diem cum febrili continuitate, quæ ſi abfuerit, nunquam collectus in præcordio humor ſuppurat, quam ſuppurationem ipſa quoq; auertit hæmorrhagia, promptè in iſtis effluens, quia plerumq; in his & caput dolet, & viſus obſcuratur, quæ venturę hęmorrhagiæ ſigna ſunt in illis, qui in ætate ſunt triginta quinq; annorum, hoc eſt, qui hanc non tranſiliunt ætatem. nam vt in iſtis data opportunitate ſanguis promptè effluit; ſic in ſeneſcentibus per quàm difficilè prorumpit, licet ſigna appareant ad futuram hæmorrhagiam indicantia.

III.

At vero molles, & doloris expertes tumores diuturniores faciunt indicationes, & minus periculoſi ſunt. ſed & hi ſexaginta dies tranſgredientes febre manente ſuppurant.

280 VT feruidus humor excipientem replens, & frendens partem collectus durum, & tormentoſum facit tumorem; ſic frigidus partem indolenter tumefacit, & molliter quidem, ſi ab eo ſumma abſit viſcoſitas. talis autem ſuccus eſt pituita, pituitoſuſue ſanguis, à quibus non minus tumoris mollities, quam diuturnitas oborritur affectionis. & quia pituitoſa cum aſſiduitate febrilis ardoris per nonanum circuitum tendunt ad ſexageſimam vſq; ideoq; laxi hi tumores ſi intra hoc ſpacium ſolutionem non habent, ſuppurant per quam facilè, perinde ac faciunt calidi cis vigeſimam protracti.

IV.

Conſimilia ſignificant & tumores circa ventrem his, qui ſunt in præcordijs: verum minus ſuppurantur hi, quam illi. minime verò qui ſub vmbelico ſunt, & fiunt etiam hi quidem in tunica, illi verò ſurſum diffuſi.

281 QVanquam vniuerſali ſignificatione partes omnes à ſterno ad vſq; vmbelicum ſint hypocondrij nomine comprehenſæ, verius tamen quæ ſoluti laterales ſunt ſic vocantur, reliquæ ventris deſignantur nomine. diſtributus eſt autem venter in duas partes diſcretas ab vmbelico: ac quemadmodum minus abſceſſionem faciunt ſucci ſe colligentes in ventrem, quam qui in præcordijs immanent; ſic 2. in 6. Epid.

voluit Hipp. vt ſuppurationum eſſe terminus vmbelicus, propterea quia infra contentus humor nimia humiditate diſfluens, dum caleſcit potius quam ſuppuret, aluum perturbat, & ex viciniſſima parte ſe exonerat. ſi namq; collectus tumor in tunicam manſerit, illuc inhæret, quia muſculi ſunt à peritonæo abiuncti, ac per illam tunicam Epigaſtrica vena diſcurrit, quæ & mammariæ ſe annectens, & ſe in inteſtina deponens facit, vt colli tumores, dum calorem concipiunt, priuſquam ſuppurent, aut hæmorrhagiam, aut alui fluorem promoueant, ſi non ad integram ſolutionem, ad auerſionem ſaltem matureſcentiæ non ſine difficili ſanatione, vt in ſequenti dictato palam fiet. Aſt qui ſupra vmbelicum ſunt tumores minus, quam qui in præcordijs ſuppurant, quoniam muſculi propè lineã albam iacentes excarnes ſunt, abſunt à viſcerum fotu, minus diaphragmati adhærent, & interaneis magis conſenſiunt, propterea difficilius, ac non niſi tractu temporis ſuppurant.

V.

Lethales autem ſunt ex ipſis quicumq; introrupti fuerint. Ex reliquis autem ſuppurationibus, quę quidem foras rumpuntur, optimum eſt, vt in breuiſſimam, & acutiſſimam molem colligantur. quę verò intro, vt neq; mole, neq; dolore, neq; colore foris ſe manifeſtas faciant. contrarium autem peſſimum eſt. quędam vero ex his propter puris craſſitiem nullam de ſe ſignificationem prębent.

282 TVm in præcordijs, tum in ventre conſiſtentes tumores, alij ſolo tactu, alij etiam viſu ſenſiuntur. qui viſibiles apparent alij intrò, alij deforis pus promunt. qui intro ſe exonerant, lethales, ſiue in tunica, ſiue in muſculorum vulgis conſiſtant: nam perforant abdominis tunicam, & pus in eius capacitatem effundunt, vllo cum ſperabili exitu. qui deforis pus euomunt, & aſpectabiles ſunt, ſi ad ſalutem tendunt; ſe colligunt in breuiſſimam, & acuminatam molem, quia ſic integram ſubeunt matureſcentiam, vt 2. in 6.Epid. proditum. ergo qui ſe diffundũt, vel inæqualem, aut nullam matureſcentiam ſubeunt. quod enim de phymatis ab Hipp. traditum, veritatem habet in omnibus tumoribus ad matureſcentiam tendentibus. dictum autem 1. in 6. Epid. de illis eſt: Phymata foras extumeſcentia, & acuminata, in turbinemq; gracileſcentia, æqualiter matureſcentia, non circumdura, declinia, & non bifida meliora: contraria vero mala, & ſi quamplurimum contraria, peſſima. & 6. Aph. 7. dictum leuiores eſſe abdominis tumores ſublimes, quam non ſublimes. Aſt qui ſolo tactu ſunt tumores percepti, ac intus rumpuntur,

bonum

bonum eſt, vt deforis nec mole, nec colore, nec dolore ſe manifeſtent; quia tunc quod ſubtus tunicam colligitur exiguum eſt, benignitatemque gerit, dum nec mole exurgit, nec dolore fatigat, nec partis colorem immutat. ſpes itaq; manet, vt exiguus effuſus humor vel per vrinarios ductus, vel per inteſtina ſe exoneret: contrarium autem eſt, ſi deforis etiam notas exhibeat: nam vndiq; diffuſus tutò nec deforis, nec intrò ſe promit. cęterum accidit quandoq; vt ſuppuratus humor nullum habeat exitum, ſed in ſuo maneat folliculo, vel quia continens pars dura, & craſſa eſt, vel quia pus ſuapte hæret craſſitie, & frigiditate, quæ poſtrema eſt non effuſi puris à præcordio cauſa: nam carnes præcordiorum tenerrimæ ſunt, ideoq; tardare puris eruptionem nequeunt, niſi is ſua hæreat craſſitie.

VI.

Porrò recentes hypocondrij elationes inflammationis expertes, & inde exortos labores ſoluit murmur in præcordio obortum, & maximè quidem, ſi ipſe pertranſierit, aut per vrinas, & alui egeſtiones: quia iuuat is ipſe, ſi modo ad inferos locos ſubdeſcenderit.

283 HActenus de tumoribus ſyſtrophem facientibus, ſuppuratum ſubinde concipientibus: nunc de momentaneè occurſantibus, quia illuc ſe colligunt ſucci abſceſſuri mox. ſunt autem momentaneè ſe colligentes tum flatus, tum crudores, qui peræquè præcordia eleuant laborioſo cum cruciatu, ſed abſq; phlegmone, quocirca ab illis partibus facilè ſe diſtrahunt, quia non hærent firmiter. dum autem per aliquem ductum ſui parant exitum, quia tenues, & mobiles ſunt, murmur edunt, ideoq; dum talis ſe prodit murmur, non eſt, vt de ſyſtrophe vereamur, ſed ſolùm tunc adeſt flatuum, ſeu cruditatum congeries, quæ per illam motionem ad inferam aluum tendit, vt ſeu paulatinè exeat, ſeu confertā faciat lotij, aut fæcum effluxionem. nam & ab Hipp. 6. in 2. Epid. proditum, quod hypocondria ſic murmurantia ſe deprimunt aut manuum compreſſione, aut lauacro, aut aqua lactis, aut allio intrinc

VII.

Pulſus in præcordio cum tumultu, mentis emotorius eſt, & magis ſi oculi crebrò moueantur.

284 PVlſant præcordia aut ſtabiliter, aut cum tumultu. dum ſtabilis eſt pulſus, aut aſſiduè citantur flatus, aut collectus ſuccus ſuppuratum concipit. ſi cum tumultu, quibuſdam vorticibus ſanguis moue-

X.

A cardialgia cum torminibus feræ ventris erumpunt.

287 ID pluries in cardialgica febre obſeruatum, dum ſeu ex anteacta viuendi norma,ſeu ex mala ventris affectione computreſcunt recrementa, & circa meſenterium, ac iocinoris cauum bilioſa, & craſſa colliguntur. luxuriant enim tunc vermes, qui bilis amarore turbati ventriculi os lancinant, & ventrem torminibus diſcruciant, ſeceduntq; tandem aut infera deiectione, aut vomitu vnà cum bile,idq; ſæpè in leipyrica febre. inſigniuntur autem feræ nomine lumbrici illi, qui ſunt ad inſignem magnitudinem adaucti, de quibus multa, & fabuloſa narrantur, qualia ſunt ea,quæ ab Aeliano 9. de nat. Animal. ſcripta ſunt, cuius hęc ſunt verba. Abrotani remedia tum alia, tum ad expurgandum pulmonem, & facilem reddendam ſpirationem non eſt huius loci explicare. idem infenſum eſt lumbricis, eoſq; interimit: quæ animalia amplius adaucta etiam feræ nominantur. innaſcunturilli interaneis, & inter hominis morbos numerantur, eoſq, grauiſſimos, & ope mortali incurabiles. ad quod perſuadendum vel Hippys Rheginus ſcriptor idoneus fuerit. Mulier quædam, inquit illæ, ex lumbrico laborans, quum de eius curatione peritiſſimi etiam medici deſperaſſent Epidaurum profecta, Dijs ab hoc malo,vt liberaretur, ſupplicabat. Et quum Deus Eſculapius abeſſet, miniſtri eam in loco, vbi Deus mederi ſupplicibus ſolebat, quieſcere primum iuſſerunt: deinde capite eius reſecto vnus eorum manu immiſſa in ventrem lumbricum feram ſanè ingentem exemit. caput verò, dum in ſuum locum, priſtinamq; armoniam reponere conantur, id præſtare non poſſunt. interim Deus reuertitur, illiſq; increpatis, quod rem ſupra artem, & cum humanam aggreſſi fuiſſent, ipſe diuino, & ineffabili modo & caput ſuo corpori, & Mulierem reſtituit. tantum ò Rex amantiſſimè inter omnes Deos humani generis Eſculapi tua ſapientia pollet, cui ego ſi quemquam mortalium comparare auſim. inſaniam. volui autem hoc beneficientiæ tuæ, & mirificæ medendi artis teſtimonium prædicare, facultatis abrotani herbæ inuitatus, quam ſimiliter tuũ eſſe munus, non eſt dubitandum. hactenus ipſe.

XI.

Oris ventriculi dolor ſeniorem frequenter impetens, mortem repentinam ſignificat.

288 STomaci doloroſus æſtus, cardiogmus eſt: morſus nempe,& velicatio ſtomaci ſine nauſea, cuius cauſæ ſunt (vt externas omittamus)

mittamus) tum flatus copia ſcindentes, ſeu qualitate cordicantes: tum tenues, & acris humor paulatim accedens, (confertim enim irruens aut vomitum cit, aut nauſeabundam facit prorritationem) vermes itidem ex corruptione ſuccorum luxuriantes, ac ipſamet pars exquiſitiſſimo ſenſu donata. Cęterum quum ſola partis aptitudo dolere haud faciat, niſi quid noxium accedat, ac infrequens ſit, vt vermes ad ventriculi ſuprema efferantur, vtique huiuſce affectionis frequentiores erunt occaſiones aut flatus, aut tenuis humor. aſt praui vapores ventriculum obuiantes naſcuntur tum à ciborum corruptione facta ſeu in ventriculo, ſeu in interaneis: tum à prauitate ſuccorum viſceribus adhæreſcentium, tetroſq; emittentium vapores ad ventriculum vſq; quibus tormentosè affligitur, quod promptè lienis paſſiones faciunt, quoniam conſpicua eſt lienis, & ventriculi conſenſio ope venarum ſeſe à ramo ſplenetico per vniuerſum ventriculi corpus diſpergentium, eſt autem atri humoris ſedes ipſe lien, à quo humore iam dicta mala proueniunt, perniciosa certè, & mortifera ſi frequenter, & cum impetu accedant. ſtabilis enim viſcerum adeſt labes, quæ frequentem prauorum ſuccretionem exerit membrum impetentem cordi affine, quocirca repentinam mortem accerſit hæc affectio, perinde ac faciunt exolutiones crebro aduentantes. Aſt ſeneſcentibus hoc promptius contingit, quoniam eorum corpora ſcatent recrementis atrabilaribus, habentq; partes principes imbecilliores, quæ cuncta à iuuenibus abſunt. obſeruatione idcirco conſtat, æſtiuo tempore vt frequenter cardiogmi occurrunt degenerantes plerumque in choleram etiam cum ſalute: ſic hybernis temporibus, licet rarius accedant, impenſius tamen, ac periculoſius affligunt. prauitas enim tunc concluſa germinat, ſerpitq; doloſius.

XII.

Quibus precordia eleuantur, aluo ſuppreſſa, malum, maxime in morbis tabidis longis, & quibus alui profusè feruntur in precordio inflammato, ſuppuratorium, quibus ante obitum nigra deÿciuntur.

289 Meteora ſunt præcordia, quæ viſu elata apparent, ſiue id humor faciat ſurſum ſeſe diffundens: ſiue quia reliquæ abdominis attenuatæ partes ſublimia ſolùm relinquunt præcordia, tumida viſcera tunc profitentia. vtcumque eleuentur præcordia, ſi aluus ab ea elatione compreſſa ſit, vtiq; in præcordijs ſiccus, & tabidus eſt ardor, malum idcircò in morbis diuturnitate temporis tabeſcentibus ſymptoma, quia maraſmum ſummum prædicit, quo attenuati ægrotantes tandem

dem intereunt. Cęterum ſi præcordij hæc elatio non ſit à ſicco attenuante ardore profecta, ſed à phlegmone in ſuppuratum tendente; tunc aluus profuſior fit. nam profuſio hæc, dum diſtentum, & eleuatum adhuc manet præcordium, ea ratione ſuppurationis dat ſignum, quia non deprimit præcordium: ergo in eà parte cõcluſus manet humor, qui dum acres per venas epigaſtricas in interaneis propagat ichores exſudantes ab inflammata, & in ſuppurationem ducta parte, aluum ſic profuſam reddit ad ſymptomaticam deiectionem, quæ cùm talis ſit, obitum parat, dum nigra profert, quæ quam praua in iſtis morbis ſit aliàs dictum, & latius in propia tractatione.

XIII.

Pręcordiorum diſtentio cum anxioſo comate in cephalalgia, parotidas attolit.

290 PRæcordia diſtenta, ſi non faciunt in primo circuitu vberem hæmorrhagiam inuehunt quamplurima mala. quippe vt vẽtrem affligunt; ſic & caput vaſorum communione offendunt: quod ſi craſſitiē habent comatoſas pariunt affectiones non ſine anxietudine, quæ parotidum ſigna ſunt, vt ex aliàs dictis cõſtat. & quidem erumpunt hæ ad interitum, dum manet adhuc præcordiorum diſtentio, & anxietudo, vt inferius dicturus eſt Hipp.

XIV.

Poſt præcordiorum tumorem ſpiritus magnus, & febris acuta, parotidas attolit.

291 COllectus in præcordijs humor aut illuc firmiter hæret, aut ad ſuperas inferaſuè partes repit. dum hæret cum febre, aut occidit citò, aut ſuppuratum concipit. aſt ſi aliunde obrepat, aut germinat ſenſim, aut totus hypocondrio relicto aliunde ſe transfert. dum germinat, mala quamplurima edit additione ſymptomatum plerumque ad interitum vergentium, ni faciant commodam aliquam effluxionem, aut abſceſſionem. ſin autem totus ab hypocondrio emiſſus aliò vergat, & hoc debito modo, & tempore fiat, malum integrè deſiſtit, offendenſque humor vtilem tunc facit efflaxionem, ſeu abſceſſionem aliquam. ſalutares idcirco illæ habentur metaſtaſes, quæ dum in caput vitioſum ſanguinem totum efferunt, licet turbulentis motionibus ſpiritus exagitent, & doloroſo cruciatu excipientem partem affligant; liberalem tandem proferunt hæmorrhagiam. tales quoq; habentur parotidum eruptiones, quæ

emergunt poſtquam præcordij ſublata eſt elatio : nam licet ſuapte conditione malæ, nihilominus, quia priorem morbum penitus eliminant, ſalutares euadunt, dum in notabilem molem exurgunt non recurrunt, ſed matureſcunt quam ocyus non ſine fiſtulatione. Porrò huiuſce ab hypocondrio ad cerebrum tranſitus ſigna, & auſpicia ſunt ſpiritus magnus, & febris acuta, quoniam ſpiritales partes à tranſcurrentibus ſuccis extemporaneè affliguntur, æſtuantq; non ſine motus celeritate, ſpirationiſque magnitudine, quia nempe in humoribus ſe à præcordio efferentibus feruet ardor.

XV.

In pręcordiorum doloroſo ęſtu ſubmurmuranti lumborum dolor ſuper accedens in febribus, aluos profuſiores facit: ſi non flatus eruperit, aut vrinę copia prodierit.

292 DEorſum vergunt collecti in præcordio humores, dum ſubmurmurant. corpulentius enim illud eſt, quod inferam deiectionem parat; ſed ſubmurmurat, dum caloris ope citatur ad hanc moliendam effluxionem per illas nempe venas, quæ ſe ab hypocondrijs per lũbos ad inteſtina propagant. inde eſt, quod ſi in doloroſo præcordij æſtu ſubmurmurauerint ſucci, ac deinceps lumbi doleant; expectanda eſt ſuccorum deiectio per inferam aluum, ſi corpulenta ſint, quæ illuc vergunt. nam accidit quandoq; vt effectores murmuris ſint flatus, ex quorum excluſione ceſſant iam affligentes cruciatus, quod ipſum & à copioſa accidit lotij effluxione, ſi aquoſiores ſucci ad vrinarios ductus deſcendãt. perinde ergo vt tormina cum lumborum dolore, & genuum grauitate purgationem, ait Hipp. 4. Aph. 20. expoſcunt; ſic & ardor febrilis vicem gerens pharmaci diſijcit contentos in pręcordijs ſuccos, vt ex in per lumbos ad interanea deſcendant, vtilemq; faciant deiectionem. aſt ſi flatus, vel aquei ſint ſucci, qui incaleſcentes murmur edunt, crepitu vtique aut mictione ſe exonerant, vt ſcriptum eſt 4. Aph. 73.

XVI.

Ex pręcordio diutinè afflicto, & aluo graueolenti, abſceſſus circa aurem necat.

293 COntimax vtiq; eſt humor corruptionem indemptus, qui hypocondrium diutinè affligit, & facit, vt aluus graueolentia deponat, & hic ſuperas inuadens, ſiue comprimat, aut fæcus aluum, non poteſt non adferre perniciem, quoniam vires tunc à diutino morbo afflictæ corrupti humoris inruptionem perferre nequeunt, ideoq; licet cerebrum ſuas ad glandulas pondus emendet, iſtud ad perniciem facit, vt in ſuperioribus de plurimis graueolentibus dictum.

Qui-

XVII.

Quibus à pręcordiorum doloribus aluus paulatim ſubuiſcoſa egerens, pauca ſtercoracea effundit, nùm etiam ſanguinem effundunt?

294 VTilia equidem eſſe nequeunt, quæ à præcordio dolente in aluũ feruntur viſcoſa, quia cumulatim non profluunt. quæ autem viſcoſa ſic paulatim deſcendunt, dyſenterica tandem fiunt, ni ad vrinariã veſicam curſum flectant, vt ſæpè in praxi compertum; quæſitum idcirco, nùm tales ſubuiſcoſæ egeſtiones paulatim fientes ſanguinem etiam effundant. de ſtercoracea autẽ egeſtione ſuo loco nonnulla enarrabutur.

XVIII.

Quibus derepentè, dum ſine febre ſunt, pręcordij, & oris ventriculi labor, & circa crura, & inferas partes, ac inſuper venter in molem aſſurgit, ſoluit phlebotomia, & alui fluxio. his febrire nocuum eſt. longę enim, & vehementes febres fiunt, & tuſſes inde eueniunt, & ſpirandi difficultates, & ſingultus, ad quorum ſolutionem dolor fortis coxarum, ſeu cruris, aut puris ſputum, aut oculorum priuatio ſuccedit.

295 NOn ſunt hæc abſimilia his, quæ in quarto Typho. venter enim de repente elatus ſic ardet diſtentus, vt diſrumpi videatur, dũ inſignia quoq; tormina diſcruciant, quę omnia tandem tolluntur, ſi vbertim aluus profluat. horum quippe in cauſa ſunt exundantes crudores, qui dum ardent, abdomen flatibus diſtendunt non ſine torminibus, pariuntq; eximiam laſſitudinem, dum vaſa replent: quæ omnia ſi ſine febre ſunt ſolutionem vtiq; habebunt tum à phlebotomia, tum à purgatione: nam ardor phlebotomia miteſcit: crudores detrahuntur purgatione, nec alia requiruntur auxilia, quoniam nupera eſt collectio hæc repentè ſine febre præcordia diſcrucians. ergo ſpirituoſus ſanguis à labe adhuc manet immunis, quam ſi deinceps ſubierit, noxioſiſſima vtiq; hæc erit in hoc rerum ſtatu, quoniam exortæ inde febres & longæ, & vehementes erunt. diuturnæ quidem, quia viſcera naturalia ſunt, quæ primariam labem retinent, quam, quia crudorum eam innexit vbertas, nonniſi longũ tempus coquere nequit: aſt vehementes inde erunt exortæ affectiones, quoniam cauſæ offendentes non ſine validitate, & pertinacia agunt, dum in conſenſionem trahunt ſpiritalia membra: exin enim tuſſes, difficiles ſpirationes, & ſingultus, quæ cuncta adueniunt, dum premitur, & in infectum motum adigitur diaphragma, quia obueniens humor & hæret

craſſitie, & acrimonia prorritat, propterea ægrotantes ſic affecti decedunt, ni opus aliquod natura moliatur laborioſum licet, non ſine tamen vtilitate, ſi mortis imminentia auertat pericula. tale autem naturæ opus eſt, aut puris eiectio poſt factum empyema: aut abſceſſio ad inferas, ſuperaſue partes, ad inferas quidem licet tormentoſè tutius; ad ſuperas verò non ſine diſcrimine calamitoſo. nam in diuturnis pernicioſis abſcedentes ſucci ſunt ad atrabilariam naturam adacti: hi autem ſi ſuperas petant partes, plerumq; cæcitatem adferunt, vt 6. Aph. 56. proditum.

XVIIII.

Quibus dolores præcordiorum, oris ventriculi, hepatis, & partium circa vmbelicum, ij ſanguine egeſto ſeruantur, non egeſto moriuntur.

296 NOn eſt ſyſtrophica collectio hæc, quæ tam latè ſe diffundit, ſed congeſtio eſt feruidioris ſanguinis ſeſe per meſeraicas venas diffundens, vt tandem ſtabile pariat phlegmon, ni prius ſe depleat deiectione aliqua, quæ vtiq; fit ab infera aluo, quia illuc promptè meſentericæ tendunt venæ, nec eſt ſine craſſitie ſanguis, qui præſertim partes circumbelicales affligit. vtque lumbales dolores vi febrium tertianarum ſe exacerbantes grumoſi ſanguinis tandem faciunt egeſtionem; ſic & hi latè ſe per abdomen diſtrahentes dolores, priuſquam ſtabile phlegmon pariant, ſoluuntur ſanguinolenta hac egeſtione, quæ ſola opem ferre poteſt.

XX.

Quibus præcordia non mollia, facies ſana, non liberantur citra copioſam hemorrhagiam, aut conuulſionem, aut coxiendum dolorem.

297 DVm in præcordio non molle facies nec tumeſcit, nec pallet, ſed ſanorum ſimilis eſt, vtiq; & recens eſt malum, & à benigno ſucco profectum. nam à prauo phlegmone facies vultuoſa euadit; ab œdematoſo excoquitur hæc, & intumeſcit. aſt benigna cruoris ſubſtantia aut tenuis, aut craſſa eſt. ſi tenuis, hæmorrhagiam per quam facile promouet, quæ loco, & tempore facta, recenter dura præcordia deprimit, malumq; omne eliminat, vt in ſuperioribus dictum. craſſa autem vel hæret vaſis ad cauum iecinoris ſeu ad ſpinam ſpectantibus; vel abſcedit. ſi hæret, dum ventrem eleuat conuulſiones parant, vt de ventris diutinis elationibus iam dictum, eruntq; conuulſiones iſtæ ſalutares, ſi eadē, altera, tertiàuè die deſiſtant ope febrilis ardoris compactum ſuccum diſtrahentis, vt ſalubrem deinceps aluus edat criſim. ſin autem abſcedit commodè ad coxiendum venit, perinde ac faciunt renales cruciatus edētes mox affectionem venarum cauarum, vt ſcriptum eſt ab Hipp. lib. de int. aff. 2.

Dolo-

XXI.

Dolores ad præcordia in febre cum ſermonis interceptione ſine ſudore, & hæmorrhagia ſoluti, malum. his ad coxendices dolores ſiunt.

298 QVoniam minus lethales ſunt aphoniæ ſudoroſæ, quàm inſudoroſæ: & ipſa anandia, ſeu ſermonis interceptio minus graue malum eſt, quam aphonia; ſequitur vt anandia ſoluta ſine ſudore, & hæmorrhagia denunciet quid mali adhuc ſubeſſe. craſſus enim, & atrabilarius ſanguis vocalia vaſa quadantenus intercipiens iſtis eſt indigus excretionibus, vt malum prorſus eliminet; alioquin aut pertinaciter hærens obmuteſcere faciet ægros, aut inſidiosè ſubſidens alia mala edet, ſiui ad coxæ articulum abſcedat, vt de non mollibus hypocondrijs iam dictum.

XXII.

Iuxta ventrem in febre palpitationem Ecſtaſiam inducunt hęmorrhagia inde horrifera.

299 VEnarum motus verius eſt pulſus, quam palpitatio. palpitant vero tum internæ cauitates, tum muſculorum inania, dum iſtis in partibus atrabilarij inruunt æſtuantes flatus, ſicq; partes voluntario etiam motu deſtitutę tremunt, qua ratione à tremore propiè dicto diſiungitur palpitatio. nam verius tremunt motui dicata inſtrumenta; palpitantum carnes, tum interna viſcera cauum quid habentia. Cœterum occurrentes palpitationes totum apprehendunt corpus, aut membrum eius aliquod. de primis inferius, nunc particulares proſequamur, quę ſanitatis quidem tempore augurio non carent, in morbis quid demonſtrāt, & præſagiunt. quippe membra ab atrabilario humore agitata palpitant, quia & arteriæ æſtuāt, ideoq; palpitationes iſtæ ſunt melancholicarū delirationū præſagia, quarū ſpecies eſt ipſa Ecſtaſis, quę licet quādoq; ad criſim appareat, ipſa tamen per ſe ferina eſt. plura hac de re habes exēpla. nam in Sileno palpitabant aſſiduè præcordia, aphonus hic, & delirus vndecima deceſſit. Adoleſcens in Melibæa perpetuò corde palpitans, vigeſima quarta phreniticus obijt. Notabilis autem eſt euentus Pueri Eratolai. huic palpitabant, quæ ſunt à pectore ad vmbelicum vſque non tamen delirauit, quia & parum febricbat, & multùm dyſentericè deijciebat. deorſum enim pereptabant ſucci, qui ſi ſurſum elati fuiſſent, malarum vtiq; delirationum anſam præbuiſſent. hinc eſt, quod hæmorrhagiæ inde occurſantes horriferæ ſunt, quia talis eſt ſuccorum exundantiū conditio, & hi horrores praui ſunt, ni ſint vtilibus excepti ſudoribus.

XXIII.

Dolores in febre ad præcordia exilientes ſine ſudore ſoluti, maligni: his ſi cum febre ardente aluus profuſè feratur, pernicioſum.

300 TVrgens eſt, & tenuis quadantenus ille humor, qui non firmiter hæret, ſed exilit, aptus ſubinde, vt ſudore exeat, ad ſui integrā excluſionem, quam ni nanciſcantur, malignitatem vtiq; dolores iſti gerunt ob eam quam imminet acceſſionem prauorum ſymptomatum: nam inſidioſa eſt illa leuatio, quæ ſine opportuna criſi fit, datq; inditium aut naturæ ſuccumbentis, aut humoris non obſecundantis naturæ opera.

XXIV.

Dolores circa vmbelicum palpitatorij habent aliquid mentis emotorium, verum circa iudicationem pituita his aceruatim copioſo cum labore penetrat.

301 IN Eratolai puero ventris partes magis palpitabant, quam faciat cor à concitato curſu, magnoq; timore: obliuioſus proinde, at non delirus erat ope dyſentericarum effluxionum toto morbi decurſu perdurantium: alioquin enim deliraſſet ſtabiliter, quoniam palpitationes omnes mentis emotoriæ ſunt: quippe palpitant membra, quia æſtus occurrit, viſcera autem ſic æſtuantia labem ſpiritibus impertiunt. Cęterum quoties ſucci palpitationem edentes non in præcordijs, ſed circa vmbelicum iacent, propter vicinitatem, & vaſorum communionem per quam facilè aluos perturbant, dum nempe pituitoſam redolent naturam ſuppuratum reſpuentem. ſunt etenim hæc Hipp. Quibus, inquit, intra diaphragmam & ventrem pituita concluditur, & dolorem affert, in alterutrum ventrem viam non habens, ijs per venas in veſicam verſa pituita morbi fit ſolutio. neceſſe quippe eſt, vt natura ſe ab hac ſarcina exoneret ſupera, aut infera deiectione, qui quidē exitus ſi præpediti fuerint, reſtat vt per venas conuerſio fiat ad vrinariam veſicam, vtrumque laborioſè certè, quia arcti ſunt ductos, nec ſucci carent acredine, ideoq; aut dyſenterici inde fluores, aut ſtranguriosæ occurrunt mictiones: in Eratolai enim puero, quia venter æſtuoſè dolebat, bilioſa penetrarunt in aluum, (pulſabant enim venæ temporum, & retroceſſerant pone aures iam facti tumores, quæ cuncta dyſenteriæ occaſionem tribuunt, vt in ſuperioribus enarratum) & inde cruenta manarunt magno cum cruciatu. ſin autem non æſtuoſa, ſed laborioſa eſt ventris afflictio, pituitæ vtiq; adeſt vbertas, quæ ardore inacceſa, dum inconſpicuos ductus penetrat; palpitantem dolorem facit, & ſubinde ſeu ad inteſtina, ſeu ad veſicam vertitur, ſalubriter quidem, ſi id debito modo, & tempore contingat.

Poſt

XXV.

Poſt aluum ſuppreſſam pręcordia ſublimia, malum: maxime taabeſcentibus iam diù, & quibus alui profundunt.

302 SI aluus ſuppreſſa præcordia eleuat, ergo prauè antea profluebat: prauus enim tum ſuapte natura, tum crudoris conditione, & copia ſit oportet humor, qui ſic viſcera replet, & abdomen extenuat, vt exin ſublimia appareant præcordia, quod accidit potiſſimum in iam diù tabeſcentibus, & deinceps ex aluo mortiferè profundentibus.

XXVI.

Quibus alyſmus eſt in pręcordio, parotides aſſurgentes occidunt.

303 ALyſmus eſt in præcordio, dum prementes ſucci ſeu tenues, ſeu craſſi inopportuna citati agitatione anxioſum pariunt cruciatum; non quidem cum murmure ad præſignandam futuram deiectionem, ſed cum iactatatione, quæ facit, vt quandoq; erumpant parotides, mortiferæ certè, dum in præcordio anxietudo adhuc manet: ſunt etenim aſſurgentes iſtæ parotides potius humoris ſe propagantis germina, quam naturæ ritè agentis conamina, ideoque nec priorem morbum tollere queunt, nec ſalubriter matureſcere; recurrunt propterea plerumq; & ad exitium, vt de exortis à graueolentibus dictum.

XXVII.

Circa ventrem durities cum labore, & febre horrifera, & cibi faſtidio, ſi aluus parcè ducta non expurgetur, in ſuppuratum tranſit.

304 ETiam qui in ventre ſunt tumores, ſi diutius concluſi maneant laborioſo cum dolore, matureſcunt tandem, cuius maturationis latenter plerumq; factæ ſigna præbent, horrifera febris, ciborumque faſtidia etim aluo parcè ducta. nam à ventre communio fit cum ventriculi ore per epigaſtricam venam, quæ dum noxium illuc affert, facit vt ægri cum horrifera febre prorſus ſint inappetentes. & hoc accidit, dum concluſi ventris tumores intus ſuppurant, intuſq; promunt pus non habens exitum per aluum cumulatim ductam. momentò enim, ac inopinanter hi decedunt, vt non ſemel in praxi obſeruatum.

XXVIII.

Supra vmbelicum labor, & lumborum dolor ſi medicamentis, non ſoluatur in ſuccum hydropen deſinunt.

305 DOlor à ſuperna vmbelici parte ad lumbos ſe extendens viſcera quoq; naturalia aprehendit non ſine ſtabili affectione, quæ ſicca eſt, quia dolentem partem in tumorem non eleuat, ſed ſolo laborioſo dolore diſcruciat. pertinax autem eſt, dum oportunis non cedit auxilijs; ergo viſcerum tunc ſiccus interuenit ardor non ſine ſuccorum tenacitate, & congruis obluctans medellis ſiccum hydropen parat, vt ſuo loco plenius.

SECTIO QVARTADECIMA.

De Lumborum paſſionibus.

I.

Ex lumbis dolores diuturni qui tertia quaq; die vi febris exacerbantur, grumoſi ſanguinis deiectionem faciunt.

306 A DORSO ad ſacrum vſq; os ſe extendunt lumbi, comprehendentes tum externas tum internas partes, conſtantes ex muſculis propiè dictis, venis, arterijs, & membranulis complicantibus, ac colligantibus inteſtina. hinc mira lumborum ceteris cum partibus conſenſio, cuius ope lumbales paſſiones modo ad ſuperas, modo ad inferas ſe extendunt partes, tranſeuntq; per lumbos, quę ſurſum, aut deorſum obrepunt, nam ſinut ducti à cerebro, & per ſpinam ad infimas ſe extendentes partes nullis intercipiuntur valuulis, aditum idcirco præbent humoribus quoquouerſum decurrentibus, & hac de cauſa lumbales paſſiones ſanguifluæ ſunt, vt in ſequentibus palàm fiet. ſic etiam à lumbis per dorſum ad caput procedũt rigores: à capite per lumbos depluunt, quæ ſe in aluum, veſicam, infimoſuè ſe inſinuant artus, vbi etiam feruntur ipſæmet lumbales paſſiones, vt ſæpè experientia cõpertum, & ab Hipp. proditum. Ceterum proruptúrus ad aluum humor aut ſanguineus eſt, aut cęterarum quarumlibet humiditatum gerit naturam. qui talis eſt proruptúrus murmurat; non itidem ſanguineus. nam murmur concertatio eſt humiditatum, & flatuum occurrens in vacua cauita-

te, quæ conditiones ſanguineo ſucco non conueniunt properante per venas diſtentas. Illud præterea conſtat, quod deſcendentes humiditates diu lumbis hærere nequeũt, ſed aut quam celerimè rapiunt, aut procumbunt ocyus effluxionemq; aut abſceſſionem faciunt, quod accidit propter partes decliuitatem, cauitatum nexum, & innaturalem ſuccorum poſitionem. Aſt ſanguinis vbertas ſuis in ampliſſimis vaſis diu illuc hærens, venas contendit, lumboſq; diutinè affligit: ab hac propterea diuturna vexatione tertia quaque die vi febris ingraueſcente expectanda eſt grumoſi ſanguinis deiectio. quippe meſentericæ, lumbaleſq; venę craſſo repletæ ſanguine tunc dolorem pariunt, quando per periodos ingraueſcens febris noxium diffundit, ſtagnãtemq; illuc ſanguinem commouet, æſtuareq; facit. aſt quia nec perpetuus eſt dolor, nec adiuncta febris aſſidua eſt, ideo collectus ſanguis nec ſuppurat, nec ſalubrem hæmorrhagiã parit; reliquum igitur, vt tandem in interanei ſe deponat, & grumoſus exeat, quia craſſus ſuapte conditione è venis eiectus grumeſcit ſtatim.

II.

Lumborum dolores ſanguiflui.

307 EX iam dictis conſtat, cur lumborum dolores ſanguiflui ſint, dũ nempe abeſt murmur, ſed dolent lumbi, quia vaſa ſunt ſanguine diſtenta, quod in febribus factum ſanguinolentam effluxionem promittit; iuuenibus quidem è narium venis, alijs è podice, fæminis peculiariter ex vtero.

III.

Ex lumborum dolore ſanguinis fluxoines largę.

308 QVoniam ampliſſimæ ſunt lumbales venæ, propterea effluxiones inde emanantes ſanguinis largæ ſunt, repentinò nempe occurrentes confertim erumpunt, & deſinunt. quæ enim profluuia diù perſeuerant, licet magnum proferant cumulum, magnæ quidem, at non largæ ſunt, quia non repentino, ac cumulatim, vt de larga pluuia interpretatus eſt Gal. 2. in 1. Epid.

IIII.

Quibus ex lumborum dolore recurſus fit ad caput, & manus torpidæ, & cardialgię, auriumq; ſonitus hęmorrhagię larga, tum alui his profusè erumpunt, & mens turbatur vt plurimum:

309 IN aluum lumborum mala ſalubriter ſe deponunt ea communiſſima ratione, quà vtiles abſceſſiones infra morbum, mortiferæ, vel diſcriminoſæ ſaltem, quæ ſupra. commodiores itidem hæ ſunt, quæ paten-

tentiorem viam reſerant, quam per anguſtos procedentes meatus, licet abſceſſionum rectam ſeruent normam. iſtis ergo de cauſis contingit, vt ſalubriores ſint ſanguinis, ſuccorumue noxioſorum à lumbis dolentibus eiectiones per inferam aluum, quam ſint tum putrilaginoſa tubercula ſeps dicta in cruribus erumpentia, quia laborioſa, & ſanatu difficilia: tum recurſus ad ſuperas, quanquam largam faciat effluxionem è narium venis, quoniam priuſquam is ſe exerat, grauiſſima, ac ſummè timoroſa infert ſymptomata non ſine ancipiti euentu. fit autem recurſus hic tum per venas, tum per arterias: qui per arterias procedit, neceſſariò mentem ſubuertit, anguſtiat cor, & alia conſimilia mala edit. Aſt venæ hunc excipientes recurſum ſunt ſinus, qui ſi Hipp. lib. de oſſ. nat. & de loc. in hom. credimus, ab occipitio per ſpinam & intus & extra feruntur in ſubditos artus, irrigantq; tum dorſum, tum lumbos. hi namq; nullis interſecti valuulis aditum deſcendentibus, ac recurrentibus humoribus præbent. Ceterum qui extrinſecus recurrunt humores ceruicem doloroſæ affligunt, & quandoq; opiſthotonum pariunt. at intrinſecus obrepentes per ceruicem recta ad aures procedunt, ſed prius ventriculi os ſpinæ annexum affligunt, mox à facta ſinuum diſtentione obtorpeſcunt manus, inſonnantq; aures, quæ futuræ hæmorrhagiæ ſunt ſigna, deiectionumuè profuſarum non ſine mentis ſubuerſione. nam ſi multitudo eſt ſanguinis ſua recurſione aggrauans, vtiq; hæmorrhagia expectanda, quoniam ſanguiflui ſunt lumborum dolores, largamq; faciunt effuſionem: ſin autem cætera recrementa curſum in cerebrum flectant, ſi hæc denuò remeauerint, aluum profuſiorem reddunt, vt in ſurditate fieri non ſine vtilitate ſuperius proditum. mens autem in iſtis recurſionibus plerumq; turbatur, ob eam quam ex neceſſitate ſubeunt inæqualitatem ſpiritus, dum nonnihil noxiorum ſe in arterias inſinuat à ſinubus cerebri.

V.

Quæ ex dorſi dolore initia morborum veniunt, ſunt difficilia.

310 PErinde ac ex dorſo orti rigores moleſtiores ſunt, quam à lumbis, ſic difficiliores erunt affectiones, quæ ſui initia ſumunt à dorſi dolore. ſtabilis.n. oportet ſit illa affectio, quæ alios morbos procreat aſt à dorſi ſtabili doloroſa affectione & phlegmones, & dorſaleſue tabes, dorſales naſcuntur pleuritides, quæ & pericula, & ſanationis multã adferũt difficultatẽ, quarum affectionum anteſignana ſunt inditia rigores, ſeu horrores in diem moleſtiores redditi, qui deinceps vrinæ doloroſam interceptionem faciunt, excipianturq; tandem aut hemaptoſa pleuritide, aut laborioſo empyemate, vt omittam illas vertebrarum luxationes quæ deformant homines, eoſq; laborioſè vitiant.

VI.

In lumborum dolore pertinaci, & deiectione plena, à veratro vomere ſpumoſa multa prodeſt.

311 PErtinax eſt illæ dolor, qui non miteſcens congruis auxilijs aſſiduè diuexat, & hoc præſtat contumax humor ſolidis, duriſque partibus inherens, qui quia tenax, & crudus auxilijs non cedit, & naturæ obluctatur operibus. iſtiſq; de cauſis pertinaces euadunt lumborum cruciatus, qui ſubinde plena deiectione non ſoluuntur, ſalutaris alioquin in lumborum paſſionibus à recrementis emanantibus, vt ex ſuperius dictis conſtat. quid ergo faciendum, vt hæreſcens humor ſe diſtrahat ab affecta parte? Equidem phlebotomia non conuenit, quia plena deiectio eam prohibet, dans inditium naturalia viſcera tunc eſſe repleta multis recrementis. nec opportuna eſt alui ſubductio, quia hæc cumulatim profundens dolorem non tollit; purgantia quin etiam in præliquidam aluum immiſſa non imanent, & propterea malũ ab affecta parte non diſtrahunt, ſed benè fluxiones inacuunt, vireſq; peſſundãt. artificioſum ergo ineundum eſt opus, ſuntq; in vſu ea reuocãda auxilia, quæ priuſquam in aluum deſcendant, è longinquis partibus in ventriculum recrementa trahunt, eaq; vomitu deplent, inter quæ principatum obtinent parata ex hellebo-ro vomitum innoxiè excitantia, ſi ſuo adminiſtrentur tempore, & modo iſtiſque auxilijs detrahuntur recrementa lumbis pertinaciter hæreſcentia, non ſine vtilitate, dum quæ vomuntur, multa, & ſpumoſa ſunt. multa inquam, vt plenitudinem totam exonerent: ſpumoſa, vt à longinquis, arctiſq; meatibus prodeant naturam viſcidæ pituitæ redolentia, quia talia ſunt, quæ lumbis pertinaciter adhærent. ſic enim & aluus iam indebitè citata moratur, quia vomitus profuſam aluum ſiccat, compactam ſoluit, vt ſcriptum eſt 1. de Diet.

VII.

Spinę diſtorſionem, & ſpirandi difficultatem, ſanguinis fluxio ſoluit.

312 LVmborum, dorſiuè pertinaces dolores faciunt quandoq; ſpinæ diſtorſionem, quia luxantur vertebræ intus, aut foris, ſupra, aut infra diaphragma. Cęterum luxationes ſupra ſeptum intus vergentes ſpirandi difficultatem faciunt: quæ autem infra contingunt renum, & veſicæ mala inducunt, vt proditum eſt ab Hipp. lib. de Articul. Accidit tamen nonnunquam, vt integra non ſit luxatio, ſed diſtortio quædam ſpinæ ad inſtar conuulſionis, & tunc inſurgit tormentoſus cruciatus, qui niſi

niſi ocyus ſeu rapiat, ſeu congruis miteſcat auxilijs, tandem luxationem edit. procedunt enim à capite per ſanguineos ſinus noxij humores ſeſe obfirmantes in ſpina, qui vt occaſionem inconſpicuæ tabis dant, ſic & inflammant & vertebras diſtorquent, pariuntq; ſubinde difficultatem ſpirandi, quia ſpirationis incommodant inſtrumenta. & hoc potiſſimum accidit, ſi diſtorſio hæc ſit in dorſo, vt in dorſali tabe. ergo quia & plenitudo, & qualitas ſanguinei humoris eſt in cauſa, vt ſic ſpina laboret, conſequens eſt, vt deſiſtat affectio, ſi larga fiat ſanguinis profuſio.

VIII.

In lumborum dolore pergrandi, quę inde veniunt cardialgię ſigna ſunt hęmorrhagia, aut etiam antegreſſę.

313 Lumbi dolent, vt & reliqua membra, vel quia violentum quid eis ſe adiungit, vel quia ab ipſis quid diſtrahitur non ſine violentia. ergo quia lumborum dolores, & magis prægrandes, ſanguiflui ſunt, vtiq; aut anteueniunt hanc effluxionem, aut inſequuntur. ſi anteueniunt huiuſce effluxionis hæmorrhagicæ opinionem faciunt, præſertim ſi os ſtomaci deinceps æſtuoſo laboret cruciatu ſine murmure, vt abſit venturæ diarrheæ ſuſpicio. eritq; hæmorrhagia ſalutaris, ſi debito modo, & tempore facta mala & à lumbis, & à cæteris partibus integrè eliminet: ſin autem hæc perſeuerent, vtiq; damnoſa, quia effectus eſt ſuccorum aliò ſe propagantium, & hac ratione dolores lumborum prægrandes incommodam, ac inopportunam fuiſſe dant inditium antegreſſam hæmorrhagiam: nam dolent lumbi tunc perinde ac in ardentibus faciunt carnes, dum bilioſi ab ipſis eueluntur ichores. hinc cardialgicæ adueniũt paſſiones exceptæ mox prauis egeſtionibus, vt poſt inopportunas hæmorrhagias ſæpè contingere ab Hipp. aliàs proditum.

IX.

Affectiones ex lumbis ad ceruicem, & caput tranſeuntes leuis ſiderationis modo reſoluentes, conuulſorię mentis aberrationes adferunt. nũm tales ſoluuntur conuulſionibus? aut talium alui egrotant per eadem prodeuntia.

314 Oſtenſum iam per quos nam ductus à lumbis dolentibus recurſiones fiant ad caput, hæ autem recurſiones, ni vberem proferant hæmorrhagiam: paraplctico modo conſenſientia membra reſoluunt, dum nempe aut obruunt vaſa ſpiritus defferentia, aut reſoluunt vincula

vincula membra colligantia. Aſt quoniam inconſonum aliquibus viſum membra & reſolui, & conuulſionibus inſimul premi, adnotandum idcirco, quod ſiderationes aut prægrandes, & ſtabiles ſunt, aut leues, & ſolutu faciles. quæ primo modo ſe habent aut citò occidunt, aut diù perdurant ad obitum vſq; citam quidem necem inducunt, dum prorſus intercepti ſunt ductus ſanguinem, & ſpiritus deferentes, ſeu ad loca præcipua, ſeu ab his in vniuerſum corpus: & tunc neruea partes membra colligãtes nullam propiam, ſed ſolum communiſſimam labem experiuntur. imo ſi in hac tam arcta ſideratione aliquod interueniat irritamentum, quod languēſcentia membra quaſſet, vtilitas non leuis accedit, dum ſic diſtractum pondus, liberum deinceps ſinit ſpirituum tranſitum. Quæ autem ſiderationes conſeneſcunt, & occludunt vaſa, & laxant neruea ligamenta, nullus propterea in iſtis interuenire poteſt motus, qui conuulſificus, aut conuulſioni ſimilis ſit, quo ſe diſtrahant intercipientes ſucci. quod autem in ſideratione ſint hęc vaſa ſanguinea occluſa, demonſtrat tabes mẽbris ſideratis occurrens. nam & inalgeſcunt hæc, & tabeſcunt pabulo, ſpirituq; deſtituta, ſi non prorſus non leuiter ſaltem. ridiculum enim eſt dicere, membra voluntario motu deſtituta languēſcere, quia alimentum non trahunt; nam ſuapte vi, ſpirituum impulſione nutrientes ſucci ad membra feruntur, ipſeq; motus voluntarius nutritionem potius auertit, quam adiuuat, quam ſatis compertum ſit, deſides fieri corpulentiores, vt videre eſt in animantibus per hyemen in cauernis degentibus. Quum igitur res ſic in eximijs ſe habeat ſiderationibus, conſtat, quod dum leuiter, & momentaneè ſyderationis modo membra ſoluuntur; poſſunt ſtatim, ac deinceps conuelli, quoniam nec arcta eſt vaſorum occluſio, nec ſic membrorum funes laxantur, vt ſi acceſſerit irritamentum; nequeant membra conuellere. quatiuntur ergo in hac leui ſideratione reſolutæ partes, dum irritamentum occurrit, quod promptum eſt in recurſionibus à lumbis dolentibus, quum humor ſe in caput efferens, mentemque ſubuertens ſtimulis non ſit deſtitutus, & vt ſuapte craſſitie ſiderationis modo membra reſoluit, ſic dum ſpiritus in inſuetum motum adigit, conuulſionibus anſam dat, quibus ſiderationes ſoluuntur, perinde ac faciunt tremoris aphonis ſuperaccedentes. Cœterum firma tunc erit ſperanda ſolutio, quando aluus deijcit, quæ malum inuexerat: nam ſic detrahuntur ea recrementa, quæ inopportunè reptauerant in ſuperas, & hoc conſtat exemplo Mulieris trimeſtri fętu grauidæ, quæ talibus præſſa ſymptomatis conuulſa, ac biliosa deijciens properauit ad iudicationem, quam integram decimaquarta die habuit ope vomitus bilioſorum, & ſudore,

X.

Ex lumborum doloris recurſu oculorum preuerſio, malum.

315 PAlyndromes, quæ expeditum non habent exitum, excipientis partis conſona mala edunt: at quum à lumbis dolentibus recurſiones commodiſſimè ad poſticas cerebri partes vergant, inde eſt, quod niſi hæreant in via, oculorum peruerſionem faciunt, dum muſculos premunt oculo motionem donantes, quanquam autem malæ ſint iſtæ peruerſiones, quia pernicioſam conuulſionem quandoq; denunciant, ad hæmorrhagiam tamen, ſeu ad parotidum eruptionem quandoque faciunt.

XI.

Dolor pectori affixus cum torpore malus. ſuperueniente febre acuta hi pereunt.

316 THoracis anticæ partes à mucronata cartilagine ad clauiculas ſe extendentes pectoris nomine inſignuntur, in quibus facti dolores cum morſu in billioſa aluo, & amaritudine mali ſunt, vt in ſuperioribus dictum. dolor autem is ſuapte natura non eſt acutus, quia ipſe per ſe nec pleuritis, nec peripneumonia, nec phrenitis eſt, quanquam his ſe adiungat ſæpè. naſcitur autem quandoq; ab humoribus ſe à lumbis germinantibus ad has partes, malus propterea præſertim ſi cum torpore: dum nempe adiacentia membra aggrauata obtorpent, vt in Epicharmo, cui humerus dolebat, grauabatur autem, & ſtupebat brachium, vt non rarò in renum, vteri, iſchiæue paſſionibus contingere proditum ab Hipp. & hic pectoris dolor torpori addictus, ſi firmus eſt, nec vomitu, vt in Epicharmo miteſcat, citam necem adfert, dum febrem acutam inuehit, perinde ac faciunt dolores, ac peripneumonici ſiderantes, vt inferius dicturus eſt Hipp.

XII.

Ex dolore lumborum recurſiones ad os ventriculi febriculoſe, horrorem inducentes, ſic affecti remouentes tenuia aquoſa, mente moti, aphoni, nigrorum vomitu facto moriuntur.

317 ET ſtomaco adhærent recurrentes à lumbis dolores, dum nigra bilis per fermentum elata horridam febrem facit, mentem emouet, & obmuteſcentiam inducit. hinc vomitus prius tenuia, & aquoſa à liene euomita exeunt; mox prodeunt nigra ſuapte viſcoſitate vaſis pertinacius hæreſcentia, ac licet melius ex hac vomitione ſe habere putent ægrotantes, decedunt nihilominus paulo poſt, quia ſymptomaticus eſt hic recurſus, qui rependi non poteſt, niſi conſerta ex aluo deiectione; quæ dum ſic atra turget, lethalis & ipſa.

Diu-

XIII.

Diuturni circa lumbos, & ilia dolores, & ad præcordia labores, ſi ægri cibos faſtidient cum febre, his dolor fortis ad caput progreſſus accidit conuulſorio modo.

318 CVncta hæc firma vaſorum ad lumbos ſpectantium atrabilarij humoris repletionem deſignāt, quæ partim per iliacos ramos ſe in inferas propagat, partim ſurſum effertur, vt præcordia labori ꝯsè affligat, & cibi faſtidium faciat, dum nempe morbificis de cauſis innaturalem conditionem contrahit. ergo ſi plenitudo hæc vi febrilis ardoris ad caput vſq; ſe eleuet, membrumque illud forte dolore fatiget, profectò progreſſus iſte germinatione factus necem moliturus eſt conuulſorio modo, perinde ac faciunt doloroſæ progreſſiones à femore, quæ dum mentem emouent, conuulſorio modo rapiunt, vt Lariſſæo Caluo contigiſſe proditum.

XIV.

Quibus lumborum dolor eſt, iꝗ male habent: num his tremores fiunt, & maculę in rigore? num lumbi querulis, anxioſis non vomentibus pauliſper feroces mente aberrantibus nigra proditura eſſe ſperandum?

319 PErinde vt difficiliora ſunt mala, quæ ſua habent initia à dorſi dolore; ſic & quæ à lumbis, quoniam inſignia lumborum vaſa ſeruido ſanguine repleta, ſuccouè alio prauo, & lumbales partes affligunt, & recurſiones periculoſas, ac mortiferas faciunt, vt in ſuperioribus oſtenſum. Cęterum efferueſcentes humores, dum iſtinc per vaſa ſe diffundunt, ſi pondere premant, & irritamento prorritent, membra cum rigore tremere faciunt, indeq; maculæ, ſeu in lumbis, ſeu in reliquis partibus effloreſcunt, ſalutares vtiq; in ſalutaribus; perniciosæ, ac ſummè lethales in peſtiferis. Problematicè autem dictum, quoniam id non niſi magnis accidit febribus, dum lumbi dolent cum tremoribus, & rigore. quemadmodum etiam problematicè, quæ ſequuntur, dicta ſunt, quoniā accidit plerumque vt dictum lumbi queruli ſunt cum anxietudine nec nauſeabunda, nec vomitoria ægri mente aberrantes; nigra tandem deijciant ſumma cum vtilitate. nam & hæc atrabilarij humoris exundātiam deſignant ſuum parantem exitum per infeſtam deiectionem, quam promittunt lumbi queruli, niſi magna viſcerum anxietudo curſum detineat humorum, perinde ergo vt facto nigro vomitu lumbos dolentes decedunt;

Digitized by Google

dunt; ſic è diuerſo ſanantur, qui bilem atram offendentem exonerant per inferam deiectionem, vt faciunt qui grumoſum ſanguinem tandem egerunt, nigra enim prodiitura, inquit, ſperandum, quod nunquam dictum, niſi de illis eiectionibus, ſeu abſceſſionibus, quæ in bonum tēdunt. Habes nunc eam ab Hipp. delineatam affectionem, quam noſtrates febrem malignam vocant, nouum quid, ac inſolens deſignantes, cùm aliud reuera non ſit, quam additamentum quoddam morbis lumbalibus ſuperaccedens tum partis læſæ, tum humoris offendentis conditione ſalubriter, aut perniciosè, vt reliqua ſe habent.

XV.

Lumborum labor cardialgicus cum excretione violenta habet quid conuulſorium. grauis eſt cum criſi rigor.

320 EXcreant violenter hi, qui tractum veluti à vomitu faciunt; quia nempe bilis atra diaphragmati hæret, vt aliàs dictum. aſt quia mala hæc lumborum conſenſione fiunt, dum radix malorum firma illuc eſt, ideo vomitum non faciunt. conſequens ergo eſt, vt quid conuulſorium adferant, conditione inquam partis affectæ, & humoris offendentis, quia atra innaturalis reddita & fermentat, & prorritat.

XVI.

Lumborum dolor nulla incidente cauſa ſæpè impetens, malignę ęgritudinis ſignum.

321 EST malignæ ægritudinis ſignum lumborum dolor, nulla euidenti ex occaſione ſæpè impetens, quia ſymptoma eſt diſſitum à conditione morbi vigentis. nam nec ſpina inflammata eſt, nec lumbi ſtabili aliqua affectione laborant. occurrit ergo præter rationem, ſed nō ſine cauſa, quia à turgentia naſcitur humorum ex abditis erumpentium, & in lumbis paulatinè, ſed frequenter ſe inſinuantium: quia ergo naturalia viſcera ſtabilis aliqua affectione tenentur, laborant quoque lumbi: tranſitq; affectio illa per quam facilè in empyema, dum rigores profert, & maculas cū ſudaciūculis exhibet, quæ ſunt malignæ ægritudinis ſigna.

XVII.

Lumborum dolor cum ſopore anxioſus, malus.

322 DIſſentio præcordiorum cum anxioſo ſopore in cephalalgia facit parotidas erumpere: mala inquam morborum germina, licet

licet quandoque ex euentu vtilitatem adferant. illud ipſum promittunt lumborum dolores cum anxioſo ſopore, niſi faciant largam hæmorrhagiam, ſeu conuulſiones promoueant. malus propterea hic ex lumbis progreſſus, dum ſic premit ſupernas partes, vt ſoporem adferat, licet anxietudini adiunctus ſpem relinquat, vt exin noxius citatus humor tandē ſi non iudicatorium, vtilem ſaltē ſeu excretionem, ſeu abſceſſionē faciat.

XVIII.

Lumborum diſtentio ex muliebrium menſium multitudine ad ſuppurationem tendit. & variè prodeuntes, viſcoſi, graueolentes, ſtrangulatorij menſes ex prædictis ad ſuppurationem tendunt. arbitror autem tales etiam non nihil mente moueri.

323 QVoniam ab eodem cauæ trunco deſcendente prodeunt tum lumbales, tum iliacæ venæ, quæ in fæminis & ad vteros tendunt, & ſe adiungunt mammarijs venis à capite deſcendentibus, mira hinc harum partium naſcitur conſenſio, quæ facit, vt muliebres purgationes vniuerſum corpus depleant, laboretq; vniuerſitas, ſi purgamenta hæc à debitis conditionibus deficiant. nam ſi remorentur hæc, nec alijs repenſentur excretionibus, dum vterorum, ſeu lumborum vaſa diſtēdunt, & aggrauant, ſitum contrahunt; & ſuppuratum concipiunt, perinde ac facit ipſe ſanguinolentus humor ſtagnans alijs in particulis ſua deſtitutus ſirthoe. ſic enim & qui ſani ſunt, ſi frequenter horreant, ex ſanguinis fluxione tabeſcunt, iam dicta de cauſa. aſt qui talem ſuppurationem in vterorum venis concipit, ſuæ malitiei ſigna demonſtrat per effluxionem quandam, quæ diſſonat à natura ſanguinis: quippe non ſola ad id facit anguſtia vaſorum, ſed inſuper craſſities, & viſcoſitas peccat ſuccorum ſtagnantium: & hi dum ardorem concipiunt, recrementa proferunt ab vtero variegata, viſcoſa, graueolentia, & præfocatoria. nam & praua tunc vrget qualitas, & multitudo quādoq; obruit, indeq; mentis naſcuntur ſubuerſiones, quæ non rarò immenſtruatis quoque mulieribus accidunt, vt plenius in propia hac de re tractatione.

XIX.

Quibus lumborum dolor, & lateris ſine euidenti cauſa, icterici fiunt.

324 QVanquam ingruentes iſti latenti de cauſa dolores malignæ ſint affectionis ſoboles, nulla eſt, quæ perſuadeat ratio, vt ægri inde icterici euadant, niſi recurrant, ac deinceps ſe in latus propagent, vt & tenuitatē, & turgentiam ſuccorum bilioſorum offendentium deſignēt. iſtud tamen illis ſæpè contigiſſe compertum, qui lumborum, ac ſtomaci de repente impetiti doloribus mox icterici euadunt, præſertim ſi tunc sāguinis fiat detractio, quæ in iſtis ſic damnoſa, vt protinus mortē accerſat.

SECTIO QVINTADECIMA.

De Hæmorrhagia.

I.

Quæ diebus criticis incidit perfrigeratio eximia ex hæmorrhagia peſſima.

325 QVONIAM lumbales affectiones ſanguifluæ ſunt, opportunè nunc de hæmorrhagia, quo nomine licet ſint omnes ſanguinis effluxiones comprehenſæ quacumque ex parte fiant; propiè tamen de ea, quæ è narium venis adapertis emanat, verificatur. Effundunt autem narium vaſa ſanguinem, aut ſolùm in cerebri ſinubus contentum, aut is etiam, qui ex vniuerſo corpore illuc impetu quodam per arterias, ceruicaleſuè ductus in ſinuum fontem ſe transfert, vt deinceps per anticas arterias ad nares prorumpat, nam tractio, quæ à cerebri fit calore, propiam illius partis inſequitur affectionem, quæ vt calore à ſubditis trahit, ſic contentum vitioſum reddit: effluens proinde non ſolùm is eſt, qui trahitur, ſed & qui illuc continebatur. ergo ſanguis vitioſitatem habens eſt, qui effluit, ſiue vitioſitas ſit ab ipſo cerebro, ſiue à ſanguine ex alijs veniente partibus indempta. Cęterum licet plerumq; ſalutaris ſit hęmorrhagia tempus, & modum ſeruans; timoroſus tamen exitus is, quoniam profluit è reſeratis venis non rarò aut plus, aut minus, quam conueniat. inde mala quamplurima ex hæmorrhagia, defectum aut exundantiam ſanguinis exeuntis inſequentia, inter quæ peſſima eſt inde orta eximia perfrigeratio, criticis potiſſimum facta diebus. duorum quippe alterum denunciant iſtæ perfrigerationes, aut nimium profluxiſſe ſanguinis, vt inde ſpiritibus deſtitutum corpus algeat: aut opprimi adhuc iidem ſpiritus, quia vaſa ſint intercepta. vtrumq; ad perniciem: nam ſi nimium, quam conueniat, profluxit, redintegrationis ſpes vlla manet, vergitq; cerebrum in ſiderationem, de qua Hipp. 2. de morb. quæ autem perfrigerationes naſcuntur ab impedita effluxione, lethales ab Hipp. 1. in 2. Epid. habentur, vt & reliqua iudicatoria criſimis diebus non iudicantia.

E diuerſo

II.

E' diuerſo ſanguinem fluere prauum: vt in liene magno à dexteris, & in hypocondriys ſimiliter.

326 NOn minus funeſtum eſt ab ordinato motu ſanguinis exeuntis, quam ab eius quantitate deſumptum inditium: id enim non natura imperans, ſed ſuccorum facit turgentia diſtrahens naturam ab ordine, & per conſequens à ſuo laudabili munere. ſpectatur autem motionis hæc peruerſio, dum ſanguis non è directo partis affectæ, ſed ex oppoſito fluit. quippe prouidentia naturæ comporatum, vt ſint diſcreta latera, eductuſq; ſanguis ex vna parte niger, & corruptus, ex altera viuidus, & purpureſcens apparet. ſeruat idcirco hanc rectitudinem natura, dum promit noxium, ne malum ad alterum latus ſe transferat. ergo prauæ erunt è diuerſo factæ fluxiones, quia malum tutò non tollunt, ſignumq; præbent, vel turgidos ſuccos eſſe; vel alteram ex oppoſito ſubeſſe paſſionem, quæ dum promit noxium, vitium alterius partis primitus affectæ non tolit, vt latius aliàs.

III.

Sanguinem fundentia, inſuperhorreſcentia thromata maligna. ſic affecti loquentes latenter moriuntur.

327 QVod violenter aliqua ex occaſione partis cõtinuitatem abiungit, ſiue id vulnus, ſiue vlcus, ſiue contuſio, ſiue abſceſſio, aliudue ſimile faciat; throma eſt. ſanguis autem inde emanat, vel quia ruptæ ſunt magnæ venæ, vel quia ſanguis exſudat. rumpuntur, tum à vulnerantibus inſtrumentis, tum à prauitate ſuccorum exundantium, eorundeue copia vaſa diſtendente. Exſudat ſanguis, quia tenuis is eſt, impotenſue eſt continens pars, & hoc quidem tractu temporis contingit, illud verò in partibus recenter diuulſis. Ceterum vaſa aliqua ratione diuulſa, ſi magna ſunt, ſpirituoſumq; continent ſanguinem; vbertatem effundunt cruoris, crudoribuſq; exin inanitæ venæ ſe replentes horrent, vt inoppinatam mortem deinceps adferant, perinde ac accidit ſenibus ſine cruciatu decedentibus propter deficientiam caloris. quanquam enim ſalubertimum ex recenti vulnere ſanguinem vbertim effluere (hac enim de cauſa, qui oculo percuſſus fuerat, & Billus feliciter euaſerunt) videndum tamen, ne debitam quantitatem excedat, quia inde prædicta occurunt mala. Aſt temporis tractu exſudat à thromate eruor, ſi pepaſmum abſit, accedenteſq; ſucci ad corruptellam vergant; tunc enim

cruentus effluit ichor, qui inhorreſcentiam quoq; parit, vt ſuæ malignitatis ſignum det rapiatq; latenter. ſic duos vidimus decedentes, quorum alter ſclopo vulneratus in polpite ex mala adhibita curatione differens obijt facto ex inhorreſcentia, & effluxione cruenti ichoris prognoſtico: alter iam ſeneſcens ex diſrupto in tibijs eryſipelate ſic deceſſit præter ſui opinionem.

IV.

Qui die quinta largè ſanguinem fundunt, ſexta inſuperrigent, ſeptima perfrigeſcunt. & rurſus repente incadent, his alui malè afficiuntur.

328 QVanquam ſeptimam præripiens hemorrhagia minus periculoſa ſit quinta effluens, vt Metonis exemplo conſtat; ſuis tamē & hæc non caret vitijs, alijs non repenſata vtilibus excretionibus: quod autem vitium omne emēdat, eſt ſudoris effuſio ſeptima die vtiliter facta, dum & ſigna ſe exhibent coctionum, & præſignatur ſudoris exitus ſuis criſimis inditijs, quorum vnus eſt rigor, qui ſuo debito tempore, & modo occurrens copioſo exceptus ſudore, morbum totum eliminat, tutamque ſanitatem firmat: aſt ſi tales non perferrat conditiones, facit in præceps ruere ægros, ad interitum quidem, ſi à morbi ſeu acumine, ſeu diuturnitate iam ſint proſtratæ vires: ad malam aliam affectionem, ſi quadantenus hæ conſtent. ergo dum quis die quinta largiter profudit ſanguinem, mox ſexta inſuperriget, ac ſeptima perfrigeratus denuò incaleſcit, in malam ventris incidit affectionem. nam nec integrè diiudicauit hæmorrhagia quinta die facta, nec vtilis fuit rigor ſexta inſuperaccedens, quum non fuerit ſudore exceptus. leuamen attamen habuit febris die ſeptima, dum perfrigerata eſt, ſed non tutum fuit illud leuamen, quia cum acriſia. hinc noua eadem die ſuperaccedens incaleſcentia, paſſionis difficultatem inuexit, quam parit bilioſus humor corruptus viſceribus naturalibus hærens, qui quum nequeat ſe in altis canitatibus inſinuari, vergit tandem ad aluum, dyſentericumq; fluorem conſtituit.

V.

Poſt ſanguinis eruptionem nigrorum per aluum egeſtio mala. mala autem ſunt prærubra, & æruginoſa. quartanarijs tales ſunt hemorrhagiæ, inde comatoſi intereunt nigris prodeuntibus, aluoq; inflata.

329 ATra bilis quartanarium edit circuitum, & hæc ſanguini immixta liberalem potius opta ſudoris exitum quam hæmorrhagiam: ſanguinis enim hæc curſum ſiſtit, & vaſa intercipit, vt aliàs oſten-

oſtenſum. hinc eſt, quod factæ in quartanarijs ſanguinis effluxiones, nullam vtilitatem afferunt, ſed plerumq; aluum malè ſic afficiunt, vt iſtinc ſe exerant recrementa, quæ bilis atræ ſunt affinia. talia ſunt prærubra, & æruginoſa, quæ tandem nigra euadunt. huiuſce autem exundantis humoris effectus eſt coma, & conuulſio nigra cum egeſtione, aluoq; inflata, quæ cuncta in diuturnis quartanis ad exitium properantibus ſæpè cõſpiciuntur rationibus aliàs adductis.

VI.

Poſt ſanguinis eruptiones, & nigrorum egeſtiones in acuto ſurditas, malum. ſanguinis egeſtio his pernicioſa. ſurditas autem ſoluit.

330 POſt ſanguinolentas eruptiones, nigrorumq; ægeſtiones, ſi quid adhuc ſe efferat ſurditatem inducens, nec liberali repenſatum hæmorrhagia, mali quid minatur, quoniam ſurditas furioſum quid habet, raptuſq; talium recrementorum ſoporat ægros non ſine conuulſionibus. nec vtilitas vlla ſperanda, ſi denuò ſanguinolenta ſe egerant, quoniam egeſtio hæc munere non adueniț naturæ, ſed effectus eſt humoris turgẽtis ad perniciem, perinde ac eſt lotium cruẽtum poſt cephalalgicas exolutiones. inde eſt, quod ſi ſurditas denuò accedit, deſiſtit hìc fluor, quoniam viciſſim ſurditas aluum ſiſtit, & aluï deiectio ſurditatem tollit, vt in ſuperioribus enarratum. nũ autem id ſalubriter, aut pernicioſè fiat, oſtendet alia adiuncta mala.

VII.

Quibus hæmorrhagiæ plures, his temporis progreſſu alui malè afficiuntur, ſi non vrina concocta prodierit. nũm & aquoſa vrina tale quid ſignificat?

331 QVoniam coctiones & celeritatem iudicationis, & ſanationis ſecuritatem promittunt; inde eſt, quod periculum malæ vẽtris habitudinis à larga hæmorrhagia imminens euitant illi ægrotantes, qui poſt plures hæmorrhagias lotium concoctum mingunt, quia nempe in ſuo robore adhuc manet virtus, qui ritè aſſumpta cibaria concoquit, facitq; vt perbellè ſucci. membraq; ſe reſtaurent. contrariũ eſt, ſi aquoſa appareat vrina crudorem haud exiguum præſeferens. quæſitum autem nũm tales vrinæ ventris imminentem paſſionem deſignent, quoniam nec neceſſe eſt, vt poſt largas ſanguinis effluxiones tales euadant, nec perpetuam habet veritatem, vt ventris præſignent malam affectionem adfuturam, licet illud in quadam tempeſtate 2. in 1. Epid. deſcripta præſagium fuerit dyſentericarum mox adfuturarum egeſtionum. nam & phreniticis tales occurrunt ad exitium vlla abſque ventris paſſione, vt aliàs dictum.

VIII.

Quibus ex crebra larga hęmorrhagia multa eſt nigrorum deiectio, indeq; ſuppreſſio, hęmorrhoici fiunt ij cum alui dolore, vnà verò cum flatibus facile tolerant. num tales multis frigidis ſudoribus exſudant? conturbata in his vrina praua non eſt; neq; id quod genituræ ſimile in ipſa reſidet: verum plerumq; hi aquoſa mingunt.

332 ET ſi prauum ſit nigra poſt confertam hæmorrhagiam deijci; nihilominus ſi nigra ſe exonerantia multa ſunt, à reliquis inquinamentis quadantenus expiant viſcera, nec recurſionis ad ſuperas manet amplius metus, ſi deinceps aluus ſe ſupprimat, quia pondus noxiorum iam detractum eſt. veruntamen quoniam nigra bilis innaturalis reddita vbiq; infeſta eſt, opportunè propterea alia accedunt ſuæ naturæ, locisue excipientibus conformia. & quoniam nigrorum ſedes eſt tum Lien, tum venæ portæ truncus, propterea ſi hæc iam exundantia recrementa profluere deſiſtant, vtiq; aut procumbent mox per meſentericum truncum in hæmorrhoidas, aut per lienis corpus ſe in arterias euoment. dum tranſeunt ad hęmorrhoidas, ſi feritatã iam depoſuerint, vaſa hæmorrhoidalia ſolummodum diſtendunt ſine cruciatu, aluumque eleuant flatibus mox erumpentibus: ſin autem ſuam adhuc aliqualem feritatem retineãt, tormentosè aluum affligunt, quia diſtendunt, & inflammant vaſa, ſi non profluant vbertim ex his reſeratis. aſt quæ in arterias nigra ſe inſinuant recrementa, ſi aqueam ſuam tenuitatem habuerint, plerumq; frigido ſudore imbuunt membra, vt accidit in quartanis, diuturniſq; febribus: ſin autem nebuloſum quid, tetrumque adhuc detineant, ad vrinarios ductus delata conturbatum lotium reddunt, genituræ quandoq; ſimile quid gerens, quod licet ſuapte natura prauitatem deſignet, vtile nonnunquam euadit, vt in propia de vrinis tractatione palam fiet. nihilominus, ait, plerumque hi aquoſa mingunt, quia talis eſt conditio ſuccorũ melancholicorum, dum ſunt ad ſuam adacti naturam, quorum vbertas iſtis ſe deplet ductibus non ſine commodo, vt ex aliàs dictis conſtat.

IX.

Quibus de naribus inſurditate, & torpore pauca deſtillat, habet quid difficultatis. vomitus his conducit, & alui turbatio.

333 MVltitudo tum ſanguinis, tum inutilium recrementorũ bilioſorum potiſſimum craſſitiem obtinentium facit, vt et ſurdeſcant, & torpeant ægri: toluntur idcirco mala hæc aut larga hæmorrhagia,

gia, aut eiectione opportuna dictorum recrementorum. ergo ſanguinis ſtillationes in iſtis vllam afferunt vtilitatem, tum quia malæ ſuapte natura, tum quia alia ſubſunt recrementa, quæ liberum ſanguinis exitum retardant, & hæc tolli debent vomitu, aut infera deiectione, ſi aliquid de ſalute ſperandum.

X.

Magnę in principijs ſanguinis eruptiones circa refectionem aluos humectant.

334 DVam infida ſit diiudicatio hæmorrhagia edita aliàs dictum eſt. nam ſi parcè profluat, morbum omnino non tollit, ſi cumulatim verò prorumpat, & iudicatorio modo, plerumq; alia iſtinc mala conſurgunt, quæ licet ſint minus prioribus diſcriminoſa, nonnunquam tamen multum negotij exhibent, & hæc ſunt præcipua ventris mala, quę inde naſcuntur, vel quia relicta in viſceribus inquinamenta craſſiora tandem ſe in aluum demittunt, eamq; conſpurcant; vel quia alia noua ſuccreſcunt tum ab ardore adhuc in viſceribus febreſcente, tum à caloris, viriumq; deficientia, vt ex in crudores germinent. & quoniam fluxiones magnæ ſanguinis in principijs erumpentes plerumq; ſunt maracæ, ideoq; aut in viſceribus inquinamenta relinquunt, aut eorundem tonum ſubuertunt, quæ ſunt occaſiones, vt alui mox circa refectionem humeſcant, quoniam inteſtinales venæ tunc aut relicta inquinamenta deponunt, aut deficiunt à debito ſuctionis munere. compertum namq; quod dum facta eſt integra, & tuta diiudicatio per hæmorrhagiam, aluus deinceps pigrat, quoniam vires robuſtæ tunc refectioni auidè ſtudent, ſuguntq; inteſtinales venæ, ſi non vltra modum, auidè ſaltem.

XI.

Fluxiones è naribus largę vi ſuppreſſę quandoq; conuulſionem parant: phlebotomia ſoluit.

335 EFfluit è naribus ſanguis criticè, ſymptomaticè, aut per cõſuetudinẽ. iudicatoria hęmorrhagia aut perfecta, aut imperfecta eſt, perfecta nec adiuuãda, nec ſupprimẽda, ſed totũ opus naturę relinquendum eſt tunc ritè agentis. imperfecta aut rependenda venarum reſeratione, aut lauacris adiuuanda vt in Metone. Symptomatica aut copioſè, aut ſtillatim emanat. ſtillæ nec ſupprimendæ, nec adiuuandæ, ſed cauſis contentionem, & ardorem facientibus obuiam eundum, ſanguinis etiam detractione, ſi id vires, & morbus requirint. multitudo autem ſanguinis

exeuntis ſupprimenda non vi, ſed retractione, & cohibitione, ne ſic indebitè profluat. ſupprimenda inquam, ne à cauſis morbificis facta hæc nimia effuſio latenter rapiat. ſed non vi, ne vitioſus ſanguis præcipua membra inuadens, grauiora excitet mala: adminiſtranda ergo, quæ ſanguinis curſum retrahunt, feruorem attemperant, & tenuem incraſſant ſubſtantiam. vt curſus retrahatur ſunt hæc Hippoc. 3. in 2. Epid. In ſalientibus, inquit, & pulſantibus hæmorrhagijs figura inueniendum, & omnino ſi ex decliui accliue fiat. quibus verbis non ſolùm membrorũ immutandum eſſe figuram docemur, quum id in ſalientibus è magnis venis hæmorrhagijs parum conferat; ſed exiſtimandum velle Hipp. in magnis iſtis hæmorrhagijs ſpectandum eſſe vaſorum poſitum, eorumque ad reliquas partes diſperſiones, vt ſubinde innoteſcat conſenſus ille, qui facit, vt quæ deorſum ſunt, ſurſum trahantur, & quæ ſurſum, deorſum; & hac ratione quod accliue eſt, fit decliue, & quod decliue, accliue. conſenſus autem hìc vaſorum, & mirus in corporibus; ſic ad eius oſtendendam varietatem longam optat enarrationem, quam aliàs data occaſione. hæc ergo vera eſt ſanguinis ſymptomaticè exeuntis ſiſtendi norma, à qua, ſi quis deuiet, vimq; ægro inferat, anſam plerumq; conuulſionibus dabit, quæ mala occurſantia phlebotomia tamen tolluntur, perinde vt hoc auxilij genere tolluntur tremores à ſanguinis prementis vitio enati.

XII.

Vndecima die factę ſanguinis ſtillationes difficiles ſunt, tum aliàs, tum ſi bis ſuperſtillarint, & rurſus ſtillauerint.

336 NEc modum, nec tempus ſeruant ſtillationes vndecima die ſæpè occurrentes. nam quarta quandoq; erumpunt ad deſignãdam largam effluxionem ſeptima die adfuturam, dum lotium inſimul concoctum quid profert. vndecima autem iudicium fert de tertiano circuitu, qui ſolutionẽ recipit à bilioſa eiectione, ſalubriq; ſudóre, effluũtq; ſalubres hæmorrhagiæ ſeptima, nona, aut decimaquarta: nec modum ſeruant, quia frequenter prodeunt. ergo difficile quid deſignant, quia in iam progreſſo morbo vigent adhuc ſanguinis ardor, & venarũ contẽtio.

XIII.

In ſanguinis fluxione multa aut ſingultus, aut conuulſio, malum.

337 A Sanguinis effuſione, nimiauè purgatione, ſi irritamentum abſit; orta conuulſio non perinde lethalis, vt quæ naſcitur à virulenta

ruſenta hellebori facultate, ſeu à vulnere partium neruoſarum, quoniam licet à nimia inanitate conuellantur membra, denuò tamen hæc irrorari poſſint ſubſtantificis alimentis, dum abeſt prauitas,& propterea conuulſio hæc non lethalis, ſed mala, quia periculo non caret. quod ipſum de ſingultu dicendum, dum non à ſingultuoſa febre, ſed à ſola partium ſpiritalium naſcitur inalgeſcentia, quam inuexit nimia ſanguinis effuſio.

XIV.

In his qui decolores vſq; ad ſeptem annos vires recolligunt, & ſpiritus in vijs aceruatus, & terræ concupiſcentia, ſanguinis corruptionem, & exolutionem ſignificat.

338 PVeriles morbi, ait Hipp. 3. Aph. 28. alij intra dies iudicantur quadraginta: nonnulli intra menſes, aut annos ſeptem: alij ad pubertatem vſq; perdurant; quã ſi tranſilierint,inueteraſcere conſueuerunt. agnoſcunt quippe hi internam occaſionem à parentum potiſſimũ vitioſitate ſeminum profectam, quæ viſceribus inlata ocyus, aut ſerius deſiſtit, vt eius ſunt variæ conditiones. Porrò agnoſcitur labes hæc viſceribus inlata tum ex defloreſcente cutis colore, tum ex impedita ſpiratione, tum ex innaturali appetitione aliqua. puſiones etenim, quia habent ſuapte natura & puritatem, & vbertatem ſpirituum, floridè colorantur. ergo ſi hoc ſunt viuido colore deſtituti, deficiunt vtriq; eorum ſpiritus à iam dictis conditionibus. præterea iiſdem de cauſis, pulmonumq; leuitate liberè ſpirant,eorundem deficientia, nimioq; pulmonum pondere anhelant. ac demum quia iucundè, auidèq; eſitant,dum prompta eſt venarum ſuctio, ſuntq; à labie viſcera immunia,ſi in iſtis deficiant operibus ſeu marceſcunt appetitionis carẽtia,ſeu aliena à conſueta cibatione appetunt. ergo qui ſic ad membrorum, viriumq; adauctionem procedunt vſq; ad ſeptem annos, vt & decolores ſint, & ſpiritum habeãt in vijs aceruatum, & terram ad eſum concupiſcant,ſanguinis corruptionem, & exolutionem patiuntur. Exoluitur autem ſanguis,dum non cõtinuus, ſed diuulſus eſt, quia fibris caret, quod etiam abſq; corruptione fieri datum. de decoloratione iam dictum. vna etiam excauſis dilpnææ adaucta eſt euentandi caloris neceſſitas, quam facit appulſus craſſioris ſanguinis ad loca ſpiritalia, quo & exſoluitur circuitus circa cor aſſiduè means, & anguſtiantur inſtrumenta ſpirationis non peræquè expanſa. Accidit quin etiam appetitio praui alimenti Malacia dicta fæminis vtero gerentibus,& puerulis vitioſam habitudinem habentibus, quoniam horum corporum ſanguis & exoluitur, & corrumpitur. nam humor ventriculo

triculo inherens & ſi prauus, hanc, vt ita dicam, inhumanam non committit appetitionem, ſed omnimodam potius à cibis auerſionem facit: qui autem lepram, aut Elephanſiaſim patiuntur, in hanc fœdam non tarò incidunt appetitionem, quia eorum ſanguis vniuerſim & corruptus, & exolutus eſt. amant enim, quæ ſuæ iam factæ temperationi conueniunt, reſpuunt, quæ huic aduerſaria ſunt, perinde vt faciunt hydrophobi aquā timoroſè reſpuentes iam dicta de cauſa.

XV.

In morbis longis paruę comparentes ſanguinis fluxiones, pernicioſæ.

339 OStenſum ſuperiori volumine, quanam de cauſa haud tutæ ſint in diuturnis ſanguinis effuſiones tum parcè, tum cumulatim factæ. nihilominus, quæ vberes ſunt tempore, & modo occurrentes, ſi non tollunt morbum, aleuiant ſaltem. nam Abderitana virgo decima ſeptima multum ſanguinis effudit, habuit iudicationē vigeſima ſeptima: Heropithus etiam quadrageſima largiter ſanguinem eiecit, centeſima vigeſima iudicatur. quæ autem paruæ ſunt ſanguinis effuſiones nūquam bonæ, ſed in diuturnis perniciem deſignant, quoniam tunc imparatam adeſſe arguunt ſuccorum conditionem, quando iam ad ſolutionem tendere deberet morbus, fiuntque ſeu à propagatione noxiorum in partem principem, ſeu à firma cerebri affectione. conualuit nihilominus octuageſima Cleonides, cui trigeſima ſanguis ex vtraq; nare erumpere cæpit erroneo modo, & paulatine ad iudicationem vſque ſed huic ab initio caput dolebat nimia diſtentum ſanguinis repletione, quæ ſe exinaniuit cōtinuitatis iſtis ſtillationibus; dum cætera ſalutem promittebant. ſecus enim in ſideratione cerebri, in qua mortiferæ ſunt iſtæ ſtillationes.

XVI.

Vertigines ab initio, hęmorrhagia ſoluit.

340 DVm aceruatus ſanguis partem capitis anteriorem premit, ac per ſinus inordinatos edit motus, viſionem obtenebrat, ac viſorios ſic interrumpit ſpiritus, vt circumagi obiecta videantur, quia ſic circumaguntur ſpiritus, & hæc eſt cauſa vertiginis, & effigies, quæ initijs morborum edita, vbertatem deſignat prementis ſanguinis inordinatè ad anteriora vergentis. ſoluitur ergo conferta hæmorrhagia.

A' pro-

XVII.

A profluuio narium cum exiguis ſudoribus perfrigeratio, maligna.

341 Effluuio ſanguinis modum excedentia, dum corpus perfrigerat, inſudoroſam mortem inducunt, quia inareſcit, & circuntenditur cutis perfrigerata iam, nam qui ſola algent oppreſſione, exiguis madent ſudoribus, quia tunc ſucci expreſſi per reſerata inconſpicua oſcula exeunt. ergo & qui à ſanguinis profluuio cum exiguis ſudoribus algent, oppreſſionem patiuntur, quia maior fuit ſanguinis in cerebrum, ſpiritaleſq; partes immiſſa quantitas, quam quæ per effluuia emanauit. & hoc ad cacoethiam facit, quia imminent ea mala, quæ ab oppreſſione naſcuntur, quam oppreſſionem facit contumax ſanguinis natura ſua craſſitie hærens.

XVIII.

Sanguinis detractio in perfrigeratione torpida, mala.

342 Monuit Hipp. 4. Acut. faciendam in Aphonijs ſanguinis detractionem, dum ſunt adhuc eleuati ſpiritus, quia tunc ſanguis promptè exit, & ſpiritus detracto pondere reuiueſcunt. contrarium eſt, ſi depr...ſi ſunt ſpiritus. nam nec effluit tunc ſanguis ſua deſtitutus ſirthoe; nec vires conſiſtunt, dum ipſi ſubſident ſpiritus. oportet ergo ad ſanguinis ineundam detractionem, vt is calore tumeſcens expeditam habeat motionem, quia eleuati ſint ſpiritus, quod non eſt in torpida perfrigeratione, etiamſi à copia ſanguinis premente emanauer[it], quia prorſus ſunt obrupti ſpiritus; quocirca mala eſt in hac perf[...] [..]bſtupeſcentia phlebotomia, ſalutaris alioquin, dum obruens ſanguinis multitudo inſimul æſtuat. aſt ſi opprimentes ſucci frigidi ſint & craſſi; tunc auxilij genus hoc mortiferum, quo in ſenſu inferius dicturus eſt, quod in torpida perfrigeratione non ſine febre ſanguinis detractio lædit, deceduntq; inopinanter melius ex hac detractione ſe habere putantes. omittenda igitur omnis phlebotomia in torpida perfrigeratione, & etiam in omni perfrigeratione, quia periculoſa nimis.

XIX.

Quibus aluus ſuppreſſa prorumpit hæmorrhagia, & vnà inſupperigent, aluus Lienterica fit, & prædura, & aſcaridas, aut vtrumq;

343 Caput incaleſcens, & ſe aggrauans aluum ſiſtit, vt opinionem præbeat hæmorrhagiæ, ſalutaris inquam ſi alia non ſe adiungant

gant mala. aſt ſi deinceps ſuperrigeant ægri, aliquid in viſceribus adhuc manſit, quod deinceps ſuæ naturæ conformia mala edit. & quoniam bilis eſt, quæ ſupperrigentiam parit, & quoniam promptè hæc ſe dimittit in aluum, ideo verendum, ne aluus tandem malè afficiatur, vt aliàs oſtēſum. eritq; Lientericus hic fluor cum ventris duritate, ſi flatus exundēt, aut cum aſcaribus, ſi cibaria in corruptionem habeant, aut cum duritate, & aſcaridibus, ſi vtraq; adſit cauſa, vt ſæpe accidit in hydrope ab acuto morbo relicta, de qua plenius ſuo loco.

XX.

Quibus ſtatis temporibus hęmorrhagię ſunt ſiticuloſę, ni ſanguinem effuderint Epileptici pereunt.

344 STatis erumpentes temporibus hæmorrhagiæ ſtatam habent legem, à qua ſi deuient, hinc grauiſſima mala inſurgunt. nam à non proruptis debito tempore menſtrualibus purgamentis ab vtero veniunt morbi, quemadmodũ etiam à ſuppreſſis hæmorrhoidibus inſignia occurrunt pericula. Cęterum dum ſtatis temporibus ſanguinolenti è naribus erumpunt fluores, affectionem patitur cerebrum aut propiam, aut aliunde indemptam, quæ ſtabilis ſit oportet, quia ſtatis temporibus ſuæ vitioſitatis ſigna exhibet, ſuppremæq; partes tunc laborant, quando ſiticuloſus eſt hic fluor, quia ſalſuginoſa pituita exundat, quæ craſſeſcens vaſa oplet, ſanguiniſq; curſum ſupprimit, ſeu tardat, indeq; morbi adueniunt, qui partis læſæ & cauſis lædentibus conſonant. tales ſunt Epileptici inſultus, quorum cauſa eſt inſimul oppreſſio, & irritamentum, quæ cuncta à ſtabili affectione nata, non poſſunt non rapere ægrum, niſi ſuum ad ordinem redeat ſtata ſanguinis effuſio.

XXI.

Ex hęmorrhoidę parum quid apparente vertigines ę borte parapleticum quippiam ominantur: ſoluit phlebotomia, & quicquid ità ſe prodit, aliquid mali denunciat.

345 IN dignoſcendis morbis etiam hæmorrhoidum ſtatum conducit, ait Hipp. 3. in 1. Epid. haud paruam enim venæ iſtæ cum toto corpori affinitatem habent, & propterea hæmorrhoidalis fluor nedum in ſanientibus opem fert, ſed phreniticos ſanat, & menſtrualem ſuppreſſam purgationem rependit, vt in Aphoriſmis proditum, & exemplo Filiæ Acdilis apud Ticomæum extat comprobatum. ſpiritalium quoq; partium

tium vitia fluores iſti auertunt, qui ſi ſupprimantur hydropen, phtiſin, ſcabiemque creant, obitus etiam, & deliria parant 3. vt in 6. Epid. & 6. Aph. 12. ſcriptum, conſtatq; exemplis Alcippi, & Eudemi in Lariſſa. Porrò ad ſui ſalubritatem hic fluor expetit quoq; tempus, & modum. nam ſi ſtillet inutilis, & damnoſus etiam, ſi refluat ad cerebrum vſq; ſine rependente hæmorrhagia. quippe & vertigines edit, & paraplecticum quid ominatur, dum intercipit vaſa quibuſdam inſeruientia particulis, quam tamen ominationem phlebotomia auertit è venis cephalicis, dum vertigines occurrunt, ex hæmorrhoidibus non integrè profundentibus poſt parapleticos inſultus. inferius namq; dicturus, quod hæmorrhoides apoplecticis aduenientes, ſalutares ſunt. addit deinceps Hipp. quod omnes ſanguinis effluxiones ſic aduenientes, vt parum quid promant, malorum quid denunciant, quacunq; nempe ex parte fiant, in quibus propterea ſalutaris erit phlebotomia. ad eandem malitiam faciunt, quæ nõ ſanguinolenta, ſed alterius conditionis ſenſim ex hæmorrhoidibus prodeunt: fiſtuloſum enim quid ominantur.

SECTIO DECIMA SEXTA

De Palpitatione, Tremore, & Conuulſione.

I.

Palpitantes per totum, núm etiam Aphoni moriuntur.

346 OMINOSVM quid membrorum palpitationes portendere non ſine ratione antiquitus proditum, quia palpitant, dum author cunctarum motionum calor inordinatè ſe exagitat. aſt multiplices ſunt caloris inordinatæ motiones. nam & rigor, & horror, & tremor, & conuulſio, & pulſus, & palpitatio ſunt huiuſce caloris innaturalia opera diuidua locorum, graduumq; diuerſitate. etenim dum amarore nimio perculſus ſpirituoſus ſanguis & inalgeſcens ad locos maximè calidos tumultuosè recurrit, rigorem edit, aſt ſi lento curſu licet inordinato properet, quia ſola aciditas vrget, horrorem facit, lenitatis ſolo gradu à rigore diſtinctum. ſed tremunt membra pleriimque ſine frigoris ſenſu, dum grauat pondus non ſine virium noxium abſe expellere nitentium conſtantia. pondus autem premit muſculorum ſeu vaſa ſpiritum illuc deferentia, ſeu eorundem ligamenta membra ipſa colligantia. conuellens autem motus doloroſus, aut indoloroſus eſt. doloroſus

Digitized by Google

roſus occurrit, dum vnà cum mouente calore offenduntur nerueæ illæ partes, quæ motum firmant, & roborant. violenta enim hæ motione diductæ carnoſas diuellunt partes, & exin miſerabilis oboritur cruciatus. aſt indoloroſus conuellens motus à ſola arteriarum naſcitur tractione, dum ſpirituoſus ſanguis aliena virtute offenſus tunicas arteriarum prorritat, eaſq; quadantenus corrugat, vt exin vice pulſantis edant arteriæ motum conuellentem: pulſant namq; quia impulſio fit ſpirituoſi ſanguinis ordinatis legibus, dum nec arteriarum corpora innaturalibus prorritantur ſtimulis, nec abſcinditur eorundem ſpirituum motus. nam ſi obices occurrant tunc ſpiritus ſeſe inconcinnè agitantes, ſurſum ac deorſum per cauum diſcurrunt, motumq; innaturalem vnduoſum ac pulſatiuũ edunt, qui & conuellens eſt, ſi adſint iam dictæ occaſiones, & hi arterijs occurſantes motus ſola ſeiunguntur cauſarum conditione. nam ſi humiditates obuient, quę non multum ſpirituum curſum tardent, vnduoſus motus fit, perinde vt in aquis vento ſeſe impellentibus. ſi quod autem curſum tardat, maiorem corpulentiam habet, ſiue obſtruat, ſiue premat, palpitantem motum inducit, vt in phlegmonibus ad ſuppurationem tendentibus. conuulſiuus demum motus prauam agnoſcit obuiantem virtutem, quæ non ſolum extenſum motum corrumpit, ſed eum vndiq; deprauat. cœterum vt in arterijs, ſic & in alijs cauitatibus viſcerum, & muſculorum palpitationes occurrunt, dum flatus illuc concluſi, ac ardore inacceſſi exitum quærentes pulſant hinc inde cauitatum parietes, pulſatilemq; motũ edunt, qui ſuapte natura indoloroſus eſt, quia ipſas ſentientes partes non diſtrahit violenter, perinde ac facit conuellens arteriarum. Ergo quia & arteriæ, & carnium cauitates palpitant, occurruntq; palpitationes aut vni membro, aut vniuerſaliter toti corpori, quæ particulares ſunt non minus ab ipſis cauitatibus, quam ab arterijs emanant. Aſt quæ vniuerſales ſunt, vtiq; ab arterijs ſeſe inconcinnè agitantibus obueniunt, quia nequit in omnibus peræquè membris apta contineri materia quæ vndiq; ab eadem efficienti cauſa in eundem motum impellatur: at ſi magna, & prope fontem iacentia vaſa aptum ad id contineant humorem, ſeu vaporem, iſtinc vniuerſim palpitant membra, perinde ac meticuloſis accidit ſola cordis immutatione. quum igitur res ita ſe habeat, ratio inde innoreſcit cur palpitantes per totum aphoni plerumq; intereant. nam dum magna propè cor iacentia vaſa palpitant, adſunt vtiq; atrabilaria recrementa, quæ vt palpitationem edunt, dum adhuc in motu ſunt; ſic ſi deinceps hæc hæreant, obmuteſcentiam pariunt, vt ex alias dictis conſtat.

Tre-

II.

Tremores conuulſorij fientes in ſudoribus reuerti ſolent: indicatio his fit, vbi ſuperriguerint. ſuperrigent autem ij ardore circa ventrem prouocati. ſomnus multus in his conuulſorius, grauitaſque frontis, & mictio difficilis.

347 VT fiat conuulſorius tremor duplex interuenit cauſa. vna eſt ſarcina premens motui dicata inſtrumenta: altera eſt irritamentum ſolis arterijs occurrens, dum indoloroſa eſt conuulſio, qualis eſt, quæ cum tremore. nam permanes contractio doloroſa, prorſus eſt à tremoris effigie diuerſa: quoties autẽ arteriæ conuelluntur, temere poſſunt reliquæ motui inſeruiẽtes partes pődere preſſæ. ſic ergo conuulſorij fiunt tremores, qui in ſudoribus facti ea ratione reuerti ſolent, quia vbertas, & prauitas adeſt ſuccorum ſe exerere tentantium, quæ cunctæ vnicò excreto ſudore haud ſolui poſſent, ſed ſi ab arterijs dempta ſit ea excretione prauitas, remanet adhuc ſi non totum, maiori ſaltem ex parte, pondus aggrauans, quod ſe excutit tandem altera opportuna ſudoris excretione rigore præſignata. ſicq; conuulſorij tremores in ſudoribus fiẽtes & redeunt, & ſoluuntur à ſupperrigentia, perinde ac faciunt obmuteſcentiæ rigore editæ ſolutionem habentes à rigore, & tremore ſuperaccedente. ſuperrigent autem ægri, inquit Hipp. ardore circa ventrem prouocati. nam quum rigorifici humores ſuam præcipuam in ventrem ſedem habeant, non poſſunt ſe in arterias intrudi, niſi ardore aliquo prouocentur, vt ſic arteriæ binoſas ichoroſitates ebibant, quibus obrigent ad noxij mox excluſionem, ſi ad id paratæ ſint vires, nec reluctantia obſtet ſuccorum. nam ſi hæ interueniant occaſiones, accidantque loco ſperabilis ſudoris & ſomnus multus, & frontis grauitas, & mictio ſtrangurioſa, timendum vtiq; ne ſtabiles conuulſiones adueniant, ſeu exſurgant parotides, quæ in hoc rerum ſtatu plerumq; lethales ſunt.

III.

In hyſtericis paſſionibus antea non expertę conuulſiones faciles.

348 IAm mira, & ſic quandoq; portentoſa ſunt ſymptomata ab vterò in fœminis manantia, vt eruditiores etiam Numen in his agnoſcant. quippe hæ ceu oeſtro percitæ momentò fatidicas voces proferunt, geſtus inconcinnos edunt, mox corruunt ſic ſenſibus deſtitutæ, vt earum vita vnà cum Numine euolaſſe dixeris. ſunt tamen hi, vt ſapientiores medici decreuère, motus ab vtero vteri emanantes, dum ceu ferinũ animal

SECTIO QVINTADECIMA.

De Hæmorrhagia.

I.

Quæ diebus criticis incidit perfrigeratio eximia ex hæmorrhagia peſſima.

325 QVONIAM lumbales affectiones ſanguifluæ ſunt, opportunè nunc de hæmorrhagia, quo nomine licet ſint omnes ſanguinis effluxiones comprehenſæ quacumque ex parte fiant; propiè tamen de ea, quæ è narium venis adapertis emanat, verificatur. Effundunt autem narium vaſa ſanguinem, aut ſolùm in cerebri ſinubus contentum, aut is etiam, qui ex vniuerſo corpore illuc impetu quodam per arterias, ceruicaleſuè ductus in ſinuum fontem ſe transfert, vt deinceps per anticas arterias ad nares prorumpat, nam tractio, quæ à cerebri fit calore, propiam illius partis inſequitur affectionem, quæ vt calore à ſubditis trahit, ſic contentum vitioſum reddit: effluens proinde non ſolùm is eſt, qui trahitur, ſed & qui illuc continebatur, ergo ſanguis vitioſitatem habens eſt, qui effluit, ſiue vitioſitas ſit ab ipſo cerebro, ſiue à ſanguine ex alijs veniente partibus indempta. Ceterum licet plerumq; ſalutaris ſit hęmorrhagia tempus, & modum ſeruans; timoroſus tamen exitus is, quoniam profluit è reſeratis venis non raro aut plus, aut minus, quam conueniat. inde mala quamplurima ex hæmorrhagia, defectum aut exundantiam ſanguinis exeuntis inſequentia, inter quæ peſſima eſt inde orta eximia perfrigeratio, criticis potiſſimum facta diebus. duorum quippe alterum denunciant iſtæ perfrigerationes, aut nimium profluxiſſe ſanguinis, vt inde ſpiritibus deſtitutum corpus algeat: aut opprimi adhuc ijdem ſpiritus, quia vaſa ſint intercepta. vtrumq; ad perniciem: nam ſi nimium, quam conueniat, profluxit, redintegrationis ſpes vlla manet, vergitq; cerebrum in ſiderationem, de qua Hipp. 2. de morb. quæ autem perfrigerationes naſcuntur ab impedita effluxione, lethales ab Hipp. 1. in 2. Epid. habentur, vt & reliqua iudicatoria criſimis diebus non iudicantia.

E diuerſo

Digitized by Google

II.

E' diuerſo ſanguinem fluere prauum: vt in liene magno à dexteris, & in hypocondrÿs ſimiliter.

326 NOn minus funeſtum eſt ab ordinato motu ſanguinis exeuntis, quam ab eius quantitate deſumptum inditium: id enim non natura imperans, ſed ſuccorum facit turgentia diſtrahens naturam ab ordine, & pet conſequens à ſuo laudabili munere. ſpectatur autem motionis hæc peruerſio, dum ſanguis non è directo partis affectæ, ſed ex oppoſito fluit. quippe prouidentia naturæ comporatum, vt ſint diſcreta latera, eductuſq; ſanguis ex vna parte niger, & cottuptus, ex altera viuidus, & purpureſcens apparet. ſeruat idcirco hanc rectitudinem natura, dum promit noxium, ne malum ad alterum latus ſe transfetat. ergò prauæ erunt è diuerſo factæ fluxiones, quia malum tutò non tollunt, ſignũq; præbent, vel turgidos ſuccos eſſe; vel alteram ex oppoſito ſubeſſe paſſionem, quæ dum promit noxium, vitium alterius partis primitus affectæ non tolit, vt latius aliàs.

III.

Sanguinem fundentia, inſuperhorreſcentia thromata maligna. ſic affecti loquentes latenter moriuntur.

327 QVod violenter aliqua ex occaſione partis cõtinuitatem abiungit, ſiue id vulnus, ſiue vlcus, ſiue contuſio, ſiue abſceſſio, aliudue ſimile faciat; thtoma eſt. ſanguis autem inde emanat, vel quia ruptæ ſunt magnæ venæ, vel quia ſanguis exſudat. rumpuntur, tum à vulnerantibus inſtrumentis, tum à prauitate ſuccorum exundantium, eorundeue copia vaſa diſtendente. Exſudat ſanguis, quia tenuis is eſt, impotenſue eſt continens pars, & hoc quidem tractu temporis contingit, illud verò in partibus recenter diuulſis. Cęterum vaſa aliqua ratione diuulſa, ſi magna ſunt, ſpirituoſumq; continent ſanguinem; vbertatem effundunt cruoris, crudoribuſq; exin inanitæ venæ ſe replentes horrent, vt inoppinatam mortem deinceps adferant, perinde ac accidit ſenibus ſine cruciatu decedentibus propter deficientiam caloris. quanquam enim ſalubertimum ex recenti vulnere ſanguinem vbertim effluere (hac enim de cauſa, qui oculo percuſſus fuerat, & Billus feliciter euaſerunt) videndum tamen, ne debitam quantitatem excedat, quia inde prædicta occurunt mala. Aſt temporis tractu exſudat à thromate cruor, ſi pepaſmum abſit, accedenteſq; ſucci ad corruptellam vergant; tunc enim

cruentus effluit ichor, qui inhorreſcentiam quoq; parit, vt ſuæ malignitatis ſignum det rapiatq; latenter. ſic duos vidimus decedentes, quorum alter ſclopo vulneratus in polpite ex mala adhibita curatione differens obijt facto ex inhorreſcentia, & effluxione cruenti ichoris prognoſtico: alter iam ſeneſcens ex diſrupto in tibijs eryſipelate ſic deceſſit, præter ſui opinionem.

IV.

Qui die quinta largè ſanguinem fundunt, ſexta inſuperrigent, ſeptima perfrigeſcunt. & rurſus repente incadent, his alui malè afficiuntur.

328 QVanquam ſeptimam præripiens hemorrhagia minus periculoſa fit quinta effluens, vt Metonis exemplo conſtat; ſuis tamē & hæc non caret vitijs, alijs non repenſata vtilibus excretionibus. quod autem vitium omne emēdat, eſt ſudoris effuſio ſeptima die vtiliter facta, dum & ſigna ſe exhibent coctionum, & præſignatur ſudoris exitus ſuis criſimis inditijs, quorum vnus eſt rigor, qui ſuo debito tempore, & modo occurrens copioſo exceptus ſudore, morbum totum eliminat, tutamque ſanitatem firmat: aſt ſi tales non perferrat conditiones, facit in præceps ruere ægros, ad interitum quidem, ſi à morbi ſeu acumine, ſeu diuturnitate iam ſint proſtratæ vires: ad malam aliam affectionem, ſi quadantenus hæ conſtent. ergo dum quis die quinta largiter profudit ſanguinem, mox ſexta inſuperriget, ac ſeptima perfrigeratus denuò incaleſcit, in malam ventris incidit affectionem. nam nec integrè diiudicauit hæmorrhagia quinta die facta, nec vtilis fuit rigor ſexta inſuperaccedens, quum non fuerit ſudore exceptus. leuamen attamen habuit febris die ſeptima, dum perfrigerata eſt, ſed non tutum fuit illud leuamen, quia cum acriſia. hinc noua eadem die ſuperaccedens incaleſcentia, paſſionis difficultatem inuexit, quam parit bilioſus humor corruptus viſceribus naturalibus hærens, qui quum nequeat ſe in altis cauitatibus inſinuari, vergit tandem ad aluum, dyſentericumq; fluorem conſtituit.

V.

Poſt ſanguinis eruptionem nigrorum per aluum egeſtio mala. mala autem ſunt prærubra, & æruginoſa. quartanarijs tales ſunt hæmorrhagiæ, inde comatoſi intereunt nigris prodeuntibus, alnoq; inflata.

329 ATra bilis quartanarium edit circuitum, & hæc ſanguini immixta liberaliſ m potius opta ſudoris exitum quam hæmorrhagiam: ſanguinis enim hæc curſum ſiſtit, & vaſa intercipit, vt aliàs

oſten-

oſtenſum. hinc eſt, quod factæ in quartanarijs ſanguinis effluxiones, nullam vtilitatem afferunt, ſed plerumq; aluum malè ſic afficiunt, vt iſtinc ſe exerant recrementa, quæ bilis atræ ſunt affinia. talia ſunt prærubra, & æruginoſa, quæ tandem nigra euadunt, huiuſce autem exundantis humoris effectus eſt coma, & conuulſio nigra cum egeſtione, aluoq; inflata, quæ cuncta in diuturnis quartanis ad exitium properantibus ſæpè cōſpiciuntur rationibus aliàs adductis.

VI.

Poſt ſanguinis eruptiones, & nigrorum egeſtiones in acuto ſurditas, malum. ſanguinis egeſtio his pernicioſa. ſurditas autem ſoluit.

330 POſt ſanguinolentas eruptiones, nigrorumq; ægeſtiones, ſi quid adhuc ſe efferat ſurditatem inducens, nec liberali repenſatum hæmorrhagia, mali quid minatur, quoniam ſurditas furioſum quid habet, raptuſq; talium recrementorum ſoporat ægros non ſine conuulſionibus, nec vtilitas vlla ſperanda, ſi denuò ſanguinolenta ſe egerant, quoniam egeſtio hæc munere non aduenit naturæ, ſed effectus eſt humoris turgētis ad perniciem, perinde ac eſt lotium cruentum poſt cephalalgicas exolutiones. inde eſt, quod ſi ſurditas denuò accedit, deſiſtit hic fluor, quoniam viciſſim ſurditas aluum ſiſtit, & aluī deiectio ſurditatem tollit, vt in ſuperioribus enarratum. num autem id ſalubriter, aut perniciosè fiat, oſtendet alia adiuncta mala.

VII.

Quibus hæmorrhagiæ plures, his temporis progreſſu alui malè afficiuntur, ſi non vrina concocta prodierit. num & aquoſa vrina tale quid ſignificat?

331 QVoniam coctiones & celeritatem iudicationis, & ſanationis ſecuritatem promittunt; inde eſt, quod periculum malæ vētris habitudinis à larga hæmorrhagia imminens euitant illi ægrotantes, qui poſt plures hæmorrhagias lotium concoctum mingunt, quia nempe in ſuo robore adhuc manet virtus, qui ritè aſſumpta cibaria concoquit, facitq; vt perbellè ſucci. membraq; ſe reſtaurent. contrariū eſt, ſi aquoſa appareat vrina crudorem haud exiguum præſeferens. quæſitum autem num tales vrinæ ventris imminentem paſſionem deſignent, quoniam nec neceſſe eſt, vt poſt largas ſanguinis effluxiones tales euadant, nec perpetuam habet veritatem, vt ventris præſignent malam affectionem adfuturam, licet illud in quadam tempeſtate 2. in 1. Epid. deſcripta præſagium fuerit dyſentericarum mox adfuturarum egeſtionum. nam & phreniticis tales occurrunt ad exitium vlla abſque ventris paſſione, vt aliàs dictum.

VIII.

Quibus ex crebrà larga hæmorrhagia multa eſt nigrorum deiectio, indeq; ſuppreſſio, hæmorrhoici fiunt & cum alui dolore, unà verò cum flatibus facilè tolerant. num tales multis frigidis ſudoribus exſudant? conturbata in his vrina praua non eſt; neq; id quod geniture ſimile in ipſa reſidet: verùm plerumq; hi aquoſa mingunt.

332 ET ſi prauum ſit nigra poſt confertam hæmorrhagiam deijci; nihilominus ſi nigra ſe exonerantia multa ſunt, à relictis inquinamentis quadantenus expiant viſcera, nec recurſionis ad ſuperas manet amplius metus, ſi deinceps aluus ſe ſupprimat, quia pondus noxiorum iam detractum eſt. veruntamen quoniam nigra bilis innaturalis reddita vbiq; infeſta eſt, opportunè propterea alia accedunt ſuæ naturæ, locisue excipientibus conformia. & quoniam nigrorum ſedes eſt tum Lien, tum venæ portæ truncus, propterea ſi hæc iam exundantia recrementa profluere deſiſtant, vtiq; aut procumbent mox per meſentericum truncum in hæmorrhoidas, aut per lienis corpus ſe in arterias euoment. dum tranſeunt ad hemorrhoidas, ſi feritatē iam depoſuerint, vaſa hæmorrhoidalia ſolummodum diſtendunt ſine cruciatu, aluumque eleuant flatibus mox erumpentibus: ſin autem ſuam adhuc aliqualem feritatem retineat, tormentosè aluum affligunt, quia diſtendunt, & inflammant vaſa, ſi non profluant vbertim ex his reſeratis, aſt quæ in arterias nigra ſe inſinuant recrementa, ſi aqueam ſuam tenuitatem habuerint, plerumq; frigido ſudore imbuunt membra, vt accidit in quartanis, diuturniſq; febribus: ſin autem nebuloſum quid, tetrumque adhuc detineant, ad vrinarios ductus delata conturbatum lotium reddunt, genituræ quandoq; ſimile quid gerens, quod licet ſuapte natura prauitatem deſignet, vtile nonnunquam euadit, vt in propia de vrinis tractatione palam fiet. nihilominus, ait, plerumque hi aquoſa mingunt, quia talis eſt conditio ſuccorum melancholicorum, dum ſunt ad ſuam adacti naturam, quorum vbertas illis ſe deplet ductibus non ſine commodo, vt ex aliàs dictis conſtat.

IX.

Quibus de naribus inſurditate, & torpore pauca deſtillat, habet quid difficultatis. vomitus his conducit, & alui turbatio.

333 MVltitudo tum ſanguinis, tum inutilium recrementorū bilioſorum potiſſimum craſſitiem obtinentium facit, vt et ſurdeſcant, & torpeant ægri: toluntur idcirco mala hæc aut larga hæmorrhagia,

gia, aut eiectione opportuna dictorum recrementorum. ergo ſanguinis ſtillationes in iſtis vllam afferunt vtilitatem, tum quia malæ ſuapte natura, tum quia alia ſubſunt recrementa, quæ liberum ſanguinis exitum retardant, & hæc tolli debent vomitu, aut infera deiectione, ſi aliquid de ſalute ſperandum.

X.

Magnę in principijs ſanguinis eruptiones circa refectionem aluos humectant.

334 DVam infida ſit diiudicatio hæmorrhagia edita aliàs dictum. nam ſi parce profluat, morbum omnino non tollit, ſi cumulatim verò prorumpat, & ſi iudicatorio modo, plerumq; alia iſtinc mala conſurgunt, quæ licet ſint minus prioribus diſcriminoſa, nonnunquam tamen multum negotij exhibent, & hæc ſunt præcipua ventris mala, quę inde naſcuntur, vel quia relicta in viſceribus inquinamenta craſſiora tandem ſe in aluum demittunt, eamq; conſpurcant; vel quia alia noua ſuccreſcunt tum ab ardore adhuc in viſceribus febreſcente, tum à caloris, viriumq; deficientia, vt ex in crudores germinent. & quoniam fluxiones magnæ ſanguinis in principijs erumpentes plerumq; ſunt maracæ, ideoq; aut in viſceribus inquinamenta relinquunt, aut eorundem tonum ſubuertunt, quæ ſunt occaſiones, vt alui mox circa refectionem humeſcant, quoniam inteſtinales venæ tunc aut relicta inquinamenta deponunt, aut deficiunt à debito ſuctionis munere. compertum namq; quod dum facta eſt integra, & tuta diiudicatio per hæmorrhagiam, aluus deinceps pigrat, quoniam vires robuſtæ tunc refectioni auidè ſtudent, ſuguntq; inteſtinales venæ, ſi non vltra modum, auidè ſaltem.

XI.

Fluxiones è naribus largę vi ſuppreſſę quandoq; conuulſionem parant; phlebotomia ſoluit.

335 Effluit è naribus ſanguis criticè, ſymptomaticè, aut per cõſuetudinẽ. iudicatoria hęmorrhagia aut perfecta, aut imperfecta eſt, perfecta nec adiuuãda, nec ſupprimẽda, ſed totũ opus naturę relinquendum eſt tunc ritè agentis. imperfecta aut rependenda venarum reſeratione, aut lauacris adiuuanda vt in Metone. Symptomatica aut copioſè, aut ſtillatim emanat. ſtillæ nec ſupprimendæ, nec adiuuandæ, ſed cauſis contentionem, & ardorem facientibus obuiam eundum, ſanguinis etiam detractione, ſi id vires, & morbus requirant. multitudo autem ſanguinis

exeuntis ſupprimenda non vi, ſed retractione, & cohibitione, ne ſic indebitè profluat. ſupprimenda inquam, ne à cauſis morbificis facta hæc nimia effuſio latenter rapiat. ſed non vi, ne vitioſus ſanguis præcipua membra inuadens, grauiora excitet mala: adminiſtranda ergo, quæ ſanguinis curſum retrahunt, feruorem attemperant, & tenuem incraſſant ſubſtantiam. vt curſus retrahatur ſunt hæc Hippoc. 3. in 2. Epid. In ſalientibus, inquit, & pulſantibus hæmorrhagijs figura inueniendum, & omnino ſi ex decliui accliue fiat. quibus verbis non ſolùm membrorũ immutandum eſſe figuram docemur, quum id in ſalientibus è magnis venis hæmorrhagijs parum conferat; ſed exiſtimandum velle Hipp. in magnis iſtis hæmorrhagijs ſpectandum eſſe vaſorum poſitum, eorumque ad reliquas partes diſperſiones, vt ſubinde innoteſcat conſenſus ille, qui facit, vt quæ deorſum ſunt, ſurſum trahantur, & quæ ſurſum, deorſum; & hac ratione quod accliue eſt, fit decliue, & quod decliue, accliue. conſenſus autem hìc vaſorum, & mirus in corporibus; ſic ad eius oſtendendam varietatem longam optat enarrationem, quam aliàs data occaſione. hæc ergo vera eſt ſanguinis ſymptomaticè exeuntis ſiſtendi norma, à qua, ſi quis deuiet, vimq; ægro inferat, anſam plerumq; conuulſionibus dabit, quæ mala occurſantia phlebotomia tamen tolluntur, perinde vt hoc auxilij genere tolluntur tremores à ſanguinis prementis vitio enati.

XII.

Vndecima die factæ ſanguinis ſtillationes difficiles ſunt, tum aliàs, tum ſi bis ſuperſtillarint, & rurſus ſtillauerint.

336 NEc modum, nec tempus ſeruant ſtillationes vndecima die ſæpè occurrentes. nam quarta quandoq; erumpunt ad deſignãdam largam effluxionem ſeptima die adſuturam, dum lotium inſimul concoctum quid profert. vndecima autem iudicium fert de tertiano circuitu, qui ſolutionẽ recipit à biilioſa eiectione, ſalubriq; ſudòre, effluũtq; ſalubres hæmorrhagiæ ſeptima, nona, aut decimaquarta: nec modum ſeruant, quia frequenter prodeunt. ergo difficile quid deſignant, quia in iam progreſſo morbo vigent adhuc ſanguinis ardor, & venarũ contẽtio.

XIII.

In ſanguinis fluxione multa aut ſingultus, aut conuulſio, malum.

337 A Sanguinis effuſione, nimiauè purgatione, ſi irritamentum abſit; orta conuulſio non perinde lethalis, vt quæ naſcitur à virulenta

ſulenta hellebori facultate, ſeu à vulnere partium neruoſarum, quoniam licet à nimia inanitate conuellantur membra, denuò tamen hæc irrorari poſſint ſubſtantificis alimentis, dum abeſt prauitas,& propterea conuulſio hæc non lethalis, ſed mala, quia periculo non caret. quod ipſum de ſingultu dicendum, dum non à ſingultuoſa febre, ſed à ſola partium ſpiritalium naſcitur inalgeſcentia, quam inuexit nimia ſanguinis effuſio.

XIV.

In his qui decolores vſq; ad ſeptem annos vires recolligunt, & ſpiritus in vijs acceruatus, & terræ concupiſcentia, ſanguinis corruptionem, & exolutionem ſignificat.

338 PVeriles morbi, ait Hipp. 3. Aph. 28. alij intra dies iudicantur quadraginta: nonnulli intra menſes, aut annos ſeptem: alij ad pubertatem vſq; perdurant; quā ſi tranſilierint, inueteraſcere conſueuerunt. agnoſcunt quippe hi internam occaſionem à parentum potiſſimū vitioſitate ſeminum profectam, quæ viſceribus inlata ocyus, aut ſerius deſiſtit, vt eius ſunt variæ conditiones. Porrò agnoſcitur labes hæc viſceribus inlata tum ex defloreſcente cutis colore, tum ex impedita ſpiratione, tum ex innaturali appetitione aliqua. puſiones etenim, quia habent ſuapte natura & puritatem, & vbertatem ſpirituum, floridè colorantur. ergo ſi hoc ſunt viuido colore deſtituti, deficiunt vtriq; eorum ſpiritus à iam dictis conditionibus. præterea iiſdem de cauſis, pulmonumq; leuitate liberè ſpirant, eorundem deficientia, nimioq; pulmonum pondere anhelant. ac demum quia iucundè, auidèq; eſitant, dum prompta eſt venarum ſuctio, ſuntq; à labie viſcera immunia, ſi in iſtis deficiant operibus ſeu marceſcunt appetitionis carētia, ſeu aliena à conſueta cibatione appetunt. ergo qui ſic ad membrorum, viriumq; adauctionem procedunt vſq; ad ſeptem annos, vt & decolores ſint, & ſpiritum habeāt in vijs aceruatum, & terram ad eſum concupiſcant, ſanguinis corruptionem, & exolutionem patiuntur. Exoluitur autem ſanguis, dum non cōtinuus, ſed diuulſus eſt, quia fibris caret, quod etiam abſq; corruptione fieri datum. de decoloratione iam dictum. vna etiam ex cauſis diſpnææ adaucta eſt euentandi caloris neceſſitas, quam facit appulſus craſſioris ſanguinis ad loca ſpiritalia, quo & exſoluitur circuitus circa cor aſſiduè means, & anguſtiantur inſtrumenta ſpirationis non peræquè expanſa. Accidit quin etiam appetitio praui alimenti Malacia dicta fæminis vtero gerentibus, & puerulis vitioſam habitudinem habentibus, quoniam horum corporum ſanguis & exoluitur, & corrumpitur. nam humor ventriculo

triculo inherens &ſi prauus, hanc, vt ita dicam, inhumanam non committit appetitionem, ſed omnimodam potius à cibis auerſionem facit: qui autem lepram, aut Elephanſiaſim patiuntur, in hanc fædam non tamen incidunt appetitionem, quia eorum ſanguis vniuerſim & corruptus, & exolutus eſt. amant enim, quæ ſuæ iam factæ temperationi conueniunt, reſpuunt, quæ huic aduerſaria ſunt, perinde vt faciunt hydrophobi aquã timoroſè reſpuentes iam dicta de cauſa.

XV.

In morbis longis paruę comparentes ſanguinis fluxiones, pernicioſæ.

339 OStenſum ſuperiori volumine, quanam de cauſa haud tutæ ſint in diuturnis ſanguinis effuſiones tum parcè, tum cumulatim factæ. nihilominus, quæ vberes ſunt tempore, & modo occurrentes, ſi non tollunt morbum, aleuiant ſaltem. nam Abderitana virgo decima-ſeptima multum ſanguinis effudit, habuit iudicationẽ vigeſima ſeptima: Heropithus etiam quadrageſima largiter ſanguinem eiecit, centeſima-vigeſima iudicatur. quæ autem paruæ ſunt ſanguinis effuſiones nũquam bonæ, ſed in diuturnis perniciem deſignant, quoniam tunc imparatam adeſſe arguunt ſuccorum conditionem, quando iam ad ſolutionem tendere deberet morbus, fiuntque ſeu à propagatione noxiorum in partem principem, ſeu à firma cerebri affectione. conualuit nihilominus octuageſima Cleonides, cui trigeſima ſanguis ex vtraq; nare erumpere cæpit erroneo modo, & paulatim ad iudicationem vſque ſed huic ab initio caput dolebat nimia diſtentum ſanguinis repletione, quæ ſe exinaniuit cõtinuitatis iſtis ſtillationibus; dum cætera ſalutem promittebant. ſecus enim in ſideratione cerebri, in qua mortiferæ ſunt iſtæ ſtillationes.

XVI.

Vertigines ab initio, hæmorrhagia ſoluit.

340 DVm aceruatus ſanguis partem capitis anteriorem premit, ac per ſinus inordinatos edit motus, viſionem obtenebrat, ac viſorios ſic interrumpit ſpiritus, vt circumagi obiecta videantur, quia ſic circumaguntur ſpiritus, & hæc eſt cauſa vertiginis, & effigies, quæ initijs morborum edita, vbertatem deſignat prementis ſanguinis inordinatè ad anteriora vergentis. ſoluitur ergo conferta hæmorrhagia.

A' pro-

XVII.

A' profluuio narium cum exiguis ſudoribus perfrigeratio, maligna.

341 Effluuio ſanguinis modum excedentia, dum corpus perfrigerat, inſudoroſam mortem inducunt, quia inareſcit, & circuntenditur cutis perfrigerata iam, nam qui ſola algent oppreſſione, exiguis madent ſudoribus, quia tunc ſucci expreſſi per reſerata inconſpicua oſcula exeunt. ergo & qui à ſanguinis profluuio cum exiguis ſudoribus algent, oppreſſionem patiuntur, quia maior fuit ſanguinis in cerebrum, ſpiritaleſq; partes immiſſa quantitas, quam quæ per effluuia emanauit. & hoc ad cacoethiam facit, quia imminent ea mala, quæ ab oppreſſione naſcuntur, quam oppreſſionem facit contumax ſanguinis natura ſua craſſitie hærens.

XVIII.

Sanguinis detractio in perfrigeratione torpida, mala.

342 Monuit Hipp. 4. Acut. faciendam in Aphonijs ſanguinis detractionem, dum ſunt adhuc eleuati ſpiritus, quia tunc ſanguis promptè exit, & ſpiritus detracto pondere reuiueſcunt. contrarium eſt, ſi depr[illegible] ſunt ſpiritus. nam nec effluit tunc ſanguis ſua deſtitutus ſirrhoe; nec vires conſiſtunt, dum ipſi ſubſident ſpiritus. oportet ergo ad ſanguinis ineundam detractionem, vt is calore tumeſcens expeditam habeat motionem, quia eleuati ſint ſpiritus, quod non eſt in torpida perfrigeratione, etiamſi à copia ſanguinis premente emanauerit, quia prorſus ſunt obrupti ſpiritus; quocirca mala eſt in hac perfi[illegible] obſtupeſcentia phlebotomia, ſalutaris alioquin, dum obruens ſanguinis multitudo inſimul æſtuat. aſt ſi opprimentes ſucci frigidi ſint & craſſi; tunc auxilij genus hoc mortiferum, quo in ſenſu inferius dicturus eſt, quod in torpida perfrigeratione non ſine febre ſanguinis detractio lædit, deceduntq; inopinanter melius ex hac detractione ſe habere putantes. omittenda igitur omnis phlebotomia in torpida perfrigeratione, & etiam in omni perfrigeratione, quia periculoſa nimis.

XIX.

Quibus aluus ſuppreſſa prorumpit hemorrhagia, & vna inſupperigent, aluus Lienterica fit, & prædura, & aſcaridas, aut vtrumq;

343 Caput incaleſcens, & ſe aggrauans aluum ſiſtit, vt opinionem præbeat hemorrhagiæ, ſalutaris inquam ſi alia non ſe adiungant

gant mala. aſt ſi deinceps ſuperrigeant ægri, aliquid in viſceribus adhuc manſit, quod deinceps ſuæ naturæ conformia mala edit. & quoniam bilis eſt, quæ ſupperrigentiam parit, & quoniam promptè hæc ſe dimittit in aluum, ideo verendum, ne aluus tandem malè afficiatur, vt aliàs oſtẽſum. eritq; Lientericus hic fluor cum ventris duritate, ſi flatus exundẽt, aut cum aſcaribus, ſi cibaria in corruptionem habeant, aut cum duritate, & aſcaridibus, ſi vtraq; adſit cauſa, vt ſæpe accidit in hydrope ab acuto morbo relicta, de qua plenius ſuo loco.

XX.

Quibus ſtatis temporibus hęmorrhagię ſunt ſiticuloſę, ni ſanguinem effuderint Epileptici pereunt.

344 Statis erumpentes temporibus hæmorrhagiæ ſtatam habent legem, à qua ſi deuient, hinc grauiſſima mala inſurgunt. nam à non proruptis debito tempore menſtrualibus purgamentis ab vtero veniunt morbi, quemadmodũ etiam à ſuppreſſis hæmorrhoidibus inſignia occurrunt pericula. Cęterum dum ſtatis temporibus ſanguinolenti è naribus erumpunt fluores, affectionem patitur cerebrum aut propiam, aut aliunde indemptam, quæ ſtabilis ſit oportet, quia ſtatis temporibus ſuæ vitioſitatis ſigna exhibet, ſuppremæq; partes tunc laborant, quando ſiticuloſus eſt hic fluor, quia ſalſuginoſa pituita exundat, quæ craſſeſcens vaſa oplet, ſanguiniſq; curſum ſupprimit, ſeu tardat, indeq; morbi adueniunt, qui partis læſæ & cauſis lædentibus conſonant. tales ſunt Epileptici inſultus, quorum cauſa eſt inſimul oppreſſio, & irritamentum, quæ cuncta à ſtabili affectione nata, non poſſunt non rapere ægrum, niſi ſuum ad ordinem redeat ſtata ſanguinis effuſio.

XXI.

Ex hęmorrhoidę parum quid apparente vertiginesę borte parapleticum quippiam ominantur. ſoluit phlebotomia, & quicquid ità ſe prodit, aliquid mali denunciat.

345 IN dignoſcendis morbis etiam hæmorrhoidum ſtatum conducit, ait Hipp. 3. in 1. Epid. haud paruam enim venæ iſtæ cum toto corpori affinitatem habent, & propterea hæmorrhoidalis fluor nedum in ſanientibus opem fert, ſed phreniticos ſanat, & menſtrualem ſuppreſſum purgationem rependit, vt in Aphoriſmis proditum, & exemplo Filiæ Aedilis aput Ticomæum extat comprobatum, ſpiritalium quoq; partium

tium vitia fluores iſti auettunt, qui ſi ſupptimantur hydropen, phtiſin, ſcabiemque creant, obitus etiam, & deliria parant 3. vt in 6. Epid. & 6. Aph. 12. ſcriptum, conſtatq; exemplis Alcippi, & Eudemi in Lariſſa. Porrò ad ſui ſalubritatem hic fluor expetit quoq; tempus, & modum. nam ſi ſtillet inutilis, & damnoſus etiam, ſi refluat ad cerebrum vſq; ſine rependente hæmorrhagia. quippe & vertigines edit, & paraplecticum quid ominatur, dum intercipit vaſa quibuſdam inſeruientia particulis, quam tamen ominationem phlebotomia auettit è venis cephalicis, dum vertigines occurrunt, ex hæmorrhoidibus non integrè profundentibus poſt parapleticos inſultus. inferius namq; dicturus, quod hæmorrhoides apoplecticis aduenientes, ſalutares ſunt. addit deinceps Hipp. quod omnes ſanguinis effluxiones ſic aduenientes, vt parum quid promant, malorum quid denunciant, quacunq; nempe ex parte fiant, in quibus propterea ſalutaris erit phlebotomia. ad eandem malitiam faciunt, quæ nō ſanguinolenta, ſed alterius conditionis ſenſim ex hæmorrhoidibus prodeunt: fiſtuloſum enim quid ominantur.

SECTIO DECIMA SEXTA

De Palpitatione, Tremore, & Conuulſione.

I.

Palpitantes per totum, nùm etiam Aphoni moriuntur.

346 OMINOSVM quid membrorum palpitationes portendere non ſine ratione antiquitus proditum, quia palpitant, dum author cunctarum motionum calor inordinatè ſe exagitat. aſt multiplices ſunt caloris inordinatæ motiones. nam & rigor, & horror, & tremor, & conuulſio, & pulſus, & palpitatio ſunt huiuſce caloris innaturalia opera diuidua locorum, graduumq; diuerſitate. etenim dum amarore nimio perculſus ſpirituoſus ſanguis & inalgeſcens ad locos maximè calidos tumultuosè recurrit, rigorem edit, aſt ſi lento curſu licet inordinato properet, quia ſola aciditas vrget, horrorem facit, lenitatis ſolo gradu à rigore diſtinctum. ſed tremunt membra plerumque ſine frigoris ſenſu, dum grauat pondus non ſine virium noxium abſe expellere nitentium conſtantia. pondus autem premit muſculorum ſeu vaſa ſpiritum illuc deferentia, ſeu eorundem ligamenta membra ipſa colligantia. conuellens autem motus doloroſus, aut indoloroſus eſt. dolo-

roſus

roſus occurrit, dum vnà cum mouente calore offenduntur nerueæ illæ partes, quæ motum firmant, & roborant. violenta enim hæ motione diductæ carnoſas diuellunt partes, & exin miſerabilis oboritur cruciatus. aſt indoloroſus conuellens motus à ſola arteriarum naſcitur tractione, dum ſpirituoſus ſanguis aliena virtute offenſus tunicas arteriarum prorritat, eaſq; quadantenus corrugat, vt exin vice pulſantis edant arteriæ motum conuellentem: pulſant namq; quia impulſio fit ſpirituoſi ſanguinis ordinatis legibus, dum nec arteriarum corpora innaturalibus prorritantur ſtimulis, nec abſcinditur eorundem ſpirituum motus. nam ſi obices occurrant tunc ſpiritus ſeſe inconcinnè agitantes, ſurſum ac deorſum per cauum diſcurrunt, motumq; innaturalem vnduoſum ac pulſatiuū eduut, qui & conuellens eſt, ſi adſint iam dictæ occaſiones, & hi arterijs occurſantes motus ſola ſeiunguntur cauſarum conditione. nam ſi humiditates obuient, quę non multum ſpirituum curſum tardent, vnduoſus motus fit, perinde vt in aquis vento ſeſe impellentibus. ſi quod autem curſum tardat, maiorem corpulentiam habet, ſiue obſtruat, ſiue premat, palpitantem motum inducit, vt in phlegmonibus ad ſuppurationem tendentibus. conuulſiuus demum motus prauam agnoſcit obuiantem virtutem, quæ non ſolum extenſum motum corrumpit, ſed eum vndiq; deprauat. cœterum vt in arterijs, ſic & in alijs cauitatibus viſcerum, & muſculorum palpitationes occurrunt, dum flatus illuc concluſi, ac ardore inaceſſi exitum quærentes pulſant hinc inde cauitatum parietes, pulſatilemq; motū edunt, qui ſuapte natura indoloroſus eſt, quia ipſas ſentientes partes non diſtrahit violenter, perinde ac facit conuellens arteriarum. Ergo quia & arteriæ, & carnium cauitates palpitant, occurruntq; palpitationes aut vni membro, aut vniuerſaliter toti corpori, quæ particulares ſunt non minus ab ipſis cauitatibus, quam ab arterijs emanant. Aſt quæ vniuerſales ſunt, vtiq; ab arterijs ſeſe inconcinnè agitantibus obueniunt, quia nequit in omnibus peræquè membris apta contineri materia quæ vndiq; ab eadem efficienti cauſa in eundem motum impellatur: at ſi magna, & prope fontem iacentia vaſa aptum ad id contineant humorem, ſeu vaporem, iſtinc vniuerſim palpitant membra, perinde ac meticuloſis accidit ſola cordis immutatione. quum igitur res ita ſe habeat, ratio inde innoteſcit cur palpitantes per totum aphoni plerumq; intereant. nam dum magna propè cor iacentia vaſa palpitant, adſunt vtiq; atrabilaria recrementa, quæ vt palpitationem edunt, dum adhuc in motu ſunt; ſic ſi deinceps hæc hæreant, obmuteſcentiam pariunt, vt ex alias dictis conſtat.

Tre-

II.

Tremores conuulſorij fientes in ſudoribus reuerti ſolent: indicatio his fit, vbi ſuperriguerint. ſuperrigent autem ij ardore circa ventrem prouocati. ſomnus multus in his conuulſor ius, grauitaſque frontis, & mictio difficilis.

347 VT fiat conuulſorius tremor duplex interuenit cauſa. vna eſt ſarcina premens motui dicata inſtrumenta: altera eſt irritamentum ſolis arterijs occurrens, dum indoloroſa eſt conuulſio, qualis eſt, quæ cum tremore. nam permanes contractio doloroſa, prorſus eſt à tremoris effigie diuerſa: quoties autẽ arteriæ conuelluntur, temere poſſunt reliquæ motui inſeruiẽtes partes põdere preſſæ. ſic ergo conuulſorij fiunt tremores, qui in ſudoribus facti ea ratione reuerti ſolent, quia vbertas, & prauitas adeſt ſuccorum ſe exerere tentantium, quæ cuncta vnicò excreto ſudore haud ſolui poſſent, ſed ſi ab arterijs dempta ſit ea excretione prauitas, remanet adhuc ſi non totum, maiori ſaltem ex parte pondus aggrauans, quod ſe excutit tandem altera opportuna ſudoris excretione rigore præſignata. ſicq; conuulſorij tremores in ſudoribus fiẽtes & redeunt, & ſoluuntur à ſupperrigentia, perinde ac faciunt obmuteſcentiæ rigore editæ ſolutionem habentes à rigore, & tremore ſuperaccedente. ſuperrigent autem ægri, inquit Hipp. ardore circa ventrem prouocati. nam quum rigorifici humores ſuam præcipuam in ventrem ſedem habeant, non poſſunt ſe in arterias intrudi, niſi ardore aliquo prouocentur, vt ſic arteriæ bilioſas ichoroſitates ebibant, quibus obrigent ad noxij mox excluſionem, ſi ad id paratæ ſint vires, nec reluctantia obſtet ſuccorum. nam ſi hæ interueniant occaſiones, accidantque loco ſperabilis ſudoris & ſomnus multus, & frontis grauitas, & mictio ſtranguarioſa, timendum vtiq; ne ſtabiles conuulſiones aduenient, ſeu exſurgant parotides, quæ in hoc rerum ſtatu plerumq; lethales ſunt.

III.

In hyſtericis paſſionibus antea non expertę conuulſiones faciles.

348 TAm mira, & ſic quandoq; portentoſa ſunt ſymptomata ab vtero in fœminis manantia, vt eruditiores etiam Numen in his agnoſcant. quippe hæ cen oeſtro percitæ momentò fatidicas voces proferunt, geſtus inconcinnos edunt, mox corruunt ſic ſenſibus deſtitutæ, vt earum vita vnà cum Numine euolaſſe dixeris. ſunt tamen hi, vt ſapientiores medici decreuere, motus ab vno vtero emanantes, dum ceu ferinũ animal

animal hic ſeſe agitans detentas tum ſeminales, tum menſtruales humiditates ad cordis vſq; vicinia effert, authorq; ſic tam miris fit euentibus, vno hyſtericarum paſſionum nomine comprehenſis, quarum conuulſiones quoq; ſunt germina, tunc ſeſe oſtendentia, quando vitioſitas ſeminalium ſuccorum, menſtrualiumue purgamentorum ſeu nerueas partes offendit, vt cum dolore membra conuellantur, ſeu arterioſum ſanguinem temerat, vt inde delirationes multiplices, indolenteſuè conuulſiones adueniant, quæ poſtremæ ſi diutius maneant, aut frequenter occurrant, vt ſolutu difficiles, ſic quam maximè timoroſæ: ſecus ſi inſolitè in iſtis hyſtericis turbamentis accidant. nam leues ſunt, quia conditionem inſequuntur offendentis cauſæ, qua ſublata protinus deſiſtunt, vt plenius in propia tractatione.

IV.

Conuulſoria ſine ſudore ſputa defluentia in febre, leuia ſunt. his etiam alui profundunt, ac forte aliquid ad articulos abſcedet.

349 AN per conuulſoria ſputa intelligit Hipp. quod inferius de Pleuritide, quod nimirum hæc ſine ſpaſmatis grauior eſt, quam quæ cum ſpaſmatis fit. & hac ratione ſputa ab afflicto pectore cum aliquali conuulſoria paſſione prodeuntia, minorem morbi grauitatem deſignent, dummodo abſit ſudor, ne degrauans plenitudo in ſuſpicionem veniat. An ſputa conuulſoria ſunt, quæ ſummo cum irritamento promuntur, vt hæc leuia ſint, quia nullius vtilitatis. nam tunc aut aluus profuſa eſt, vt anacatharſin auertat: vel abſceſſio ad articulos vergit, quoniam tuſſes ſiccæ cum febre talem abſceſſionem faciunt, ſi quid intus relictum eſt, ait Hipp. 7. in 6. Epid. dictum autē quid ad articulos fortaſſe abſceſſurum, vt illis correſpondeat verbis, ſi quid intus relictum fuerit.

V.

Quibus conuulſis oculi intentè ſcintillant, neq; ſunt apud ſe, & diutius ægrotant.

350 COnuulſiones quæ à capite originem ducunt, & ſolutu difficiles, & grauiſſima plerumq; afferunt mala. ſignum autem laborātis cerebri donat intenta oculorum relucentia, quia tunc ardent viſorij ſpiritus, & ſiccati tenduntur motores muſculi, quod præſtat ſeu tabificus ardor, ſeu atræ bilis præſentia. quacumq; autem ex occaſione ſic æſtuēt ſpiritus, vt ſcintillent, mens turbata percellitur, vt accidit nimia ira æſtuantibus, amoriſue oeſtro percitis. Egrotant autem inde homines diu,

diù, quia paſſio in ſicco hæret, nec acutè offendit, niſi & ſpiritalia membra aprehendat. nam & ipſæ conuulſiones diuturnæ ſunt ſuapte natura, licet non rarò acutis ſe adiungant.

VI.

Qui conuulſorio modo exacerbantur catochi, ijs parotides aſſurgunt.

351 Congelationes corporibus occurrentes aliç ſtabiles ſunt, ſic perdurantes quoadusque ſeu rapiunt, ſeu ſoluuntur, nullam ſubinde hæ iudicationem edunt, niſi aliquam experiantur inſignem mutationem: aliæ per vices, & periodos accedunt, vt faciunt reuerſiui ſopores: & iſtæ iudicationem ſubeunt, ſi quid interueniat, quod congelantem ſuccum citet, & impellat. tales ſunt, quæ conuulſorio modo ideo fiunt vnus, & idem eſt atrabilarius humor, qui congelat, & in conuulſiuos motus adigit ſpiritus, quod accidit potiſſimum, quando ab infimis partibus febrilis ardoris in ſuperas iſti tranſcurrunt humores, inepti prorſus ad vtilem promouendam hæmorragiam, quia congelant; ſed parati vtponè aures abſcedant, quia conuulſorio motu citantur, vt de ſoporoſis anxioſis iam dictum.

VII.

Tremulis, anxioſis paruæ parotides conuulſionem ſignificant aluo prauè affecto.

352 Tremunt, & anxiantur ægri noxiorum multitudine oppreſſi, quæ vbertas tolli nequit niſi conferta ſeu abſceſſione, ſeu excretione. Ergo bonæ eſſe nequeunt parotides, quæ in iſtis ægrotantibus paruæ aſſurgunt. & quia anxioſus tremor parum à conuulſione diſtat, verendum vtique ne conuulſiones inde accedant, quod promptius contingit, dum aluus malè affecta eſt. nam quod aluus deponit, nec tremorem ſoluit, nec anxietudinem tollit, nec exiguas rependit parotidas; ſed & vtilem hæmorrhagiam, & craſſarum mictionum exitum, & liberam ſpuitionem auertit. ergo deſinant tremores iſti in mortiferas conuulſiones oportet, quemadmodum faciunt parotides ex pluribus grauceolentibus excitatæ.

VIII.

Conuulſiones, & tetanicas diſtentiones febris accedens ſoluit.

353 Conuulſionis nomen genericum tum ad afflictionem neruoſarum partiũ Tetani, & Opiſthotoni nomine verius ſignificatam

tum ad arteriarum ſe contrahentium motum, generis nomen retineat, ſi tetano ſeu opiſthotono comparetur. dictum namque quod ex tuberculi introrſum ruptione tetani, & conuulſiones fiunt, quia nempe aut neruoſæ partes inde laborant, aut fiſtuloſa vaſa purulento ſucco temerantur. mirum ergo non eſt, ſi Hipo. diſtinctam tetani, & conuulſionis mentionem faciat, quoniam licet effigie conſonent, diuerſa tamen ſunt adiuncta mala propter diuerſitatem locorum paſſionem ſubeuntium. Cæterum quum ab irritamento conuulſiones omnes naſcuntur, illud quoque habent commune, vt plenitudinem, ſeu inanitatem habeant adiunctam ſuccorum. Aſt inanitatem habentes non niſi tractu temporis, violentiſſimaque de cauſa occurrunt, ſanationem proinde vix vllam recipiunt, in preceps ruunt ſi febris ſeu accedat, ſeu iam facta properet. quæ autem repletionem gerunt, aut cum febre, aut ſine febre ſunt. quæ in febribus fiunt, niſi eadem, poſtera, tertiauè die deſiſtunt, malæ, & etiam pernicioſæ, ſi poſt ſeptimum ætatis annum affligant, vt deinceps oſtendetur. quæ verò ſine febre accedunt, ſunt omnes à repletione. repletio autem, quæ conuellentes partes ſtimulat, meatus quoque occludit, quia craſſitie hæret. ergo ſi quid adueniat tunc, quod referet vaſa, & hæreſcentem humorem diſpergat, ſolutæ ſubinde erunt conuulſiones. talis eſt ſuperaccedens febris, quæ & vniuerſalem toti corpori, & particularem alicui membro plenitudinem tollit, dum ſubinde noxium & digerit, & excludit.

IX.

Conuulſio trhomati ſuperueniens lethalis.

354 QVod in Aphoriſmis preſſius de vulneribus ſolum, (eſt enim trauma vulnus) hic voluit veritatem habere de omnibus trhomatis, vt nempe conuulſio ipſis ſuperaccedens lethalis ſit. eſt autem throma magna quelibet noxa ab aliquo forinſecus accedente in lata, ſiue vulnus, ſiue contuſio, ſiue laxatio ſit, nam trhomatis nomine vulnus quoque intelligi teſtantur hæc Hipp. 5. in 6. Epid. in thromatis, inquit, ſanguis promanat, curandumque vt vacuum impleatur. à vulnere autem quod naſcantur conuulſiones 5. Aph. 2. proditum. à contuſione ficti neruorum diſtentiones Nauis ille Gubernator experimentum attulit. de luxatis autem articulis hæc ſunt Hipp. verba lib. de tract. ſi reponenti, inquit conuulſio acceſſerit, non multa ſalutis ſpes eſt: commodum autem eſt os rurſus eijcere a ſua ſede, ſi id citra moleſtiam fieri poſſet. non enim a laxioribus quam opportunum eſt conuulſiones, ac diſtentiones

acce-

accedunt, ſed in his, quæ magis extenſa ſunt. quocumq. ergo ex trhomate naſcatur conuulſio, lethalitas præſto eſt, vt ex iam dictis conſtat.

X.

Conuulſio in febre fiens, pernicioſa eſt: minime verò pueris. ſeniores ſeptem annis in febre non corripiuntur conuulſione; ſin minus pernicioſum.

355 Metaſtaſis omnis in febribus facta debitis non repenſata eiectionibus, laborioſa perpetuò, & aliquando lethalis, dum pernicioſa infert mala. talia ſunt ſpaſmata in febre occurrentia ideo, quia noxius humor non eiectus ſic ſanguinem inficit, vt conuulſiuos motus pariat; vel ſic affligit nerueas partes, vt membra doloroſè diſtendat. cõſtat enim id pernicioſum, & ad citum præſignandum interitum, ni ſtatim ſuperueniat, quod opem ferat. minus tamen pernicioſa ſunt ſpaſmata hæc in puerulis, quoniam horum corpora tum ob vaſorum anguſtiam, partiumque imbecillitatem, tum ob ſuccorum exundantiam apta quidem ſunt excipiendis conuulſionibus, ſed ob naturalem alui liqueſcentiam excutiunt, & promptè noxium deponunt. non enim conuulſio in ipſis ab inanimitate, ſed à repletione perpetuò. premuntur tamen puerulі aliquando à pernicioſis conuulſionibus dum febris acuta vrget, ſuppreſſa eſt aluus, colorem mutant, ruborem habent cum vigilijs, & calcitrandi vis crebra, vt ſuperius enarratum. qui autem iam ſeptennium tranſierunt, vt minus conuulſionibus capiuntur, ſic pernicioſius exin laborant, quia violenta eſt illa cauſa, quæ imparatum alioquin corpus ſic affligit.

XI.

Conuulſionem ſoluit febris ſuperaccedens acuta, quę prius non fuit. ſi vero fuit prius iam exacerbata. prodeſt & vrinę tranſitus vitri ſpeciem referens, copioſus, & alui fluor, & ſomni, at repentinas conuulſiones ſoluit febris, alui fluxus.

356 Si, quæ hucuſque de conuulſionum cauſis, recolligantur, clara quoque erunt de auxilijs tum ſoluentibus has, tum his opem ferentibus. nam quod cum irritamento premit, vel eſt coitus prauorum ſuccorum, vel adhæſio vitreæ ſeu corruptæ pituitæ, vel denſa vaporum obnubilatio. ergo acuta ſuperaccedens febris diſtrahit, quod adhærendo premit, illudq. ad vtilem aliquam parat excluſionem per iam pateſcen-

tia oſcula. & eſt huiuſce remedij tanta facultas, vt licet pernicioſæ ſint in febribus factæ conuulſiones; nihilominus ſi deinceps febris ipſa ingraueſcat, ſolutio inde ſperanda, quia ipſa febris ſola eſt, quæ integram ſolutionem affert, cætera verò auxilia ſolùm opem ferunt. nam tranſitus vrinarum vitriformium plenitudinem quidem è corpore detrahit, ſed nō adamuſin eliminat, quod firmiter hæreſcebat, niſi febrilis interueniat ardor iſtud commodè præſtans: prodeſt idcirco tranſitus hic, quia criſima eſt noxiorum vigentium excretio, comparata tamen ope febrilis ardoris auxiliatricem manum naturæ indigæ porrigentis. illud ipſum de copioſo alui fluore, blandoque ſomno dicendum. nam fluor vbertatem demit craſſorum recrementorum linioſam potiſſimum obtinentium naturam: ſomnus cuncta adæqualitatem ducit, coactoſque vapores diſſipat, ſi naturalis eſt. Aſt quæ de repentè conuulſiones occurrunt, vtpotè momentaneis editæ de cauſis, ſolutionem à febre, aluique fluore recipiunt, quia non hærent ſtabiliter ſucci, ſed quandam adhuc obtinent turgentiam.

XII.

In conuulſione diù ſermone intercipi malum. at vero parumper, aut linguæ apoplexiam, aut bracchij, aut dextrarum partium ſignificat. ſoluitur autem vrinis multis repentè, & cumulatim prodeuntibus. ſudores autem paulatim fientes proſunt, aceruati autem, vt & larga phlebotomię lædunt.

357 SEſe excipi & conuulſiones, & obmuteſcentias aliàs dictum. quāquam autem in conuulſione maius irritamentum, minor occurrat vaſorum interceptio, vt ſubinde à tremore ſoluatur aphonia; nihilominus grauior euadit affectus, ſi à conuulſione obmuteſcant homines, præſertim ſi hæc diù perſeueret, quia intercipiens humor tandem pertinaciter hæret. verùm ſi parum per obmuteſcentia duret ſuis non ſoluta iudicationibus, aduenit ſiderationis malum, quod ſeu linguam, ſeu bracchium, ſeu dexteras partes omnes reſoluit leuis apoplexiæ modo, ſicq. alterum inſurgit malū ſtabiliter inhærens, ni vtilibus deſiſtat excretionibus, ſeu vrinarum multitudinem cumulatam repentinò promentibus, ſeu ſudore corpora non cumulatim, ſed paulatinè imbuentibus. nā vrinæ cumulatim exeuntes integrè morbum ſoluunt, quia tenue, & craſſum inſimul è venis detrahunt: ſudores autem non ad perfectam ſolutionem, ſed ad leuamen ſolùm faciunt, quia quod viſcoſum exundat non

nisi

niſi tempore, ac paulatinè ad hanc excluſionem parari poteſt. inde eſt, quod ſudores ſenſim exeuntes iuuant, nocent qui cumulatim prodeunt, quia obmuteſcentias, & reuerſiuas, & diuturnas reddunt, vt in ſuperioribus enarratum. Ad eandem malitiam faciunt vberes ſanguinis detractiones in aphonijs, quemadmodum etiam hæmorrhagiæ ſua ſponte erumpentes, quia inde ſanguis perfrigeratus impenſius coaleſcit. & hoc aureum ſit documentum pro ſanguinis detractione, & ſudoris proleƈtatione in iſtis, ſimilibuſque affectionibus, in quibus haud vulgaria occurrunt errata non ſine ægrotantium damno, & medicinæ dedecore.

XIII.

In tetano & opiſthotono maxillas luxari, lethale. lethale etiam ſudare in opiſthotono, & corpus reſolui, & reuomere per nares, & qui ab initio aphonus clamare, nugari. hæc in poſteram diem mortem promittunt.

358 PRopium eſt tetani, & opiſthotoni facere vt rigeant maxillæ, quoniam affectio in iſtis ſpectat ad ceruicem, inſolens tamen eſt luxari maxillas, quocirca violenta oportet ſit tractio, quæ facit, vt hæ à ſuo decidant ſitu, ſuapte propterea natura laborioſus morbus, & quandoque mortiferus, tunc lethalis vtique euadit ſummæ huiuſce violentiæ ratione. faciunt autem laxatæ maxillæ, vt conſumpti homines tandem decidant, quia cibos capere nequeunt, ac ni ocyos reponantur, inquit Hipp. lib. de Artic. animæ periculum imminet præ febribus, & torpido ſopore: non poſſe autem reponi in diſtentionibus, omnibus notum eſt. lethales ergo iſtæ luxationes in tetano, & opiſthotono, quemadmodum etiam in opiſthotono lethale eſt ſudare, quoniam ſudor hic à nimia aggrauatione profectus eam afferre nequit vtilitatem, quam vtiq. adferunt cumulatim erumpentes in conuulſionibus. ſic & exolutiones totius corporis, quæ ante obitum à diſtentionibus occurrunt, lethales equidem ſunt, vt & reuomitiones per nares, clamores, nugamenta, & obmuteſcentiæ, quę ſingula his adiuncta mortem in poſteram diem promittunt, quia ſunt hæc extrema diſſentionum mala, vt per ea, quæ ab Hipp. 3. de morb. dicuntur, clarè conſtat.

XIV.

Febriles opiſthotono ſoluunt vrina geniture ſimiles.

359 VNicum eſt à natura comparatũ auxilium, quod febriles opiſthotonos ſoluit, & eſt vrinarum genituræ ſimilitudinem ge-

 rentium

rentium exitus, qui liberaliter, & cumulatim factus, conuulſiſicas occaſiones tollit. hoc autem in febrili opiſthotono accidit, quoniam febres corpora inuadentes referant quoque lotij ductus, & viſcidum, atrabilariumque humorem diſpergunt, qui ſuopte inſtinctu ad veſicam pergit: ſpinæ autem poſteriora per meatus illuc diſcurrentes cum vrinaria veſica ſumme conſenſiunt. ergo vt à doloroſa ſpinæ afflictione lethales adueniunt lotij interceptiones; ſic è diuerſo eius libertas non poteſt non eſſe ſalutaris. non ſic verò facit alui deiectio, quæ afflictis neruis obeſt, ſi vera ſunt, quæ ab Hipp. 4. de morb. dicuntur. ſcriptum quin etiam 2. in 6. Epid. mictiones genituræ per quam ſimiles ſoluiſſe pectinis paſſiones, dum facta fuiſſet ad veſicam atræ bilis abſceſſio.

SECTIO DECIMASEPTIMA.

De Angina.

I.

Anginæ, quæ neque in collo, neque in faucibus quicquam conſpicuum faciunt, verum ſuffocationem vehementem, & ſpirandi difficultatem inducunt, eadem die ac tertia occidunt. quæ verò tumores, ac rubores in collo accipiunt, in cæteris conſimiles, verùm diuturniores.

360 GVTTVRIS vitium eſt Angina, quo ſic arctantur hi ductus, vt deglutitionis, reſpirationiſuè, aut vtrumque pereat munus non ſine vitæ diſcrimine. nomen inquam ab angore deſumptum, quia ſic anguntur homines, vt animum ſeu efflent, ſeu efflare videantur. cæterum quoniam huiuſce paſſionis multiplices ſunt gradus, ſæuiſſima equidem illa eſt, quæ dum vehementem parit ſuffocantem angorem, ſpirandi libertatem tollit, nec in faucibus, colloùe quicquam conſpicuum promit: rapit enim hæc eadem, aut tertia die, quia vehementiſſima eſt. Quid autem diuerſum deſignat ſuffocatio à difficili ſpiratione. nam ſuffocantur, qui gula preſſi, præterquam quod deglutire nequeunt, totum guttur laqueo vinciri ſenſiunt, vt aerem aſſumere nequeant, ſed non parit ſymptoma hoc propiè dictam ſpirationis difficultatem, quia hæc in expirando conſiſtit, ſiue libera, aut ſecus ſit inſpiratio. accidit namque vt larynx peruia ſi nullis impedita obſtaculis,

ſtaculis, atamen difficultas ſpirationis occurrat, quia pulmones à ſuo deficiunt munere, quod eſt aerem emittere, & tunc difficultas ſpirationis eſt ſine ſuffocationis ſenſu. vt è contra ſuffocatio eſt ſine difficili ſpiratione, dum larynx anguſtiata eſt, ſed pulmones alioquin à ſuo non deficiunt opere: aſt ſi vtrumque contingat, tunc difficilis ſpiratio ſuffocatoria eſt. non inepte proinde Hipp. ſuffocationem à difficili ſpiratione ſeiunxit. quum vtrumque in Anginis ſeorſim contingat, copulatim verò occurrens ſæuiſſimum malum pariat, potiſſimum ſi quicquam conſpicuum non ſe exhibeat ſeu in collo, ſeu in faucibus, nullus nempe ſeu tumor, ſeu rubor appareat iſtis in partibus, quia tota afflictio intus collecta vergit potius ad pulmones. & quia tenuiſſimus eſt ſic obrepens humor, dum penitiores inuadit partes; rapit quam celerimè, perinde ac faciunt acutiſſimæ febres ſignis horrendiſſimis commitatæ quarta, aut ocyus interimentes. non tamen exiu ſequitur, vt quæ tumorem, ſeu ruborem proferunt, tutæ ſint: nam ſi in iſtis & ſuffocatio, & difficilis fiat ſpiratio pares in pernicie erunt, ſed diuturniores, quoniam noxioſitas tota non intus concluſa manet, ſed ad extimas quoque germinat partes, at vbique ſæuiſſimè offendit, ideoque rapit, ſed non tam ocyus.

II.

Quibuſcumque vèro fauces, ceruix, & pectus ſimul rubuerint, diuturniores ſunt, & ex ipſis maxime ſeruantur, ſi non recurrerint rubores: ſi verò diſſipentur, neque tuberculo foras conuerſo, ac collecto, neque pure leniter, & ſine dolore excreato, neque in diebus iudicatorÿs, pernicioſę ſunt. nùm etiam ſuppurati fiunt? ſecuriſſimum autem eſt ruborem, & abſceſſus quam maximè foras verti. Eryſipelas vèro foris quidem accedere commodum eſt, intrò autem conuerti lethale. conuertitur autem intrò quum diſparente rubore pectus grauatur, & diſpęam habet.

361 MAla gutturi occurſantia, & Anginæ nomine comprehenſa, aut phlegmonoſa, aut ſolùm eryſipelatoſa ſunt. hæc à tenuiſſimo, & acri humore profecta, niſi huic ſe adiungat aliqualis craſſities ruborem ſolum proferunt, nullum faciunt tumorem. aſt rubor hic vel in partibus viſui expoſitis apparet, vel ſeſe occultat in intimis. qui in intimis eſt citam affert perniciem, vt ſuperius dictum. nam & is ſuffocationem, vehementemque ſpirandi difficultatē inducit, quæ mala nullis cum externis notis occurſantia prima aut tertia die rapiunt. verum ſi ſe in extimas diffundat, vt fauces, pectus, & ceruicem aprehendat, tunc

anginoſa paſſio diuturnior eſt, quia noxium ſe in externa latè diffundit, ſalutemque promittit, ni rubores hi iniudicatoriè occultentur. quippe diſſipantur cum ſalutis ſpe, quando aut ſe colligunt in tuberculum, aut diebus criticis per ſalutares aliàs iudicationes diſparent. ſe colligunt quidem in tuberculum, dum craſſitiem nacti prominentias in intimis, ſeu in extimis exhibent. in extimis quidem tutius, quia matureſcentes promunt quod in intimis quoque eſt. at qui intro ſe colligunt rubores, tunc ad ſalutem procedunt, quando per excreatum pus leniter, & ſine dolore promunt, vt omnis corruptionis, ac nouæ defluxionis abſit ſuſpicio. ſecuriſſimi tamen ſunt & rubores & abſceſſus foras vergentes, quia ſic omnia abeunt pericula. quippe periculum eſt ex irruptione intro facta, ne pectus grauetur, indeque difficilis adueniat ſpiratio, lethale inquam ſymptoma ab eriſipelate intro vergente profectum. quæſitum autem nùm pernicioſæ intro vergentes anginæ empyema committãt, quoniam non perpetuo id, ſed ſolùm dum pectoris intima aprehendentes, & ſe in vomicam colligentes, ſi non protinus rapiunt, euomunt tandem in thoracis capacitatem confectum pus. commodum igitur eſt eryſipelas foras accedere, ne pectus ex hac intro conuerſione grauetur, ac ſubinde difficilem habeat ſpirationem. quod præceptum veritatem habet in omnibus eryſipelatis quacumque in parte contingant, cauendumque diligenti opere, ne recurrant, qua in re quamplurima contingunt errata non ſine ægri diſcrimine, vt in praxi ſæpè obſeruatum.

III.

Quibus angina ad pulmonem inflectitur, alij quidem intereunt ſeptem diebus, alij cùm euaſerint purulenti fiunt, ſi nulla facta ſit ſurſum pituitoſa eductio.

362 QVod de eryſipelate intro conuerſo dictum; nunc promitur ab Hipp. de omni angina ſæua ad pulmones ſe flectente: nam exin eryſipelatoſam, ſeu phlegmonoſam hi ſubeunt affectionem, quæ ardentium modo ſeptima rapit, aut tandem ſuppuratim edit; quod poſtremum accidit, dum pulmones multa recrementorum copia tument; nec ſputu pituitoſa promptè ſe exerunt. nam hæc etiam in ardentibus promptè exeuntia ad iudicationem faciunt, vt ſcriptum eſt 4. Acut.

IV.

Quibus à forti ſtrangulatu repentè ſtercus excenitur, lethale.

363 INiuſſu noſtro ab aluo excrementa de repentè prodeunt, vel quia retentrix virtus exoluta eſt, vel quia laborant inſtrumenta ſeu

ſtimulis,

ſtimulis, pondereue concitata, ſeu contentione nimia; quod poſtremum omnium periculoſius eſt, quoniam ſumma interuenit violentia, dum ſic inteſtina premuntur, vt inuoluntariè contentum exonerent, quod in forti ſtrangulatione ea contingit de cauſa, quia aer in pulmonibus contentus exitū per arterioſā fiſtulā non habens deorſū ſic premit diaphragma, vt inde ilia ſurſum tracta vndique inteſtina coarctent, & exin, quod in ipſis eſt, ſe exonerat, quod in epilepticis ſępè factū hanc habet rationē, vt eſt ab Hip. lib. de ſacr. morb. proditū aſt in epilepticis lethale nō eſt ſymptoma hoc, quoniam ſtrangulatio nec fortis, nec ſtabilis eſt: in anginoſis vero ſymptoma eſt lethale, quia eius cauſa tūc pernicioſiſſima eſt.

V.

Anginoſis attenuatis, ſputa ſubarida malum.

364 Anginoſi attenuati, vt aliàs proditum ſunt illi, qui nihil aſpectabile exhibent, ſiue quia tenuiſſimus humor intimas inuaſit partes, nec ſe ad aſpectabiles expandit; ſiue quia tenuis, & viſcoſus, à capite dilabes fauces nec tumefacit, nec inflammat, ſtringit tamen & ſuffocat. vtcumque ſint fauces attenuatæ, mala ſunt ſputa ſubarida exeuntia, quoniam in anginis intro conuerſis ac ſe ad pulmones diffundentibus, niſi pituitoſorum vberes fiant excreationes; mortis, ſeu empyematis imminet malum. in altera verò attenuatione fauces viſcoſa ſaliua replentur: durum atamen, & paucum eſt quod excreatur, quia viſcidum ardore indureſcit, ac tenacius hæret, vt exin & ſanationis difficultas, & alia conſurgant haud leuia mala.

VI.

Anginoſi in lingua tumores ſine ſigno euaneſcentes, pernicioſi. pariter dolores ſine cauſa ſedati pernicioſi.

365 Non omnis linguę tumor anginoſus eſt. nam tubercula naſcuntur ſub lingua, quæ licet quandoque deglutitionem impediant, anginæ nomine non inſigniuntur, quia plerumque illuc diu conſiſtunt, ſine febre. abſque ſpirationis notabili incommodo; & ſine retroceſſionis metu. ergo tumores anginoſi in lingua ſunt, qui ſe à faucibus in linguam extendunt, eamque inflammatorio modo intumeſcerę faciunt, quod eſt peſſimum in Anginis, ſi materia defluens ſit feruida & acris, vt vltra tumorem aſperitatem, & duritiam faciat. nam plerumque lingua molliter à pituita intumeſcit abſque magno incommodo, ſi ritè ad-

tè adminiſtrentur auxilia: quæ autem tumiditates ab iſtis feruidis oboriuntur ſuccis, vt ſuapte conditione prauæ, ſic promptè recurſionem faciunt non ſine pernicie, quia & caput, & ſpiritalia membra aprehendere poſſunt cum vitæ diſcrimine. Porrò ſine ſigno euaneſcunt, dum nec ſe colligunt, nec leniter pus promunt, nec alias vtiles diiudicationes faciunt, quod péſſimum eſſe anginoſis iam dictum. Eandem perniciem denunciant quoque dolores immerito ſoluti, quia ſic euaneſcunt vel propter morticinium caloris, vel ob inſidioſam morbifici humoris aliò tranſlationem: vtrumque pernicioſum.

VII.

Inter anginoſos, qui coſta citò non expuunt, pernicioſè habent.

366 LIcet Angina non ſit in cenſu acutorum, horrendiſſimum tamen malum eſt, tum rationis partis affectæ, affectioniſque magnitudine: tum quia facilè in acutos tranſit, propterea, vt celerimè conficit, ſic citam optat ſolutionem, ne malum diutius hærens, ſerpat ad nobiliora membra. aſt quia angina à defluente naſcitur ſucco, qui defluit crudorem gerens; ad ſolutionem idcirco huiuſce affectionis neceſſe eſt, vt quam ocyus matura ſputa exeant; nam cruda hæc diutius manens, exitium minatur. dicuntur autem ſputa cruda, tum quæ conditione exeuntium crudorem gerunt; tum quæ exiguum, aut nihil emandant, vt inferius oſtendetur.

VIII.

In angina abſq. ſigno ad caput dolores cum febre pernicioſi.

367 DIctum ſuperius quod dolores in angina ſine cauſa ſedati, pernicioſi ſunt, quoniam indicant aut morticinium caloris, aut fieri inſidioſam morbifici humoris ſurſum ſeu deorſum reptantis translationem. Ergo pernicioſi erunt ad caput progreſſi dolores, ſiue adhuc in faucibus hæreant, ſiue ſedati iam ſint. pernicioſi inquam, ſi ad has partes ſe expandant vlla abſque hæmorragiæ ſpe, alteriuſuè excretionis. inde enim fluxiones à capite dilabentes effræniores redditæ partem iam affectam pernicioſius aggrauabunt, ac nonnunquam inde vocis doloroſæ accidunt interceptiones, quæ doloroſum pariunt interitum.

In

IX.

In angina abſque ſigno ad crura dolores cum febre pernicioſi.

368 DOlores in angina cum febre ſed ad crura propagantes non minus pernicioſi ſunt, quam illi, qui in ſuperas tendunt, dum accedunt abſque ſigno, hoc eſt, nec tumiditatem exhibent, nec alijs rependuntur excretionibus. nam ſic germina ſunt humoris ſe per vaſa propagantis, qui quum nullum ſuæ ſtabilitatis ſignum det, timendus recurſus delirij, ſeu conuulſionis author. ſic Anginoſa quædam dextera manu, & crure dolebat, deceſſit mox conuulſa, & aphona.

X.

Ex anginoſis hypochondrij dolor irrita criſi cum impotentia, & torpore obortus, clam necat; etiamſi valdè manſuetè ſe habere putent.

369 TRanſit, & germinat anginoſus dolor, ſeu cauſa doloris effectrix non ſolùm ad caput, & artus, ſed ad præcordia, pectus, & ventrem communione vaſorum, vt inferius oſtendetur. doloſus autem quam maximè eſt ille dolor, qui irrita cum criſi ſe in præcordio obfirmans edit impotentiam, & torporem: nam prauus oportet ſit humor, qui vires exoluit, & ſpirituum curſum tardat: propterea clandeſtinam necem molitur, etiamſi ægri ſe manſuetè habere exiſtiment. quippe nulla tunc ſperanda mutatio, quæ ad decentia facta, doloſis morbis ſola opem fert, vt ſcriptum 6. in 6. Epid. quoniam & vires impotentes, & membra torpida reddita ſunt. ergo clàm ægri decedunt, vt doloſis conuenit ægritudinibus.

XI.

Ex anginoſis abſque ſigno attenuatis dolor ad pectus, & ad ventrem progreſſus puri formen excretionem molitur, aliter autem non poteſt exolui.

370 ATenuantur anginoſi abſque ſigno, dum faucium phlegmone euaneſcit vlla abſque vtili diiudicatione. recurrit ergo noxius humor iam effector anginæ, & ad varias partes properat, vt diuerſæ ſunt meatuum ſuſpicientium progreſſiones. quippe ſi ſe in mammarias venas à temporibus per ceruicem ad mammas, deinceps ad ventrem extendentes, vt proditum ab Hipp. lib. de off. nat. inſinuauerit, tunc anginoſorum

vehe-

vehemens dolor ad pectus, & ad ventrem progreditur, vt puriformem excretionem faciat. ratione enim huiuſce conſenſionis factum, vt Hip. 3. de morb. in curanda paracynanche laudauerit detractionem ſanguinis, è venis ſub mammas exiſtentibus, quod auxilij genus à noſtratibus omiſſum, vt & alia generoſa in morbis auxilia, oſtendunt, quam longè noſtra à veterum medicina diſtet, vtinam cum ægrorum profectu, ſed hæc obiter, plenius aliàs. quia ergo doloroſus hic progreſſus vehemens eſt, oportet vt per illas partes diſcurrat humor & æſtuans, & diſijcens, & prorritans. talis autem eſt ſanioſus humor, cuiuſſus ab anginoſo tumore iniudicatoriè euaneſcente, ac per hos ductus procedens, qui niſi faciat puriformem hanc egeſtionem, alia ratione exolui nequit, quia alij non ſunt ductus queuntes noxium excipere. coit autem hypogaſtrica vena ab inteſtinis ducta in pectore cum mammaria, quę progreditur à ceruice.

XII.

In anginoſis pernicioſa omnia, quę non manifeſtum dolorem faciunt. ſed & ad crura dolores procedunt diuturni, & difficulter ſuppurantur.

371 CVjuſcumque conditionis ſit angina, ſecuritatem promittit, dū abſceſſum ſeu roborem foras promit, ni inſimul pernicioſè interna quoque premantur, vt in Anginoſa aput Bitonem. tanta nihilominus eſt vtilitas, quam affert exitus humorum, vt ſi non ſecuritatem affectionis ſaltem diuturnitatem promittit. ergo in anginis cuncta erunt pernicioſa, dum de foris non apparet dolor. vel ſi mauis dicas, pernicioſa eſſe in anginis cuncta, ſiue foris, ſiue intus ſint, quæ torpidam, & indolentem affectam partem reddunt, quoniam iſtud à natura abeſt affectionis, quæ ſuapte conditione æſtuoſum parit dolorem. inferius proinde dicturus eſt, quod pleuritides cum ſpaſmatis leuiores ſunt ijs, quæ ſine ſpaſmatis fiunt. malè idcirco faciunt, qui anodinis ſedare anginoſorum dolores tentant, quum potius debeant maturationi attendere, cui ex neceſſitate adiungitur dolor. Addit Hipp. quod dolores ad crura procedentes ex angina diuturni ſunt, nec tam facilè ad ſuppurationem veniunt, vt oſtendat, qualis ſit illa pernicies, quam promittunt dolores ex angina cum febre ad crura procedentes: hi namque ſi non recurrunt ad citum interitum, partem excipientem diutinè affligunt, nec in ſuppuratum tranſeunt, quia tenuis eſt, ſed pertinax ex angina ad iſtas partes abſcedens humor, vt ſatis experimento conſtat.

Ex

XIII.

Ex angina ſputa glutinoſa, craſſa, multùm alba vi expurgata, malum: & omnis huiuſmodi pepaſmus, malus. purgatio multa deorſum tales paraplecticò modo necat.

372 ANginoſi multa craſſa excreantes facilè peripneumonici fiunt. nam vbertas hæc craſſorum, quum propè pepaſmum non recipiat, nec poſſit ſe longè duci, aut ſuffocat protinus, aut depluit in pulnes irrita cum tuſſi ob ſui glutinoſitatē m'. ergo in anginoſis malè ſunt ſpuitionis glutinoſæ, craſſæ, præalbæ, & vi quadam excretæ, quia licet craſſitiei ratione coctum quid exhibeant, quia tamen glutinoſæ, præalbæ, ac obluctantes impulſionibus, incoctæ vtique ſunt, in malos proinde abſceſſus per quam facile degenerant, & per iam enarratos ductus ad aluum feruntur, vt eam profuſam redentes paraplectico modo tandem ægros interimant, cum ſtupiditate nempe, & reſolutione quorundam membrorum vaſis iſtis conſenſientibus. nam quod tenue eſt, in aluum ſe exonerat, glutinoſior autem pars hæret, ac ſubinde intercipit vaſa ad crura, manuſue ſpectantia, vt paraplecticum quid promat, quod contigiſſe in quadam morboſa tempeſtate ſcriptum eſt ab Hipp. 7. in 6. Epid. nam ex crebra mutatione auſtralium, borealium, & niuoſorum violentę aderant, & parum excernentes tuſſes, anginæ itidem, & leues ſiderationes, quæ mortiferæ ſuperrigentibus, ſoluebantur opportuna phlebotomia, & alui turbatione.

XIV.

Ex angina ſubarida crebra ſputa cum tuſſi, lateris dolorem inducentia perniciosa; itemque ea quę expotatione tuſſi vehementi emergunt, & deglutitio violenta praua.

373 PRocedit angina non ſolum ad pulmones, ſed ad latus, dum per iugulares venas in azygos noxius defluit humor, hærens ob aliqualem craſſitiem. pernicioſus autem eſt hic progreſſus, dum exeunt cum tuſſi ſputa ſubarida, & crebra: talia enim euadunt, ſi viſcoſa pituita faucium ardore inaruerit non ſine partium ſpiritalium prorritatione, vt crebra ſit cum tuſſi ſputorum aridorum excreatio. inſuper pernicioſa quoque ſunt illa ſputa, quæ inter potandum adeo violenter emergunt, vt ægrum fermè ſuffocent, faciuntque vt per nares, & os exeant repulſæ potiones, quod ſymptoma præſertim accidit tunc, quando ligula epiglot-

tidis

tidis inareſcens adaperta manet, nec obſtat deſcendentibus liquoribus: violenta itidem deglutio praua eſt, lethalis mox reddita ſi deinceps prorſus ſit impedita, aut à magnitudine tumoris, aut à nimia tunicarum ariditate, ſtipticitateuè, aut à vertebrarum ceruicis intro luxatione alijſue ex occaſionibus, vt in ſuperioribus dictum. ſic perijt Anginoſa apud Bitonem potum per nares reijciens, nec quicquam deglutire valēs.

SECTIO DECIMAOCTAVA.

De Pleuritide, Peripneumonia, & Empyemate.

I.

Pleuritici quibus in principio ſputionis varię ſunt, tertia die moriuntur, aut quinta, ſi vero has effugerit, non multum melius ſe habentes ſeptima, nona, aut vndecima ſuppurari incipiunt.

374 DIRUM eſt pleuritidis malum, quoniam eius febris acuta habet & doloris adiunctam acerbitatem, & moleſtiſſimam tuſſim, & ſpirandi difficultatem, quæ cuncta à phlegmone naſcuntur thoracis aprehendente parietes, dum illuc appellunt ſucci, qui concluſi & inflammant, & in tumorem partem eleuant. defluunt autem hi vitioſitatem gerentes tum à cerebro per iugulares venas in azygos, tum à reliquo corpore per ramum cauæ aſcendentem in eandem ſine pari venam, ſicque mixtione bilioſi, & pituitoſi ſanguinis phlegmon inſurgit, quod dum membranoſam partem diſtendit, acerbiſſimum excitat cruciatum: & quoniam thoracis partes omnes exin incommoda experiuntur, ſpirandi oboritur difficultas, tuſſiſque fatigat, quia à capite perſolitos ductus etiam pituitoſa trahuntur, hinc ratione bilioſi ſanguinis per cauam aſcendentis, & corruptæ pituitæ per iugulares deſcendentis naſcitur acuta febris, quia noxium partim per azygos in latus ſe inſinuat, partim per cauam ducitur in cor, & arterias, vt acutam febrem faciat à rigore plerumque inceptam, quia nempe humores iſti ſpirituoſo ſanguini ſumma cum violentia, ac inſolitè accedunt. Sic ergo pleuritidis procedit morbus, cuius cauſæ, & differentiæ nunc proſequi haud opportunum, ſed in noſtris perſiſtentes enarrationibus, dicimus, quod ter-

tia

tia die, ſeu quinta illi decedunt pleuritici, quorum ſpuitiones morbo ipſo exoriente variæ ſunt, tum nempe ſubſtantia, tum colore, vt non vnius humoris dominium repræheſentent; ſed tanta cum varietate offendunt, vt nihil ſtabile occurrat, in quod natura ſuum peragat coctionis opus. & hæc varietas morbo dans incoamẽtum omnem ſalutis ſpem adimit, quia hæc ſolùm à coctione pendet, quam reſpuunt variati iſti humores, ſuopte orgaſmo ſe exerentes. nam, vt inferius palàm fiet, dum morbus iam progreſſus eſt, quandoque prauæ ſuapte conditione exeunt ſpuitiones ad ſalutem, quia modum, & tempus ſeruant: at in initijs morborum mortiferæ ſunt, interitumque pleuriticis promittunt adfuturum tertia, aut quinta die. tertia inquam die, dum à phlegmone corrupti abſcedentes ſucci vitales ſic vitiant ſpiritus, vt eos prorſus interſtinguant: quinta autem dies facit quintanam periodon, quæ competit phlegmonibus alicui viſceri hæreſcentibus, vt ſuperiori volumine oſtenſum. cæterum ſi hanc temporis pertranſiuerint metam, quia vires quadantenus conſiſtent, attamen illud non effugiunt periculum, quod naſcitur ab humore in prauam ſaniem ducto, mortis nempe per eos circuitus, qui ipſis dominantibus ſuccis conueniunt, ſeptima idcirco, aut nona, aut vndecima decedunt ij, vt ex aliàs dictis conſtat.

II.

Quibus ſupra aurem rubor, & ſimiliter velut pleuritici caleſcunt, & aluus bilioſis, & grauεolentibus exturbatur, ij vigeſima, aut quadrageſima die periclitantur: ubi verò has effugerint, ſeruantur.

375 ALiàs dictum, quod non omnis lateris dolor pleuriticus eſt, licet adiuncta febris acuta ſit. nam tranſitus aſcendentis, ſeu deſcendentis feruidioris humoris facit, vt latus doleat ſine ſtabili phlegmone, à quo ſolo pleuritis conſurgit: & hi ſic fugaciter ad latus afflicti ſunt, qui veluti pleuritici calent, qui ſcilicet ægrotant ab acuta febre, cum difficili ſpiratione, tuſſicula aliqua, & lateris dolore non verè pleuritico, quia abeſt ab illa parte phlegmon. deſcenſum autem huiuſce feruidioris humoris fieri à capite arguunt rubores ſupra aurem apparentes, qui quum non ſe ad faciem propagent, procumbunt rectà via à temporibus per ceruicem in ſcapulas, & ad mammas, vt tandem in ventrem ſe inſinuent. ſic enim factum, vt colli venæ pulſantes præſagium adfuturæ dyſenteriæ præbeant, huiuſce deſcenſus ratione. Ergo ſi feruidi iſti, & bilioſi ſucci ſic procedunt, vt ſpiritalibus membris haud hæreant. ſed

viſcera

viſcera mox naturalia aprehendentes aluum bilioſis, ac graueolentibus egeſtionibus perturbent, vtique eam quam in tranſitu acceperant acutiem deponentes, deinceps per diuturnos circuitus ſuis competentes naturis procedunt, bilioſamque redolentes naturam, iudicationem ſuam quadrageſima die habebunt per tertianum circuitum reuolutum, nec poſſunt non eſſe diſcriminoſæ iſtæ iudicationes, quoniam deiectiones, quæ bilioſæ graueolentes ſunt corruptionem ſummam adeſſe arguunt, indeque aut interitus, aut difficilis accedit diiudicatio ſe protrahens plerumq. ad centeſimam vigeſimam vſque; vt in Heropitho.

III.

Pleuritides ſiccę, & ſine ſputu difficilimæ ſunt. horrendę, in quibus dolores ſupernè ſunt.

376 Est duplex apud Hipp. ſicca vocata pleuritis. nam 3. de morb. & lib. de loc. in hom. ſicca pleuritis eſt, quæ nullum ſputum profert, quia ſic inareſcunt pulmones ſitis tolerantia, ardoreuè contracto, vt impotentes ſe ad latus inclinent, cui glutinis ope adherentes, latus diſcruciant, clauiculam degrauant, & inanem tuſſim, excitant ſolùm quid exiguum album proferentem. ſicca quoque pleuritis eſt, quæ crudorem adhuc habet, & in vniuerſum omnis crudus morbus ſiccus eſt, quò in ſenſu hæc ſunt Hipp. 2. Acut. ſicco namque, ait, morbo exiſtente dare expedit parum ptiſanæ,& ante ipſam ſorbitionem præbere oportet, aut muſſum, aut vinum, aut quid aliud, quod opportunum videbitur. habet autem ſermonem de morbis thoracem aprehendentibus,in quibus dum adhuc crudor manet, damnoſa eſt ptiſana in copia, & ſola ſumpta, quia nempe ſua glutinoſitate hæreſcentes humores magis agglutinat. dãda ergo pauca in copia, & cum præpotatione attenuantium, dum ſiccus eſt morbus, vigentque crudores. & hac ratione ſicca erit pleuritis, quæ licet ſputum proferat, crudorem tamen gerit. vtcumque difficiles ſunt ſiccæ pleuritides, & ſine ſputu, quia ad earum ſolutionem neceſſaria eſt libera, & copioſa ſputitio, quæ coctionem exhibeat. quod autem horrendæ ſint illæ pleuritides, in quibus dolores ſupernè ſunt, ſatis ex Hipp. 2. Acut. & alibi conſtat. nam tenuiſſimus eſt humor, qui ſuperas partes petit, impenſiùs ſubinde ſpiritales partes affligens coctionem non tam facilè ſubit, & proptereà quàm celerimè vitam conficit.

Pleu-

IV.

Pleuritides ſine ſpaſmatis grauiores ſunt his, quæ cum ſpaſmatis fiunt.

377 Fluxio omnis plerumque emittentem, ſed perpetuò excipientem partem incommodat, potiſſimùm ſi eſt ſuccorum innaturaliter ſe habentium. nam hi aliqua in parte excepti eius continuitatem diſtrahunt, dolorem ſubinde pariunt, niſi ſenſio tam arctè torpeſcat, vt nulla proinde fiat moleſtiarum ſenſio, quod vt inſolens, ita ſummè damnoſum. naſcitur autem dolor à ſpaſmate facto in carne neruoſis fibris contexta, ſeu in vena, quæ ſit per membranoſam, nerueamque partem diſperſa. tunc enim partes hæ diſtractæ diuerſis modis cruciantur iuxta conditionem diuerſam offendentis cauſæ, & partis excipientis, vt eſt ab Hipp. 1. de morb. proditum. etenim ſi parum quid fuerit in carne coactum (ſiue id ſpaſma, ſiue contuſio, aut quid ſimile faciat) diuturnus naſcitur dolor ruptionis nomine inſignitus, quia à diſtentione caro intus fermè diſrupta ſentitur, & inde effloreſcunt phymata, in vlcus degenerantia quandoque, quod & in viſceribus contingit, dum concluſus humor ſeu matureſcens, ſeu corruptionem ſubiens, continentem partem diſſociat, & vlcus facit. in venis quin etiam ſimiles exoriuntur ruptiones, dum ſunt ab aliqua violentia ſeu diſtractæ, ſeu conuulſæ, quia nempe ob innaturalem ardorem ſuccos in ſe alliciunt, quibus craſſeſcit, & tumet ſanguis, vt ex in vena vltra modum ſe eleuans, aut ſe abſcindit, aut varioſa euadit. aſt ſi per ſenſientes partes ipſa ſe diſpergit vena, acutus ſit tractus, qui dolorem ingentem facit iuxta conditionem partis, per quam ipſa vena diſcurrit. & quoniam noxius pleuritidis effector humor defluit per vaſa membranoſis, ſummèque ſenſientibus excepta partibus, ideo neceſſariò ſpaſmata occurrunt cruciatum haud leuem inferentia, dum diſtrahunt, & conuellunt has ergò ſi cruciatus abfuerit, neceſſe eſt, vt vel defluens humor frigidus ſit, & tenax, qui proinde licet partem ipſam diſtendat, minimum cruciatuum inducit, quia potius occludit, & oplet, quam diſtrahat meatus. vel quod excipiens pars obtorpeſcat ſic morticinio caloris, vt inuadentem hoſtem haud perſentiat. vtrumque prauum eſt: nam illud ad ſanationis difficultatem, iſtud ad certum occurrit interitum. grauiores propterea erunt pleuritides ſine ſpaſmatis, quam quæ cum ſpaſmatis fiunt. nam, vt dicebat ille, quibuſdam ægris gratulatio fit, cùm ſe ipſos ægrotare ſenſerunt; errant ſubinde haud leuiter, qui omni conatu pleuriticorum dolores anodinis ſedare ſtudent, ægrumque in præceps ducunt inopportuno hoc auxilij genere. ammo-

Aa uenda

uenda namque eſt cauſa doloris effetrix, nec eſt laxanda aut conſtringenda nimium affecta pars, ne inde & grauiora, & doloſiora conſurgant mala.

V.

Quibus pleuriticis à principio lingua bilioſa fit, hi ſeptima die iudicantur, quibus autem tertia, aut quarta die circa nonam.

378 Bilioſa recrementa ſpirituoſo ſanguini prorſus ammixta, quo tenuiora, celeriorem morbum faciunt. celerimus autem ardentium terminus ſeptima eſt dies, in quem deſinunt, ſi ſtatim ab initio criſima præmandauerint. talem etiam conditionem gerunt pleuriticæ febres, dum hæ à bilioſis. emanant ichoribus, à quibus profectò acutæ, & celeres paſſiones naſcuntur, vt aliàs oſtenſum. Pleuritici ergo linguam à principio bilioſam exhibentes ſeptima diiudicantur die, quia criſimum eſt inditium hoc à lingua deſumptum in acutis, vt lotium vniuerſim: aſt quæ criſima ſtatim ſe offerunt morbum abbreuiant; non poteſt autem ante ſeptimam integrè ſolui pleuritis. ergo ſeptima indicabitur, dum ſtatim ſolutoria ſigna monſtrabit, vt circuitum hebdomadarium integrum adimpleat, quemadmodum faciunt ardentes ſinceræ, Cæterum ſi ſigna hæc non protinus, ſed tertia ſolùm, aut quarta die prodeant, tunc per eandem hebdomadariam reuolutionem tráſibit ad nonam iuditium, quoniam hæc & ſeptima eſt à tertia, & dimidiat quintanum circuitum, & nona à quarta adimplet quintanam periodon.

VI.

Bulla ſubliuida fiente in lingua in principio, qualis eſt ferri tincti in oleum difficilior ſolutio contingit, & iudicatio quidem ad decimamquartam diem peruenit: ſanguinem autem plerumq. ſpuunt.

379 Dum ſpiritalia membra æſtuant ardore immiſſo in viſcoſo humore, lingua ſic ſuggilatur bulla, ac ſi ferro oleo intincto ambuſta eſſet. candens namque ferrum oleo immerſum in intenſum liuorem declinat, ſimilemque exuſtionem facit. difficilem autem fore iudicationem promittit ſignum hoc in lingua conſpectum, quoniam tũc peccant viſcoſi ſucci tenaciter hæreſcentes, & atrabilariam redolentes naturam, qui propterea quartanarium faciunt circuitum vltimum acutorum. ſpuunt autem hi plerumque ſanguinem, quia à tali conditione

ſucco

ſuccorum naſcitur ardor,& contentio venarum, indeque ſpaſma,ruptio, oſculorumq. diductio, quæ cruentis expuitionibus occaſionē præbent.

VII.

Sputum in pleuriticis tertia die maturari, ac expui incipiens, citiores ſolutionem facit: poſterius tardiores.

380 MOrborum euenta prænoſcuntur ex his, quæ morbo eſſentialiter inhærent, & quæ mox apparent. ex ſuperaccedentibus autem principatum tenet ipſa coctio, ſquæ ſiue vera ſit ſuccorum nutritionem præbentium, ſiue apparens recrementorum apparatum exigentium, perpetuò certam præſagitionem adfert. aſt quoniam pleuriticorum ſalus pendet à libera, optimaq. ſpuitione,quæ & in omnibus acutis ad iudicationem expetitur; ideo vt ocyus hæc,ſeu ſerius aduentabit;fore non ineptè arguimur celeriorem,& ſecuriorem, aut ſecus iudicationem. cæterum quoniam à crudis, incoctiſue ſuccis pendent morborum omnium initia,vtique ex neceſſitate ipſo incoante morbo talium ſigna ſe off.runt. dictum propterea 1.in 2. Epid.non expedire,vt ſtatim prodeant, quæ in melius iudicant, quoniam tunc non ſe exerit ille humor, qui morbum committit, ſed latitat inſidioſè ad doloſitatem celeres autem iudicationes in verè acutis ſeptima fiunt die,(nam quarta & horrendiſſimas,& benigniſſimas diiudicat paſſiones) quæ ſigna præmandam futuram ſolutionem promittentia: & vt ſigna hæc ocyus,debito tamen tempore, occurrunt,tam celerior eſt iudicatio. Ergo ſputa quæ pleuriticis prima, & altera die ſicca,ſeu cruda, tertia die maturari, & expui incipiunt, celerem iudicationem promittunt, ſeptima, aut nona adfuturam, quia ante iſtud tempus nequit vera ſolui pleuritis. tardius autem occurrens hæc ſputorum matureſcentia, procraſtinat ſolutionem, eamque ducit in vndecimam, aut decimamquartam. vt offendentium ſuccorum eſt diuerſa conditio, hunc aut illum optantium circuitum. quæ nam autem ſint matureſcentiæ in ſputis notæ, inferius dicturus eſt Hipp.

VIII.

In doloribus pleuriticorum commodum eſt aluum molliri, ſputa colorari ſtrepitus in pectore non fieri, vrinam benè procedere. his autem contraria difficilia ſunt, itemque ſputum dulceſcere.

381 GRauiſſimum pleuriticorum ſymptoma eſt dolor. nam is non debitè miteſcēs, pneumonicos reddit ægros ad exitum.quip-

pe adaucta eſt ſpirandi neceſſitas, dum vſtionem ſubeunt concluſi humor, ſed lateris cruciatus thoracis dilatationem impedit: hinc celeris motus, qui ſputa viſcidiora reddit, vt ſic agglutinata ſpirationem anguſtient. optandum ergo, vt miteſcat commodè dolor per eam tum coctionem, quam nanciſcuntur alibiles ſucci, tum parationem alienigenorum munere naturæ editam, aderuntque tunc tam vtilia opera, quando aluus nec liquata fluit, nec ardore inareſcit. nec viſciditate pigrat, ſed mollis eſt. inſuper dum vrinæ nec interceptæ ſunt ab ardore, aliauè de cauſa, nec cruda, prauaque exhibent, ſed ritè procedunt. faciunt namque hæc ad eam oſtendendam coctionem, quam ſubeunt alimentoſi ſucci pro virium, membrorumque tutela, quemadmodum ad morbidorum parationem facit ſputorum coloratio, ſpiratioque non ſtrepens. dum enim colorantur ſputa aſſumunt hæc in ſui conſortium ea, quæ offendunt, quæ educta, vtique morbum alleuiant, ipſamque ſpirationem liberam ſinunt. dictum namque in ſuperioribus, quod anxiè ſtertere ſputi adeſſe vbertatem in pulmonibus ſignificat. Ergo benè de ſalute ſperandum in pleuritide, dum aluus mollis eſt, lotium benè decurrit, ſputa colorantur, nec vllus in pectore ſtrepitus eſt. contrarium, ſi contraria affuerint. dictum propterea aliàs ab Hipp. opportunum in peripneumonia eſſe, vt aluus nec valdè ſuppreſſa ſit, ne febres acutiores fiant; nec admodum deijciat, ne ſupernæ partes reſiccentur, vtiliſque deſiſtat exin ſputorum exitus. tenuis autem vrina cumulatim exiens Anaxionem ſeruauit, & quæ craſſa, ac ſubrubra liberè excernitur, non rarò tolit dorſalem pleuritidem. Cęterum dulceſcentia in pleuriticis ſputa ad difficilem ſanationem faciunt, quoniam empyematis fientis ſignum præbent, vt mox dicetur.

IX.

Bilioſę ſimul, & ſanguineę pleuritides plerumque nona, aut vndecima die iudicantur, & maximè ſanantur.

382 RECrementoſa bilis ſanguini ſic commixta, vt aſſiduam febrem pariat; tertianum facit circuitum, cuius dies ſolutoria eſt, vndecima, dummodo concluſus aliqua in parte ſanguis torrido ardore non æſtuet: nam tunc morbus per quintanum etiam procedit circuitum, quē dimidiat nona dies, integrè, & hæc diiudicans, dum viget acuties. hac idcirco ratione bilioſæ ſimul, & ſanguineæ procedunt pleuritides ſolutionem habentes nona die, ſi plus valeat torridus ſanguis: vndecima ſi præpolet recrementoſa bilis. vtcumque hæ ſalubriter ſoluuntur, quia ex hac permixtione pituitoſa prompte coquuntur, exeuntque ſputa ſigno, &

cruento

cruento ammixta, quod ad ſalubritatem facit, quia meraca hæc non ſunt.

X.

Quibus autem pleuriticis in principio molles dolores ſunt, quinta verò, aut ſexta die exacerbantur, ij magis ad duodecimam deueniunt, & non valde ſeruantur. periclitantur autem maxime ſeptima die, aut duodecima. vbi vero bis ſeptem dies effugerint, ſeruantur.

383 SVnt ſine ſpaſmatis, vt iam dictum, grauiores pleuritides, quoniam ex neceſſitate oportet, vt quoadvſque viget crudor, dolores affligant, deinceps dum ad æqualitatem deueniunt ſucci, laxaque eſt reddita affecta pars dolores miteſcunt, quod in initijs morborum contingere nequit; diſſonat propterea, vt ab initio molles ſint pleuriticorum dolores poſtmodum ſe exacerbaſcentes. duorum quippe alterum interueniat oportet, vel quod affecta pars iam ſiderata ſit à morticinio caloris: vel quod acutiei author humor multa glutinoſitate obrutus, non ſtatim ſuam exerit malitiam, ſed eam deinneps promit, quando iam calor pondus glutinoſorum diſtraxit. aſt qui à prima cauſa molles ſe offerunt dolores, nullis exacerbantur acceſſibus, quia pars eſt iam omni deſtituta ſenſione. Ergo molles dolores, qui tractu temporis acutiem promunt, ſecundam agnoſcunt occaſionem, quia aliquali obrutus craſſitie acer humor tandem ſe exerit, interim dolum machinatur, vt exacerbationem mox ſæuam promat: hoc enim tenuium, illud craſſorum, ſi non perpetuò, ad tempus propium. cur autem hi dolores hunc habeant euentum, vt ſe exacerbaſcentes quinta, aut ſexta, iudicationem habeant duodecima, ex dictis in ſuperiori volumine conſtat. nam duodecima complet hebdomadam à ſexta, pleuriticorumq. mala per hebdomadas plerumq. procedunt, dictumque ab Hipp. 3. de morb. quod dolores ſeptima ingraueſcentes, iudicium habent decimaquarta. per hebdomadam ergo ab inſultu molliter incepto periclitabuntur ægri die ſeptima, dum nimirum latens humor tantam doloſitatem habet, vt inſidioſè ad ſeptimam vſque ſerpat. duodecima quoque adimplet hebdomadam à ſexta, vt tunc ſuum diſcrimen exerat, poſtquam ſexta doloſus humor ſuam exhibuit acutiem. ſeruantur nihilominus, inquit, iſti ægrotantes ſi bis ſeptem dies effugerint, quoniam iſtud eſt acutorum ſpacium, quod tranſilire nequeunt, dum eandem ſeruant ideam. cęterum quanquam aliàs dictum, quod acutæ paſſiones molliter inceptæ non tranſiliunt decimamquartam, quia quantum ab initio de celeritate detraxerant, ingraueſcentes tantundem ad-

 dunt;

dunt; nihilominus, & illud veriſſimum eſt, quod inſultus erroneo modo ingraueſcentes initium ſuorum circuituum ſunt à die, qua ingraueſcunt: magno idcirco cum artificio dictum ab Hipp. quod ſibi ſeptem dies effugerint, ſeruantur, vt totum nempe acutici ſpacium adimpleant, à die, qua inualuit acuties: propterea pleuritides molles primis diebus, ſexta deinceps ſe exacerbaſcentes, duodecima die erunt in magno diſcrimine, ſed ſi vlterius progrediantur adhuc diſcriminoſæ erunt vſque ad diem decimamoctauam, quæ complet duas hebdomadas à ſexta, & ipſa diiudicans eſt in circuitibus erroneo modo procedentibus. dempta enim deinceps acuties, ſi non ſolutæ fuerint pleuritides; in empyemam tranſeunt, quod eſt degenerare in alium morbum ſuis ſubiectum circuitibus, ſed hoc per quam raro iſtis accidit pleuriticis.

XI.

Quibus pleuriticis ſtrepitus ſputi multus in pectore eſt, & facies triſtis, & oculus icterus, & caliginoſus, hi pereunt.

384 Non vnica eſt cauſa, ob quam collecti in pectoribus humores ſtrepitum edunt: nam & feruor id facit, dum & crebra eſt ſpiratio, & ebulliunt ſucci: & morticinium caloris, dum flatus exitum quęrentes degrauantur pituitæ pondere. vtcumque pernicioſus ſtrepitus hic ſed à feruore editus, ſummè diſcriminoſus: à morticinio mortiferus prorſus, cui & alia nunc recenſita ſigna ſe adaptant. nam facies in iſtis depreſſa, triſtis fit, & cadaueroſa, alba oculorum pars icterica euadit tum quia germinat bilis, tum quia deficiunt ſpiritus, vt exin obtenebretur viſio, & hoc modo Euridamus in Oeniade peripneumonicus deceſſit vigeſima oculos ictericos habens, quæ ſigna ex neceſſitate non occurrunt, dum à feruore ebuliunt ſucci, nam tunc rubeſcit plerumque facies, oculique incentè ſcintillant, vt ex aliàs dictis conſtat.

XII.

Qui ex pleuritide ſuppurati fiunt, in quadraginta à ruptione diebus expuunt.

385 Concluſus in latere humor non eiectus libera ſpuitione, ſuppuratum concipit, & vomicam conſtituit, quæ diſrupta, pus in cauum thoracis effundit, editque empyema. ſalubris autem eſt euomitio hæc tum ratione humoris euomiti, tum partis euomentis, ſi modum, & tempus ſeruet. modus eſt, vt vomica vndique ſe adaperiat, ne quid in

latere

latere puris maneat. nam contingit quandoque, vt diſrupta vomica aliquid adhuc ſeruet, quia ſit inæqualiter facta ſuccorum matureſcentia, & tunc pus relictum altius ſe inſinuans, intercoſtales muſculos inuadit, coſtas eleuat, & aſpectabilem tumorem facit, magno cum ægri diſcrimine. aſt ſi tota purulentia ſe effundat, tunc pars ad integritatem promptè reddit, quia membranoſa, & ex carnis collectionem totam in vaſis detinet, quæ facilè poſt euomitionem coaleſcunt. Tempus opportunum ruptionis eſt, poſtquam morbus acutiem depoſuit: nam dum viget acuties digeri quidem, ſenſimque per coctionem tranſponi poteſt noxius humor vt per liberam ſpuitionem ſe depleat, ſed in optimum pus duci nequit. ratio eſt, quia digeſtionem nanciſcitura ad citam ſolutionem ocyus ſe exerere debent, & quàm ſerius, tam fore tardiorem ſolutionem deſignant, quod non eſt ſine diſcrimine; quæ autem ſuppuratum concipiunt diù concluſa manere debent, alioquin ſi reſpirent, matureſcentiam vnquam indipiſcuntur integram. ergo tranſeuntes in ſuppuratum pleuritides ſiccæ, & crudæ ſunt, hoc eſt libera deſtituuntur anacatharſim, & tunc quæ intus concluſa manent, aut ſummam prauitatem gerunt, ac in corruptionem abeunt, vt necem moliantur intra acutorum terminum, aut mitiorem conditionem obtinent; ſed nimia hærent craſſitie, & hæc non eiecta debitis temporibus, tandem in pus matureſcunt ſe euomens deinceps in thoracis cauum vigeſima, quadrageſima, aut ſexageſima die, vt inferius dicturus eſt Hipp. & ab hoc ruptionis tempore ſuis percepto inditijs (de quibus inferius) ſumit ſpacium purgationum initium, quod integrè debet eſſe quadrageſima à ruptione die peractum. nam, ſi quid deinceps manſerit, iſtud tabem molitur, quam nequit inferre, dum libera eſt puris eductio, quoniam tunc nec prauitas vrget, nec perennis adeſt purulentorum ſuccretio, & quàm ocyus ſe deplet, tam ſecurius: quandoq. enim ſtatim à ruptione prodit cumulatim magno cum impetu, quod licet diſcriminoſum, ſalutare atamen, ſi robuſtum ſit thorax, ductuſque pateant, nam & vomitus is paratur quoque vtiliter arte, dum non eſt libera anacatharſis, vt eſt ab Hipp. proditum, & experientia compertum.

XIII.

Sputum in omnibus pleuriticis, ac peripneumonicis facilè, & cito expui conuenit, & flauum ſputo admixtum eſſe. quod verò longè poſt dolorem educitur flauum, aut non mixtum, & multam tuſſim inducens malum.

186 AD citam facit, tutamque pleuriticorum, ac peripneumonicorum ſolutionem, vt ſputa facile, & citò exeant, ſintque hæc

 flauo

flauo ammixta. nam tunc natura dominatrix eſt, quando liberè noxium promit, illudque ad excluſionem parat: parat autem, dum diuerſa recrementa ammiſcet, vt nec pituita ſolitaria ſua craſſitie hæreat, nec bilis ſola ſuo amarore offendat. ſic enim, & empyematis tollitur occaſio, quia promptè exit, quod noxiè in membrum defluxerat; & digeſtio vtilis fit, quia natura commixtionem parat noxiorum, vt amplius non offendant, ſed liberè, ac largiter ſe promant. ſic caupo ille decimaquarta integrè ſanatur, quia ſputa commodè proceſſerunt. aſt ſi contraria his accedant, noxium certè, quoniam & recrementa exundant, & natura à ſuo deficit munere copia fortaſſis accedentium ſuccorum obruta.

XIV.

Prauum autem eſt penitus flauum meracum, & viſcoſum, & album, & rotundum, & cum virore pallidum, & ſpumoſum, & liuidum, & æruginoſum. peius autem aliquanto eſt id, quod ita meracum eſt, vt nigrum appareat.

387 Recrementoſa bilis ſuam hoſtilem naturam quadantenus remittit, dum aut ſero diluitur, aut pituita vndique ſe immergit: quin ad talem adacta naturam, craſſa attenuat, viſcida detergit, obſtructa reſerat, & hæreſcentia cit. quapropter mala exorta ab hac bilis conditione, licet moleſta, tutiſſima tamen. è contra ſi meraca eſt, ſummè hoſtilis eſt, quoniam tunc concitata furit, nutritionem ſubuertit, & ſpiritus diſſipat. prauæ ergo ſunt ſpuitiones biliosæ penitus meracæ, adeout & impensè amareſcant, & omnino flauę ſint. quippe viſcera tunc incedio flagrant, aduſtionemque iſtinc ſubeunt recrementa cum virore ideo palleſcentia, vt de icteritia abunde colorata iam dictum. quod ſi atra quoq. aduſta exundet, tunc æruginoſa euadunt ſputa, ipſaque pituita viſcoſior reddita, durum quid efformat, rotundum, & album, quia ardore lapideſcit, vt è contra, ſi diffluat aquoſa, ſpumeſcit in anguſtis ductibus à calore agitata, quæ cuncta prauitatem morbi denunciant. nam rotundum quid exiens in magnis quidem inflammationibus mentis aberrationem promittit, vt ſcriptum eſt 3. in 6 Epid. in phthiſicis verò deſperatam tabeſcentiam, & viroſa flauities ſputorum duodecima die in Anphiphradis filio conſpecta, mortem denunciauit adfuturam decimaoctaua: ſpumoſa quin prius, mox purulenta, & ſpumoſa à lateris dextri ruptione excreans Antiphanis filius, obijt tandem cum ſtertore, & multa inſania. ſimilia quoque ſimilibus ex occaſionibus Teſſaloni acciderunt: nam huic ſputa

aderant

aderant feruentia, ſpumantia, & purulenta, tuſſes etiam, & ſtridulæ aſperitates. aſt dum ob ardoris exceſſum tendunt ad internectionem ſpiritalia membra, tunc ſputa liueſcentia, mox nigricantia prodeunt, quæ conditiones ſummam meracitatem demonſtrant, ſummam idcirco prauitatem gerunt.

XV.

At ſanguine non multo permixtum flauum in principio quidem ſalutare eſt: ſeptima vero die, aut poſterius minus tutum. ſanguineum verò valdè, aut liuidum ſtatim in principio periculoſum eſt. praua ſunt etiam ſputa ſpumoſa, flaua, nigra, æruginoſa, aut viroſa, & quæcunque citò colorantur. at mucoſa, & fuliginoſa citò colorantur, & ſecuriora ſunt. quę verò intra quintum diem ad coctionem colorantur, meliora.

388 Biliosæ ſimul, & ſanguineæ pleuritides citam, & ſeueram plerumque habent ſolutionem, dum nempe ſputa exeuntia modū & tempus ſeruant. modus eſt, vt flauum permixtum ſit non multo ſanguine. nam paucitas cruoris è phlegmone emiſſa inflammatam partem ſubleuat, facilè ſe ſputo adiungit, nec in thoracis cauum promptè concreſcit, quod accidit, dum in hemaptoſa pleuritide vbertim ad lethalitatem effunditur. tempus opportunum eſt, vt primis talia prodeant morbi diebus, quoniam ſic inflammata pars reſpirat, optimamque, & expeditam ſubeunt concluſi humores digeſtionem. quocirca ſi intra quintam diem talis ſe exhibet coloratio, vtique ſperanda integra ſolutio ſeptima, nona, aut vndecima die, ſin autem ſeptima tale ſignorum genus apparet minorem ſecuritatem morbus habebit, ſuamque diiudicationem differt ad decimamquartam vſque non ſine diſcrimine. cęterum diſcriminoſum quam maxime eſt ſeu ſanguineum ſtatim ſe proferre ad ſtabiliendam hemaptoſam pleuritidem: ſeu liuidum, vt notet prauam conditionem exundantis pituitæ, quemadmodum etiam praua ſunt ea ſputa quæ ſuapte natura talia, citò à ſanguine colorantur, qualia ſunt ſpumoſa, flaua meraca, nigra, æruginoſa, & viſcoſa, quorum ſputorum prauitas iam innotuit, attamen mucoſa, & fuliginoſa excipienda ſunt, quoniam hæc licet ſuapte natura mala; (nam mucoſa crudorem, fuliginoſa ardorem gerunt) nihilominus, ſi promptè pauco colorentur ſanguine, tuta ſeu meliora ſunt, quoniam matureſcunt promptè cruoris ſub bilis additione opportuna.

Omne

XVI.

Omne porrò ſputum non ſoluens dolorem, prauum eſt: ſoluens autem bonum.

389 NAtura noxiorum molitur excretionem, vt morbum tollat, & ſuccreſcentia ſymptomata auertat, nec opus eſt naturę queuis excretio talia non peragens. ergo nec bonæ illæ ſpuitiones, quę dolorem à pectore non eliminant, etiamſi ſuapte conditione bonæ ſint, quoniam exiens tunc illud non eſt, quod morbum facit, ſed iſtud in occultis latitans, ac pertinaciter hærens diſcruciat, necemque molitur. illud idcirco ſe efferens bonum eſt ex his, quæ præter rationem eueniunt, dictumque aliàs, difficilia fore ea mala, quæ bonis cum ſignis non remittũt. Aſt è contra ſpuitiones, quæ dolorem ſoluunt, ſi quidem bonæ ſuapte conditione ſunt, firmam ſecuritatem promittunt; ſin autem ſuapte natura prauæ ſunt, nihilominus dolorem ſoluunt, nòn ſine vtilitate exeunt, quoniam tunc non amplius hæreſcentes offendunt; ipſarum ſublata moleſtiarum cauſa. hinc vtiles excretiones, decubituſque habentur prauorum ſuccorum, dum hi non propio orgaſmo, ſed ipſa ſecernente natura tales exeunt, quia aliam nequeunt conditionem nanciſci. nec inſidiosè tunc, ſed meritò miteſcunt cruciatus eorum ſublata cauſa. ſi placent exempla, habes Antiphanis filium, cui nona remiſit febris, dolebat latus, licet multa eſſet, & craſſa ſpuitio, deceſſit delirans, obcæcatus, & ſtertens. Anaxioni vtilitatem attulit non bona ſpuitio, quia dolorem ſedauit, & Piſiſtrato ſputa ſanguinea, & ſpumoſa quinta die ſanitatem dederunt.

XVII.

Quicumque vero cum bilioſo purulentum educunt, aut ſeorſim, aut permixtum plerumque decimaquarta die moriuntur, ſi non mali, aut boni quicpiam ex præſcriptis ſuperueniat, ſin minus pro ratione. maxime autem his, quibus huiuſmodi pus ſeptima die incipit.

390 QVæ in pectoribus concluſa ad purulentiam tendunt, quàm ocyus ſuæ maturitatis ſigna dant, tam diſcriminoſa ſunt. valida enim eſt tunc effetrix cauſa, quæ collectum humorem tam ocyus in purulentiam transfert, dum fluxio adhuc in curſu eſt, ipſaque viget acuties corrumpit enim inopportuna hæc matureſcentia partis tenorem, euocanſque recrementa, quæ in curſu ſunt; ſpirationem anguſtiat, & ipſa inæ-

ſa inæqualis euadit, quod peſſimum eſſe in omnibus tuberculis teſtatum relinquit Hipp. 1. in 6. Epid. Ergo qui cum biliofo ſputu ſignum gerens adhuc fluentis humoris, purulentum quid ſeu ipſi ammixtum, ſeu abiunctum promunt, decimaquarta die plerumque decedunt, potiſſimum ſi ſeptima die tale pus ſe exerere incipiat, vt hebdomadarius ſeruetur circuitus hoc prauo ſucco ſpiritus & alimenta vndique conſpurcans, ocyus nihilominus, aut ſerius mors ipſa aduentabit, vt erunt reliqua ſeu bona, ſeu mala. nam ſi quæ ſunt ſuapte natura bona, huic ſe adiungant ſigno, eius tardant, at non euincunt malitiam, quia hoc nimis pernicioſum eſt. ſin autem accedant, quæ ſunt mala, cuncta vtique in citam conſpirabunt ægrorum perniciem. inde factum, vt Amphiphradis filius ſolùm vigeſimaoctaua, & Meandri vxor vigeſima deceſſere, quoniam licet ſeptima biliofa, & purulenta expuere ceperint, reliqua non omnino praua erant.

XVIII.

Bonum verò eſt & in his, & in omnibus circa pulmonem morbis facilè ferre morbum: à dolore liberatum eſſe, ſputum facilè educere, bene ſpirare, & totum corpus æqualiter caleſcere, ac molle eſſe. & ad hæc ſomnos, ſudores, vrinas, alui egeſtiones bonas eſſe. mala autem ſunt his contraria. ſi quidem igitur omnia bona ad hoc ſputum acceſſerint ſeruari homo poterit, ſi vero partim affuerint, partim non, non vltra decimamquartam vita producta peribit. quod ſi contraria ſigna accedant, citius etiam.

391 Ennarrat nunc, quæ nam ſint illa bona, ex quorum præſentia malitia dictorum ſputorum, & in vniuerſum omnium paſſionum circa pulmones exiſtentium, ſi non tollitur prorſus, infringitur ſaltem, & aliquandiù tardatur, quæ quùm ſit per ſe ipſa, & ex iam dictis aperta, aliam non indigent expoſitionem. ergo ſi bona hæc cuncta purulentis iſtis ſe adiunxerint ſpuitionibus, poterit æger ſeruari, non tamen à mortis erit immunis periculo, licet iudicium ſe protrahat, vt exemplis ſuperius adductis patet. aſt ſi aderunt ex bonis aliqua, reliqua abfuerint, certi erimus de interitu adfuturo intra decimamquartam, & hic citius accedet, ſi bonis contraria ſigna affuerint. vide ergo quanta ſit horum ſputorum malitia, vt cuncta requirat bona ad aliqualem ſalutis ſpem concipiendam. mortiferum ergo ex his deſumptum inditium.

Qui-

XIX.

Quicumque verò dolores in his locis non ſedantur neque ad phlebotomiam, aut victus rationem, neque ad ſpuitiones, ſuppurantur.

392 CVmulatius 2. prognoſt. Quicumq. autem, inquit, dolores ex his ſedibus non deſinunt, neque ſcreationum purgationibus, neque ventris ſub ductionibus, neque venæ inciſionibus, ac pharmacis, & victus rationibus, in ſuppurationem vertiſciendum eſt. ſed ibi vniuerſim de omni pleuritico dolore, qui iuxta cauſarum, locorumuè affectorum diuerſitate curatur & phlebotomia, & pharmaco, & alijs enarratis auxilijs: nunc particulatim de ea ſuppuratione, quæ in acuto morbo plerumque ad interitum fit, quæ quum ab inſigni pendeat phlegmone, tria hæc ſolùm expoſcit auxilia phlebotomia, ſputorum eductio, & victus ratio. nam pharmaca damnoſa in omni phlegmone, vt 4. Acut. ſcriptum. Ergo dolores in his locis occurrentes iſtis non ſublati auxilijs in ſuppuratum tranſeunt, quoniam pertinax eſt illę humor, qui collectus opportunis illis non deſcedit auxilijs, quùmque affectam partem adhuc & diſtendat, & inflammet, nec digeſtionem ſubeat, reliquum vt ſuppuratum concipiat, purulentaſque ſpuitiones reddat, & ad interitum quidem. ſi intra acutorum terminum prodeat, non ſine ſalutis ſpe, poſt decimamquartam ſe exerens liberam habeat anacatharſim. ſcriptum enim 3. in 6. Ep. non reuerti, quæ ſuppuratum concipiunt, quoniam ipſa maturatio criſis, & abſceſſio ſimul eſt: ſi nimirum integra ſit, & debito tempore facta. tolluntur ergo priuſquam accedant ſuppurationum mala, aut per liberam, & liberalem expuitionem, cuius ſolius ope Piſiſtratus conualuit: aut per ſanguinis detractionem, quæ ſummè vtilis Anaxioni fuit octaua die administrata, profluuia quoq. menſtrualia liberauit Cleomenis vxorem à ſæua pleuritide: aut per victus rationem, quę quantum in iſtis conducat paſſionibus, declarat Hipp. 2. Acut. & alibi. iſtis ergo tam vtilibus non ſublati auxilijs vertuntur in purulentiam hi dolores, ni mors malum præripiat, vt Metoni, zoilo, & filio Antiphanis accidiſſe legimus.

Qui-

XX.

Quibuſcumque autem ex peripneumonia abſceſſus circa aurem, aut ad inferas partes fiunt, & ſuppurantur, & fiſtulantur, hi ſuperſtites euadunt. fiunt autem his, quibus & febres, & dolor affuerit, & ſputum pro ratione prodierit, neque bilioſę alui egeſtiones, ſolutaq. faciles, ac meracę fiunt, neque vrina craſſa valde, & multam ſubſidentiam habens, & alia ſalutaria habuerint. fiunt autem ad inferas quidem partes his, quibus circa precordia inflammatio fit: ad ſuperas verò, quibus præcordium molle, & doloris expers fuerit, & vbi per tempus aliquod difficulter ſpirauerint, ac citra manifeſtam cauſam ceſſarint, at abſceſſus ad crura in periculoſiſſimis peripneumonijs, omnes quidem commodi ſunt, optimi autem ſputo purulento pro flauo fiente. non procedente vero ſputu ſecundum rationem, neq. vrina bonam ſubſidentiam habente periculum eſt claudum fore hominem, aut multum moleſtiarum exhibitura res eſt. ſi verò recurrerint abſceſſus febre conſequente, & ſputo non procedente periculum ne intereat, aut deliret.

393 QVod aliàs de fugaci laterum dolore miteſcente copioſa bilioſorum tenuium deiectione; idem de peripneumonia dicendum, quæ & ipſa larga quandoque miteſcit deiectione, vt Cauponis exemplo conſtat. huic enim decima aceruatim, & copioſe aluus profudit, & decimaquarta ſalus à peripneumonia, quod eſt verè pleuriticis denegatum, quibus etiam nec vtiles abſceſſiones occurrunt, quoniam vena azugos per pleuram ſe diſpergens non aliunde ſe propagat, & ideo pleuritidis malum aut digeſtionem optat, aut in purulentiam tranſit, niſi ſummè tenuis, turgenſque ſit humor, quod nunquam veræ pleuritidi contingit. aſt pulmones irrigant vaſa, quæ toti corpori conſenſiunt in latuſque in ipſis prauus humor, vt mentem plerumque ſubuertit, ſic & abſceſſiones promouet ad ſuperas, vel ad inferas partes properantes, quæ peripneumonicis ſæuiter afflictis opem ferunt, dum ſuppurant, & fiſtulantur. vocat autem Hipp. fiſtulatos abſceſſus, qui poſt puris euomitionem ſinus habent, pus per longum tempus promentes. ergo tales abſceſſus ſe fiſtulantes peripneumonicis commodi ſunt, quoniam nedum pus in tumorem collectum euomunt, ſed deinceps ſenſim deponunt, quod ſupereſt in parte primitus affecta. cæterum quibus peripneumonicis tales abſceſſiones ſalubriter occurrant, oſtendit Hipp. per quædam ſigna, quæ partim ex neceſſitate aduenient, dum noxium ad abſceſſionem properat,

rat, & talia ſunt febris, & dolor: partim aliqualem naturæ demonſtrant dominium, qualia ſunt ſputa prò ratione prodeuntia, cum aliquali nempe matureſcentia, ſed liberaliter non excreta, ne abſceſſionis motum ſurripiant: partim neceſſe eſt, vt abſint, ne hunc eundem motum auferant, auertant, ſeu imminuant: hæc ſunt tum alui billioſæ deiectiones, ſolutuque faciles, quæ nempe cumulatim prodeunt, & meracæ ſunt: tum vrinæ craſſam valdè, & albam ſubſidentiam habentes, quæ, vt aliàs annotatum, abſceſſionum occaſionem tollunt. ergo ſi hæc abfuerint, & reliqua ſalutaria erunt, vtilem expectabimus abſceſſionem vi febris, & doloris fiendam. quibus autem in partibus tales ſint expectandæ abſceſſiones, & ſua demonſtrant ſigna, nam decumbunt in infernis partibus noxij humores, dum æſtuoſo dolore affliguntur præcordia, tumentque hæc fugaciter, quia per ipſa tranſcurrunt ſucci vi febris, & doloris euulſi à pulmonibus, ac deorſum properantes. dum autem ad ſuperas decurrunt, tunc mollia quidem, ac indolentia ſunt præcordia, ſed difficilis ſpiratio, quæ iam diù defatigauerat pulmones, repentè ac ſine ratione ceſſat, quia nimirum premens humor libera, ac liberali non expurgatus ſpuitione, aliò ſe transfert, liberamque ſpirationem reddit citra manifeſtam occaſionem, quod accidit etiam, dum integrè ad infernas decumbit. cęterum vt in benignis peripneumonijs commodi ad aures fiunt abſceſſus ad empyematis auerſionem, vt in Calcedonio; ſic in periculoſis ſunt diſcriminibus pleni, expeditque vt ad inferas potius partes abſcedat humor, vt bonæ abſceſſionis ſeruet normam. ſic ergo ad crura abſceſſiones iſtæ procedentes vtiles euadunt in diſcriminoſis peripneumonijs præſertim, dum flaueſcentia iam ſputa, purulenta euadunt, vel ſaltem in deficientia horum ſputorum vrina profluit bona cum ſubſidentia, quippe dum in puriformem naturam tranſeunt flaua ſputa, ſignum eſt abſceſſiſſe iam fluentia recrementa, & quæ affectæ parti hærent matureſcentiam ſubiiſſe. nam concocta ſunt ſputa; inquit Hipp. 4. Acut. quando puris ſimilia ſunt, vt ex hiſtoria quoque Cartidis dignoſcitur. Ergo abſceſſiones iſtæ coctionum ſigna gerere debent, vt vtiles ſint, nam, vt 2. Epid. proditum, quæ cum ſignis cruditatum adueniunt abſceſſiones, aut recidiuant, aut acriſiam faciunt; inde eſt quod ex iſtis abſceſſionibus malè in pernicioſa peripneumonia paratis claudicationis, ſeu aliorum imminet metus malorum, dum nempe ſeu perennis eſt prauorum ſuccorum defluxus ad coxæ articulum, vt tractu mox temporis inde fiat coxiaria tabes, ſeu palyndromes fit, quia vel ſuopte orgaſmo recurrit ad intima demiſſus humor, vel trahitur à parte primitus affecta æſtuante ac dolente, quod pernicioſum vtique eſt, ſi inde febris inualeſcat, nec

ſputa

ſputa exeant; imminent quippe interitus, ſeu deliratio, vt recurrentis humoris, excipientiſque partis ſe habuerint conditiones.

XXI.

Quicumque vero peripneumonici non purgati ſunt iudicatorijs diebus ſed mente moti quatuordecim dies effugerunt, periculum eſt ſuppuratos fieri.

394 Tranſit & peripneumonia non ſoluta intra acutorum ſpacium in empyema, & maiori certè cum diſcrimine, quam faciat pleuritis, tum quia non tam promptè inde empyematis malum accedit, tum quia iſtud multa mala & præmandat, & pediſſequa habet. non tam promptè inquam accedit, quia laxa pulmonum conſtructio, vt parata eſt ad fluxiones excipiendas, ſic eas per patentes ductus excludit, digeritque aſſiduo motu, & caloris perenni conſortio. & vt in pleuriticis vnica ſputorum, aut altera vrinarum excluſio vtilitatem affert: in peripneumonia quamplurima ſunt ſuppurationis occaſionem auertentia. & propterea ſummè periculoſæ erunt ſuppurationes ſui ſumentes initium à peripneumonia, quum non niſi violentis de cauſis aduenient. Porrò ſuppurationem hanc præuenit mentis aberratio, quia comercium ſummum interuenit inter pulmonum corpora, & vaſa ſpiritum deferentia: inſequitur autem vlcus à diſrupta vomica, quod ni promptè, & ocyus ſaneſcat, ægrum in deſperatam phtoem ducit. quæ nam autem ſint vtiles peripneumonicis accedentes purgationes alias dictum, & hæ ſi defecerint, preſſo ſint artificioſa auxilia, nam Anaxioni contulit phlebotomia octaua die adminiſtrata, quia ſeptima, nil boni apparuit.

XXII.

Peripneumoniæ ex pleuritide tranſmutatæ ſecuriores ſunt his, quæ ab initio ſiunt.

395 Pleuritis fermè ſemper primitus accedit, ſed inſolens eſt, vt ſic phrenitis, & letargus adueniant, medio modo ſe habet ardens febris, quæ & ſolitariè, & conſecutiua aliorum morborum ratione editur, cui in hoc generationis ordine ſimilis eſt peripneumonia. ratio horum euentuum eſt, quia vena ſine pari per latera diſtributa noxium à cerebro per iugulares immiſum protinus ſumit, nec ab infimis, niſi quod tenue eſt recipit, & iſtud licet quandoque latus dolore fatiget, non hæret tamen ſic, vt pleuritidem faciat, niſi à capite defluxa ſe adiungant craſ-

ſa. de

ſa. de letargo autem, & phrenitide res eſt manifeſta, quia ſpirituoſus ſanguis ſiue craſſitie hæreat, ſiue concitatè decurrat; nequit ad talem adigi malitiam, vt inæqualis redditus viſa diſtorquet; niſi quamplurima, eaque acuta anteceſſerint mala, & vt inſolens annotatus eſt euentus illius, qui prima die phreneticus decubuit meritò decedens quarta. de ardente febre vbertim aliàs dictum, qua nam ſcilicet ratione, & primitus, & conſequenter accedat, quod ipſum de peripneumonia intelligendum, cuius primitus euentus periculoſiſſimus eſt, quoniam eſt ſummè violenta cauſa, quæ per cor in pulmones delata, hos ſpongiformes aſſiduaquè aeris attractione recreatos & inflammat, & tumefacit, quod factum conſecutione aliorum morborum minus periculi adfert, quoniam ſenſim iſtinc in malam diſpoſitionem ſe adigunt pulmones. iſtud tamen hac accipiendum cautione, quod ſi peripneumonia eſt anginæ pediſſequa, mortifera hęc, quoniam anginæ ſæuus humor affector per eoſdem in pulmones fertur ductus, per quos etiam fertur, qui primariam affectionem inuehit, ideoq. quum eadem interueniat violentia, eadem quoque occurrunt diſcrimina. Aſt ſi à pleuritide peripneumonia naſcatur, ſecurior hæc vtique eſt, quoniam quum nulla interſit harum partium per vaſa communio, nequit noxius humor ſuam ab vna in aliam partem ſedem transferre, ſed ſola ardoris vicinitate tunc pulmones inaccenſi ſic æſtuant, vt exin ſiccam peripneumoniam efforment, quæ mitior cæteris ſolo reſtinguitur copioſo potu diluente reſiccatos pulmones, vt eſt ab Hipp. 2. de morb. proditum. Porrò huiuſce ſuccreſcentis mali mentis aberrationes inditia præbent, quæ pleuritidi abſonæ, non niſi per hanc pulmonum compaſſionem accedunt, vt ſcriptum eſt loc. nup. cit. ab Hip. verumtamen ſuis non carent diſcriminibus & iſtæ peripneumoniæ, præſertim ſi vires fuerint imbecilles, vt annotatum eſt 7. Aph. 11. hacque de re Hipp. 1. de morb. ſic philoſophatur. Et plerumque, ait, hi pereunt nimirum debiles iam exiſtentes, & nouo alio morbo inſuper generato dies tranſigere nequeuntes donec ſputum in pulmone coquatur, verum vt plurimum pereunt præ debilitate, aliqui tamen euadunt, illi nempe qui illum non contraxerunt languorem, qui ſolus eſt diſcriminoſus, dum hæ in acutis occurrunt tranſmutationes.

XXIII.

Corpora exercitata, & dura citius à pleuriticis, & peripneumonicis morbis pereunt, quàm inexercitata.

396 PRopium laboris eſt, ait Hipp. 2. de Diet. ſiccare, & robuſta reddere corpora, & exin minus obnoxia morbus redduntur, ſi

per

perſeuerent inſolitis excrementis, vt ſic membrorum ſpiracula adapertà maneant. nam, vt roboris ratione minus ſunt moleſtijs obnoxia (laborat enim animal propio robore debilitato) ſic ſi cutis denſentur ſpiramenta, promptiſſimè, ac pernicioſè corpora hæc ægrotant. hæc ergo præmandetur diſtinctio, quod corpora exercitata alia denſam, alia peruiam cutim habent: vtraq; robuſta, ſed illa minus ab acutis oſtenſionibus immunia, quia tenues, & calidi vigentes humores non diflati ob denſitatem cutis promptè ardorem concipiunt, ac in ſicco hæreſcentes rorido non attemperati madore pernicioſius affligunt. aſt quæ deſidem vitam corpora agunt, licet occluſa habeant cutis ſpiracula, minus acutè laborant, quia quod tenue, feruidumq; irrepit, multo obruitur, & quod vitiatus refrenatur madore, ac ſubinde malum diutius perferrunt, nec aditum auxilijs denegant. ſcriptum attamen 2. Aph. 44 obeſa corpora facilius rapi, quam gracilia, quod intelligendum de illis gracilibus, quorum venæ amplæ ſpiracula quoq; peruia habent. nam cutis raritas, ait Hipp. 3. in 6. Epid. ventris facit denſitatem, quia humiditates exundantes per adaperta exeunt ſpiracula. è contra cutis conſtrictio carnium facit incrementum, quia humores detinet, denſata ergo cutis eſt, quæ promptè occaſionem mortis affert, quæ quam obeſſis corporibus ex neceſſitate occurrat, inde eſt, quod hi promptius decedunt, quia & vaſa in iſtis ſunt anguſta, & occluſa cutis ſpiracula. nunc autem conſiderat ea corpora, quæ acribus repleta ſuccis, opportuna difiatione priuantur, qualia ſunt exercitata, & denſa, in quibus promptè ad pectus depluitiones feruntur, quia in iſtis vaſa ampliſſima ſunt. dignum certè in arte monitum, ne indiſcriminatim tunc præſagia fiant, tum adminiſtrentur auxilia, qua de re plenius aliàs.

XXIV.

Grauedines, & ſternutationes in morbis circa pulmonem, & anteueniſſe, & ſuccedere, malum. reliquis autem ſternutatio non incommoda.

397 Depluitio à capite in nares, & gutturis internas partes grauedinis nomine inſignita, tum à calore fit liquante, tum à frigore exprimente, correſpondetque adamuſſim aluinis egeſtionibus indebitè fientibus. ſiue autem hæc præueniat, aut vitijs inſequatur pulmonũ, mala eſt, quoniam perpetuò crudorem gerit, vbertatem promit, nec vulgariter fatigat pectoris partes, ac dum præuenit, ſignum dat eximiã cruditatum adeſſe in cerebro plenitudinem, nundum exinanitam per patentes ductus, labiturq; ſubinde per ſanguifluos ſinus in pulmones: dum ve-

rò inſequitur, cerebrum ardore æſtuans aſſiduè ſuppeditat, quod malum pectoris & fouet, & adauget. ergo perpetuò malæ in iſtis ſunt grauedines, quia vitia pectoris adaugent, non tollunt, vt tollunt, quæ in liene ſunt ipſo atteſtante Hipp. 2. in 6. Epid. Eadem à ſternutamentis occurrunt, quæ ſi anteuenerint, crudoris vbertatem mouent, eamq; in vaſa reponunt, vt deinceps in ſubditas ſtillent: ſin inſequantur, fluxiones inacuunt, & afflictas pectoris partes violenta illa motione diſtrahunt. in reliquis autem ſuis ſternutamenta non carent commodis: nam ſoporatos excitant, difficiles enixiones adiuuant, internos rumpunt abſceſſus, cerebri aggrauationem ſoluunt, & alia conſimilia præſtant bona, quæ licet non per ſe à ſternutamentis, ſed conſecutione naſcantur, nihil tamen incommodi afferunt, dum à ſpiritalibus membris abeſt afflictio.

XXV.

Peripneumonicis, quibus lingua tota alba, & aſpera fit, ambę pulmonis partes inflammatę ſunt: quibus vero dimidium, vna iuxta quam apparet. & quibus ad vnam clauiculam dolor fit, his ſuperna pulmonis ala ęgrotat: quibus autem ad ambas clauiculas dolor fit, ambę ſupernę pulmonis alę ęgrotant. quibus iuxta mediam coſtam, media: quibus ad diſcriminationem, inferna. at totam vnam partem dolentibus, omnia iuxta hanc partem dolent. ſi quidem igitur aortę appellatę vtrimque appendentes pulmonis partes valdè inflammatę ſunt, vt ad latus aſſideant, hac corporis parte reſoluuntur, & liuores foris circa coſtam habent. hos autem veteres ictos, ſiue ſideratos vocabant. ſi verò non valdè inflammatæ ſunt, vt non aſſideant, dolor quidem fit per totum, non tamen reſoluuntur, neque liuores fiunt. Quibus verò totus pulmo inflammatus fuerit vna cum corde, vt ad latus allabatur, hi toti reſoluuntur, & iacet ęger frigidus, ſenſus exors, moriturq; ſecunda, aut tertia die. ſi verò etiam ſine corde contingerit, minus diù viuunt. quidam autem etiam ſeruantur.

398 DIſcretum eſt pulmonum corpus in partes, tum ratione mediaſtini dexterā à ſiniſtra interſecantis; tum ratione lineæ vtrūq; latus diuidentis in partem ſuperiorem, & inferiorem. quod eſt à natura ſumma prouidentia factum, tum vt facilius adſpirationis opus ſe explicet, tum ne vnius partis ſuſcepta labes latius per ſpongioſum corpus ſe diffundens, totum hoc reſpirationis munus incommodaret, ac ſurriperet. num autem pulmones ſe explicent ab aere ſuſcepto, an illum ſuſcipiant, quia ſe expandunt, nec explicare ad propoſitum non facit, ſed noſtris in

enarratio-

enarrationibus perſiſtentes, miram dicamus eſſe linguæ, & pulmonum conſenſionem: nam vt fida eſt hæc cogitationum nuncia, ſic & eos promit morbos, qui ipſis occurrunt pulmonibus ſeruata etiam poſitione locorum affectorum. etenim dum partes ambæ pulmonum ſunt inflammatæ, tunc lingua tota & alba, & aſpera eſt: aſt ſi inflammatio alterutrā partem aprehendit, linguæ ea pars, quæ è directo reſpondet parti affectæ, ſigna monſtrabit. nam alba redditur, quia pituita excocta à tenerrima carne tunicam abiungit, quæ ſubinde albicat, vt incendij ratione exaſperatur. & ſic per hæc in lingua ſe promentia ſigna dignoſcimus, nùm leua aut dextera pars, ambæue ſimul inflammatione teneantur. vtrum verò ſuperna, infernaue, ſeu media pulmonum pars laboret, non aliundè, quam à doloris poſitu noſcere datum. nam ſi ad vnam manſerit dolor clauiculam, tunc ala illius partis ſuperna affligitur. vt ſi ambæ clauiculæ ſint dolore vexatæ, ambæ pulmonum alæ ſupernæ premuntur. aſt ſi in media loborum parte malum conſiſtit, tunc media coſta dolet, vt ad diſcriminationem, hoc eſt, ad ſeptum tranſuerſum cruciatus occurrens deſignat infernas pulmonum partes ægrotare. aſt ſi fuerit dextra, ſeu leua pulmonum pars tota inflammata, tunc totum latus à clauicula ad ſeptum vſq; dolet, & hac ratione affectæ noſcuntur pulmonum partes tum à lingua, tum à doloris poſitu. reſtat vt grauitates harum paſſionum ſuis diſcriminentur inditijs, quæ à quibuſdam ſumuntur ſymptomatis inde emanantibus. ergo ſi ſupernæ pulmonum partes tam ſiut ingenti inflammatione vexatæ, vt & fiſtuloſæ appendices, & vaſa à corde ducta ſint vniformiter afflicta, tunc pulmones impotentes redditi, aſſident ad latus demiſſi, liuoreſq; circa coſtam ea parte apparent, & adiacentia ſiderantur, ſeu reſoluuntur membra. quin acuta, & cangloſa vox redditur, ac deglutionis quandoq; impeditur opus, quia & areſcunt, & arctantur gutturis partes. vocabant autem ſic reſolutos veteres ictos, ſeu ſideratos, quoniã perinde ac ſi fulmine eſſent tacti, momentò ea parte reſoluti corruunt, quod non niſi ab inſigni contingere nequit inflammatione, qua corruunt diſſipati, ac intercepti ſpiritus. nam ſi talis non extiterit, licet totum latus apprehendat, extendatq; à clauicula ad ſeptum dolorem, non declinat factos impotentes pulmones, nec liuores foras promit, nec ſiderat membra adiacentia. Cæterum omnium grauiſſimum malorum eſt, quãdo totus pulmo vnà cum corde incenditur: nam tunc corpus totum reſolutum corruit, perfrigeratum eximiè vllo abſq; ſenſu, moriturq; ſubinde æger ſecunda, aut tertia die, non tam ocyus tamen, ſi cor ab hac tam ſæua affectione illæſum manſerit. nam tunc remedia quædam ingentis profectus ſuccurrere valent, de quibus Hipp. 2. de morb. dum ſermonem de eximia pulmonum tumeſcentia habuit.

XXVI.

Qui ſuppurati fiunt maxime ex pleuritide, ac peripneumonia, eos calores comitantur interdiu tenues, noctu vehementiores, & nihil commemorabile expuunt, & circa collum, & clauiculam ſudant, & oculi cauantur, maxillæ verò rubent, manuum verò extremi calent digiti, & exaſperantur, vngues curuantur, pedes refrigerantur, & tument, puſtulæ toto corpore erumpunt, cibus aborrent. diuturnæ igitur ſuppurationis ſigna ſunt hæc. quę verò breui rumpuntur, ſignificationem habent ex his, quę ſupperaccedunt, & ex doloribus, qui initio apparuerunt, & ſi quid difficilius ſpiret ęger. plurimę autem ſuppurationes rumpuntur partim vigeſima die, partim quadrageſima, partim ſexageſima. quibus igitur dolor in principio incumbit intenſus, & ſpirandi difficultas, & tuſſis cum ſputatione ad vigeſimam diem, & citius eruptionem expecta: quibus autem hęc leuiora, ſerius pro ratione. ſupputare autem oportet tempus, à quo primum doluerit, aut grauatus fuerit, aut febrijt, aut ſi quando rigor corripuit. neceſſe autem eſt ante ruptionem anteire dolorem, ſpirandi difficultatem, & ptyliaſmum. quibus igitur ſtatim poſt ruptionem febris decedit, & cibos appetunt, & pus facile educitur album, inodorum, leue, vnius coloris, & à pituita liberum, & aluus parua compacta egerit, plerumq; breui ſeruantur. quos verò & febres conſequuntur, & ſitis, & cibi faſtidium, & pus liuidum. aut cum virore pallidum, aut pituitoſum, aut ſpumoſum, & aluus inſuper liquida ſit, moriuntur. at quibus aliqua ex prędictis acceſſerint, aliqua non, horum aliqui pereunt, reliqui multo tempore ſeruantur.

399 EX acutis morbis pleuritis præſertim, peripneumonia, & letargus per quam facilè in empyema tranſeunt, dum nec rapiunt primis circuitibus, nec ſoluuntur auxilijs natura, arteuè cōparatis: quippe hæ affectiones noxium habent in phlegmone concluſum humorem, qui vel à natura dominante in optimum pus degenerat, vel à calore corrumpente in ſaniem vertitur. Aſt ſucci mutationes has ſubeuntes conſiderantur, vel vt adhuc in phlegmone ſunt, vel dum poſt eruptionem in cauum thoracis ſe colligunt, vt empyema conſtituant. nam vt poſt eruptionem aſpectu diuerſi ſunt, ſic dum collecti adhuc manent, diuerſa promunt mala eorum ſtatum adamuſſim deſignantia etenim ſi ſanies eſt, quæ ruptionem tardat, tunc interdiu ægri tenui æſtu calent, noctu intenſius æſtuant, dum nempe ſe totus in intimis recolligit ardor: nihil memorabile expuunt, quia parum quid tenuius à vomica exſudat, reliqua

recre-

recrementa ardore ſiccefcunt, viſcoſioraque fiunt. prorumpunt circa collum, & clauiculas ſudores quoniam ſuppremæ partes ſub pondere preſſæ laborant. & quoniam deficiunt ſpiritus, pereuntque nectarei ſucci, oculi cauantur, maxillæque rubent tenuiſſimo per arterias in ſuperas à pulmone immiſſo inardeſcente ſanguine, qui facit etiam ſuo ſicco ardore, vt manuum extremi caleant, & exaſperentur digiti, vngueſque curuentur. & hic ardor totus ſe in ſuperas eleuans ſinit pedes inalgeſcere, & intumeſcere ob delapſum pituitoſorum illuc ſeſe colligentium. aſt quoniam concluſa ſanies non nihil acrium ichorum reponit in venas, & arterias; hinc toto corpore erumpunt puſtulæ, quæ pruritum, & aſperitudinem eximiam edunt, & quia ex hac ſanguinis temeratione nutritionis opus totum ſubuertitur, ideo inappetentes ægri redduntur, dum perit venarum ſuctio. Hæc ſunt, quæ ex neceſſitate occurrunt, dum ſanies iam confecta concluſa in vomica manet, quia vel hæret ſua craſſitie, vel eius eruptio tardatur à partis duritie, craſſitieique ratione accidit, vt vna pars ſuppuret, & ſe euomat in cauum, altera adhuc hærens tempore deinceps matureſcat nouam edens euomitionem, quod eſſe pernicioſum aliàs dictum. expedit enim, vt dempta acutie protinus ſuppuratio contingat, totaque ſe in cauum exoneret, vt mox facilem, ac liberalem ſpuitionem edat. Porrò huiuſce factæ euomitionis ſignificationem habemus, tum ex his quæ mox apparent, tum ex his, quæ anteceſſerant, ſi occultentur. protinus enim à ruptione multum, aut parum quid purulenti excreatur, deſiſtuntque iam ab initio defatigantes dolores, ſpirandique difficultates dempta nimirum horum ſymptomatum cauſa. Cæterum ſolitum huiuſce ruptionis tempus iſtis præfinitum eſt diebus, vigeſima nempe, quadrageſima, & ſexageſima, iuxta conditiones ſuccorum per hoſce properantium circuitus. nam bilioſus ſanguis parum quid pituitoſorum habens vigeſima die integram ſuppurationem promit: habens autem multum horum iudicium ad quadrageſimam vſque differt, & pituitoſus vndique ſanguis nonanum expoſcens circuitum decernitur ſexageſima. ergo ſi protinus ipſo exoriente morbo dolor fortis incumbit cum ſpirandi difficultate, tuſſiculoſiſque ſpuitionibus, nec malum antea rapiat, opportuniſque deſiſtat auxilijs, vtique vigeſima, aut citius puris aderit eruptio. vt è contra, ſi ſint hæc ab initio leuiora, mox ſtato tempore ingraueſcant, ſerius ſe promet ruptura, ſumereque expedit tempus, quo ſpacium metitur ab incoante ſuppuratione ad rupturam ab inſigni aliqua mutatione in morbo facta, quam nobis monſtrat, aut dolor, aut grauitas quædam, aut inſolitus rigor, aut febris. inſtare autem ruptionem cognoſcimus, dum ingraueſcit dolor, ſpirandi difficultas magis premit,

 & ptya-

ptyaliſmus occurrit. nam & ebullit, tumeſcitque quod ſe effundere tentat, partem ſubinde affectam & premit, & dilaniat, ac per rareſcentem tunicam, quod eſt tenuius profert, vt ptyaliſmum faciat. Sic ergo cuncta delineata habemus ſigna, quæ pus demonſtrant in vomica contentum, priuſquam ſe effundat. Cæterum poſtquam effuſum eſt, & ſe in cauum collegit thoracis, empyemaque conſtituit, aut ſpem ſalutis promittit, aut eam prorſus tollit. incolumitatem quidem ſperabilem facit, ſi ſputu facilè ſe efferens album, inodorum, leue, vnius coloris, & à pituita liberum eſt: ſi aluus compreſſa eſt, pauca compacta egerens: ſi decedit febris, & ciborum conſurgit appetentia. cuncta enim hęc adamuſſim deſignant adactum eſſe corpus ad omnimodam æqualitatem, nihilq. in vomica relictum fuiſſe, quod deinceps incommodet. Salus ergo integra ſperanda, ſi tali in ſtatu hæc maneant vſque ad integram puris eductionem, ſed quia hoc anceps eſt, ideo breui hos plerumque ſeruari dictum. aſt è contra ſi à ruptione febris adhuc maneat, ſeu deinceps inſurgat, ſitis, cibique adſit faſtidium: pus liuidum, aut cum virore pallidum, aut pituitoſum, ſpumoſumuè eſt: aluuſque inſuper liquida profundit, certi vtique erimus de interitu ocyus adfuturo, ſi cuncta hæc affuerint, tardius, ſi quædam abfuerint: aliqui etiam ſeruantur diù tabeſcentes, vt diuerſus erit corporum ſtatus. nam Polycrati vxor ex peripneumonia in empyema ducta, tandem deceſſit tabida: deceſſerunt quoque tabidi Poſſidonius, & Polemarchi vxor.

XXVII.

Qui futuri ſunt empyi primùm ſalſuginoſum, deinde dulcius ſpuunt.

400 EMpyi redduntur homines, tum à diſrupta vomica, dum pus in cauum thoracis ſe colligit, tum à pituita defluente in eundem cauum: hæc enim niſi intra dies viginti ſputu ſe depleat in ſuppuratum tranſit, vt 7. Aph 38. ſcriptum. qua ſtante diſtinctione, dicunt aliqui, quod dum pituita vertitur in pus ſalſuginoſa præueniunt ſputa, minime verò, dum empyema fit à diſrupta vomica. ſed dictum iſtorum perpetuam veritatem non habet. putreſcit enim pituita in pus ſe vertens vi caloris, cuius ope acrimoniam quandam nanciſcitur ſalſedinem exhibentem in humore ſuapte natura frigido, quam ſalſedinem deinceps deponit dum integrè in pus verſa dulcedinem aſſumit, quia pus ſuapte natura dulce eſt. eadem ratione vertuntur in pus ſucci in vomica collecti, qui priuſquam eruptionem faciant ptyaliſmum præmandant, quia tenues à vomica exſudant ichores, dum tunica rareſcit, ſic autem exſudare nequeunt

queunt ichores, niſi actimoniam quandam habeant, qua oſcula tunicarum rareſcunt, & hæc acrimonia ſalſedinem gerit. ergo quum ad puris eruptionem anteueniat ptyaliſmus, neceſſe eſt, vt huic quoque empyemati preueniant ſputa ſalſuginoſa dulceſcentia mox, ſi deſiſtat caloris corrumpentis actio, integraque matureſcentia fiat dulcoris effetrix. quod enim dulce eſt, ad optimam naturam vergit, ſi alias bonas habeat conditiones. dictum propterea ab Hipp. lib. de Aliment. quod pus vlceri eſt alimentum, quia non eſt datum cauum vlceris replere, niſi ſanies in pus ſe vertat, & quanquam dulcius expuentes quandoq. decedant, id accidit deficientia natiui caloris poſt confectum pus, vt ſuo loco plenius.

XXVIII.

Quibus in pulmone tubercula fiunt, pus educunt ad dies quadraginta poſt ruptionem has verò tranſgredientes plerumque tabidi fiunt.

401 PVlmonum corpus habet vaſa, habet propiam carnem laxam, & ſpungoſam, & in iſtis partibus diuerſimode phlegmones fiūt, qui non alia ſublati ratione ſuppuratum tandem concipiunt, puſque euomunt in cauum thoracis. cæterum dum vaſa conceptum euomunt pus, quandoque ſtatim, ac promptè ad ſuum naturalem ſtatum reddeunt, & coaleſcunt; quandoque vlcus retinent, per quod euomunt & ſanguinolentum, & purulentum. quæ autem collectiones fiunt in laxa pulmonū carne, tuberculum plerunque pariunt, quod & difficilius ſuppurat, & perpetuò à ruptura vlcus parit ſanatu per quam difficile. hinc duplicia phtiſicorum mala, quæ horum agnitionem quandoque dubbiam reddūt. autumant namque nonnulli, tunc phtiſis abeſſe ſuſpicio, quando ſputa non præueniunt ſanguinolenta; ſed errant non leuiter hi; nam dum pus è vaſis ſe euomet, tunc ſi vlcus relictum eſt; exeunt deinceps ſanguinolentæ ſpuitiones aut ſeorſim, aut pure ammixtæ; aſt dum diſrumpitur è carnoſa parte tuberculum, non eſt neceſſe, vt exin cruentæ ſpuitiones exeant, ſed ſolùm exit ſanguinolenta ſanies, dum pus à ſua integritate abeſt, perinde ac in cæteris carnoſis partibus euenire conſtat. ſicque à diſrupto tuberculo tabes accedit, dum euomitum pus intra quadraginta dies non ſe deplet, quia tunc vlcus ſuccretionem purulentorum facit, quæ agglutinationem impedit, & corpus depaſcitur. cur autem ab iſtis pulmonum vlceribus tabes naſcantur, aliàs ex Hipp. dictum.

XXIX.

In lateris dolore ſtillatio ſanguinis è naribus, mala.

402 QVoniam pleuritidi haud conſonat hæmorrhagia, ideo malæ quoque ſunt in hac ſtillationes, quum & ardoris, & contentionis ſigna præbeant vaſorum ad cerebrum ſpectantium. hinc fluxiones commodius depluunt, quæ incommodæ quam maximè ſunt in morbis ad thoracem ſpectantibus, vt ſuperius oſtenſum. ergo non minus quam grauedines erunt ſtillationes malæ.

XXX.

Quos ſuppuratos mitius habentes ſputorum graueolentiæ ſequuntur eos recidiua occidit.

403 QVanquam aliàs ex Hipp. dictum, immunes fore à recidiuatione empyos, quoniam ipſa maturatio & iudicatio, & abſceſſio inſimul eſt; accipiendum tamen hoc, ſi matureſcentia in ſuo maneat ordine, nec denuo recrudeſcat, ſeu noua ſuccreſcat corruptella, quod poſtremum vtique accidit, dum empyi melius ſe habentes, deinceps inodorum, ac graueolentum ſputum excreant, quia nempe prauum quid relictum eſt in vomica, quod germinat pernicioſius, & partem ipſam corrumpit, ergo morbi recidiuatio expectanda vtique ad interitum, vtpotè à prauo ſucco profecta. hæc habet Hipp. 2. de morb. dum pulmonum tubercula curare docet. Quod ſi liberatum à morbo, inquit, ſpirandi difficultas corripiat, dum ad accliuem locum recta pergit, aut aliàs feſtinat, pharmacum dato, à quo infera aluus non moueatur. & ſi vna cum vomitu pus ſequitur, ſi quidem pus fuerit album, & fibræ in ipſo ſubcruentæ fuerint, effugit: ſi verò liuidum, & cum virore pallidum, & graueolens, moritur.

XXXI.

Qui ex pleuriticis expuunt purulenta ſubſidiaria, rotunda, aut purulenta ſubcruenta progreſſo tempore, pernicioſè habent. pernicioſè item, qui nigra fuliginoſa ſpuunt, aut qui bus veluti à vino nigro ſputa fiunt.

404 QVod à ſuppurata peripneumonia purulenta ſubſidiaria, ſeu amurcoſa, & rotunda ſe proferant ſputa, etſi malum, non tamen

men pernicioſum, quoniam in diuturna etiam phtoe tales exeunt ſputiones, dum tabifico ardore æſtuant pulmones, & in ipſis vlceris malum eſt. at id pleuritidi contingere vt inſolens, ſic pernicioſum. nam pus à gracili latere euomitum plerumque tenue eſt, vt ſic per bronchia deinceps ſputu facilius exeat. ergo amurcoſum, & rotundum exiens ſua à debita conſiſtentia quam maxime receſſit, quem receſſum vel aſſumpſit, dum adhuc lateri hæreſcebat, vel in pulmonibus malè affectis. vtrumq. pernicioſum, quemadmodum pernicioſum eſt, ſi progreſſu temporis exeant ſputa purulenta, & ſuberuenta, quoniam tunc vel relictum eſt in latere vlcus, quod ſuberuentum promit; vel illud in pulmonum ſubſtantia excitant ſputa acria, & erodentia è latere exeuntia. vtcumque ad interitum, obijtque Meandri cçci vxor poſtquam caro purulenta expuit. pernicioſæ quin etiam ſtatuuntur ſpuitiones, quæ nigræ fuliginoſæ ſunt, dum non colorantur ſanguine, ſed vel tales perpetuò manent, vel inſimul purulentiam gerunt. nam fuliginoſæ, & mucoſæ non inutiles quandoque ſunt, ſi citò à ſanguine colorentur, vt ſuperius enarratum. demum & quæ nigræ ſic ſpuitiones ſunt, ac ſi vino eſſent nigro tinctæ, pernicioſæ habentur, quoniam prodeunt iſtæ à corrupto ſanguine, quod accidit in hemaptoſi pleuritide, quæ & ipſa ſuapte conditione pernicioſa eſt, vt 2. de morb. proditum.

XXXII.

Quicumque ſanguinem ſpumoſum ſpuunt dexterum præcordium dolentes, de hepate ſpuunt, & multi pereunt.

405 Veritatem perpetuam illud vniuerſale Hipp. 5. Aph. 13. dictum habet, quod nimirum ſpumoſum expuentes ſanguinem, illum è pulmonibus educunt. nam vt ſpumeſcat is oportet, vt impetu quodam per anguſtos ductus feratur, perinde ac accidit ſpumoſis deiectionibus, quæ tales fiunt ait Hipp. 7. Aph. 30. quia pituita à capite deſcendit, tenuis nempe, & à calore in arctis ductibus agitata. non exin tamen ſequitur, quod ſpumoſus exiens ſanguis perpetuò agnoſcat pro cauſa primariam pulmonum affectionem. exit namque talis aliquando, quia aliunde immittitur, vt per pulmones ſe efferat. quotieſcumque ergo ſpumoſus apparuerit ſanguis, dicendum equidem qnod è pulmonibus exeat, ſed deinceps conſiderandum, nùm ipſi pulmones ſub propia laborent affectione, an promant, qnod immiſſum alia ex parte ſuſceperant. nam qui dolorem habent dextero in præcordio, & ſanguinem expuunt ſpumoſum, tunc expuit pulmo ſanguinem ab hepate immiſſum. nec equidem poteſt

eſſe leue malum, quod conſequenter tam pernicioſum parit ſymptoma. ferbet igitur dextero in precordio ardor, qui facit vt ſanguis per cauam in venam arterioſam immiſſus impetuosè ſalit ad pulmones, ſpuitionemque reddit cruentam, dum diducit, ſcinditque vaſa ſeſe per pulmones expandentia. ingens ergo eſt ille iocinoris ardor qui tantam ebulitionem facit, vt ſubinde & cor palpitet, & cruoris fiat ſpumoſa ſpuitio.

XXXIII.

Quibus dum concutiuntur, pus cęnoſum, & graue olens prodit, plerumque pereunt.

406 OPortuna eſt ad empyematis ſolutionem libera, & copioſa puris expuitio, & hoc accidit, dum pus optimas gerit conditiones. nam tunc & exit facilè, quia leue; & retrices virtutes valent, quia bonitatem promunt ſpuitiones, raroq. accidit, vt poſt factam optimam puris gignitionem langueant ſic vires, vt ritè paratum nequeant expellere. tardatur ergo puris exitus potiſſimum ab eius praua conditione, qua vires etiam proſternuntur. vtcumque autem ſtagnet, ab arte paratum eſt auxilium, quod peragitur thoracis tum concuſſione, tum vulneratione: ſed non perpetuò ad incolumitatem, quoniam empyi illi vtique pereunt, qui licet concuſſi vbertim pus excreant, illud tamen promunt cęnoſum, & graueolens. nam vt cęnoſum ſubſidet ſuopte pondere, vt verò graueolens gerit corruptionem, quæ viribus ſummè incommoda eſt. atamen licet hi ex neceſſitate ſint deceſſuri, tentanda ſunt quædam auxilia quæ ſi malum non ſoluunt, obitum ſaltem retardant, de quibus Hipp. 2. de morb. & nos latius ſuo loco.

XXXIV.

Quibus à pure ſpecillum coloratur veluti ab igne, plerumque pereunt.

407 EXtremum auxiliorum in empyis eſt vulnus lateri inflictum, quod auxilij genus quando, & quomodo his ſit adhibendum, ſuo enarrabimus loco: illud nunc ſciendum, quod ex in lato vulnere exiens pus ſecuritatem promittit, ſi bonitatem præſefert: exitium ſi prauum eſt. tale autem ſe offert tum aſpectu, & odore, tum à coloratione, quam ſpecillo impertit. nam ſi ſpecillum plerumque argenteum, aut cupreum a pure in thorace contento ſic coloratur, ac ſi igni inardeſceret, nigricet nempe, ſeu plumbeum aſſumat colorem, tunc dignoſcimus puris adeſſe feritatem, quæ non ocyus depoſita, vtiq. necem molitur.

Cum

XXXV.

Cum lateris dolore non tamen pleuritico perturbatio leuis, aut modica hi phrenitici euadunt.

408 QVod latus doleat abſque pleuritide aliàs dictum: quod à lateris infixo dolore mens non aberret ſubuerſa, dictum quoque. ergo ſi à lateris dolore non pleuritico mens leuiter, ſeu modicè ab-berrat; aliunde tenues obrepunt ſucci non ſe in latus obfirmantes. aſt lateri conſonat membranarum conſortio diaphragma, cuius ſtabilis phlegmon phrenitis eſt, vt ſcriptum ſæpè ab Hipp. quod conſecutione factum, mentem prius leuiter ſubuertit, deinde in ſtabilem delirationem adigit, & tunc phrenitidis malum occurrit hac conſecutione factum.

XXXVI.

In morbis pulmonum prærubræ ſanguinis ſtillæ, malæ.

409 NOn eſt inopportuna hæmorrhagia in morbis æſtuoſis pulmonum, licet ſolitaria integrè non ſoluat. dum autem prorrupturus eſt ſic ſanguis, quandoque ſtillationes anteueniũt, quæ bonæ habentur, ſi coctionum ſigna appareant, aliàs malæ & perpetuò ſuaptè natura tales, quia ardorem, & contentionem vaſorum deſignant, ſed malæ potiſſimum, ſunt, ſi prærubræ exeant, dum pulmones affliguntur. nam à ſummo horum incendio profectſt adfuturam aut phanaticam delirationem, aut ingentem ſiderationem promittunt.

XXXVII.

Cum raucedine ſputa viſcoſa, & ſalſuginoſa malum. ſi verò quid etiam attolatur iuxta pectus, malum. ac ceruicis dolores attenuitatis, pernicioſi.

410 NOn minus à frigida, quam à feruida diſtillatione: non minus à prolapſu, quam ab aſcenſu ſuccorum raucedo fit. hęc enim in aſperitate tracheæ conſiſtit, quam perinde frigus vt calor: perinde prolapſus inutilium à capite, quam aſcenſus eorundem à thorace, ſubdi-tiſuè partibus parit, hiſque viſcoſa, & ſalſuginoſa ſputa reddita, malum ex raucedine promittunt. nam hæc viſciditatis ob rationem hærent, nec ſinunt liberam eſſe ſpuitionem; ſed ob ſalſedinem & irritant, & exaſperant, ex qua contentione retentorum vtique oboriritur ſputorum corruptio, quæ facit, vt plerumque quid ad pectus ſe attolat, hoc eſt, partes

adſter-

ad ſternũ ſpectantes quadãtenus intumeſcant, vel quia externæ muſculoſæ partes pus contentũ excipiant: vel quia intima thoracis ad mediaſtinũ ſpectantia tantum ſunt purulentorum repleta molis, vt ſternum eleuet in tumorem, quod non rarò empyis, tabeſcentibuſque contingit, qui ſi attenuati, hoc eſt ad vltimam maciem adacti, doleant ceruicem, hi perniciosè equidem ſe habent, quoniam dolet ceruix, dum vbertim diffluũt pituitoſa à capite per ſinus: quam autem pernicioſus ſit nouus ferini humoris in iam attenuatis prolapſus, omnibus notum.

XXXVIII.

Raucedo cum tuſſi, & aluo liquida, pus edit.

411 NOn ſolùm à iam dictis cauſis rauci euadunt homines, ſed inſuper etiam à puris copia ferbeſcente in pulmonibus, vt tabidis contingit non ſine diſcrimine. quæ nam autem ſint ſignam huiuſce puris vbertatem notantia, nunc promit Hipp. inquiens, quod dum raucedo eſt cum tuſſi, & aluo liquida, pus edit. nam vt raucedo eſt exaſperantis acrimoniæ ſignum; ſic tuſſis collectionem adeſſe arguit in cauum pectoris, nec tota ſe per aluum deponit, quia adhuc tuſſis fatigat, eſtque alui liqueſcentia ſymptoma prognatum ab acredine dilabentium ſuccorum. quia ergo hæ eiectiones pectoris non ſoluunt plenitudinem, neceſſe ſubinde eſt, vt collecti ſucci purulentiam iam conceperint, qua alui ad excluſionem proritantur ad exitium, & arterioſa fiſtula exaſperatur ad raucedinem non ſine tuſſi.

XXXIX.

Quibus in peripneumonia vrinę craſſę à principio, deinte ante quartam attenuantur, lethale.

412 QVæ in melius iudicant, inquit Hipp. 1. in 2. Epid. non ſtatim apparere debent. aſt conueniens vrinarum craſſities ſalutis certitudinem ſignat, quia effectus eſt bonæ, & integrę coctionis. quod autem ipſo exoriente morbo talis ſe exhibeat coctio, abſonum prorſus. ſiue enim ſit vera, & æqualis craſſities ſuccorum ad alitionem ſe coquentium: ſiue ſit æqualis recrementorum commixtio ſeſe ad excretionem parantium, vtrumque morbo iam progreſſo offerre ſe debet. ergo in peripneumonia lethalitatem deſignant illæ vrinæ quæ in principio craſſę excretæ, ante quartam diem attenuantur: quippe non eſt bona illa craſſities, quæ non debito tempore occurrens, priuſquam criſimi transeant

dies

dies in tenuitatem abit. nam ſi diù illa perſeueraſſet craſſities, & ſi mala, vtilitatem aliqualem attuliſſet, vt ſæpè in praxi compertum. aſt dum tenuitatem lotium ante quartam aſſumit, tunc nec facta eſt debita noxioſiorum detractio, nec aliæ ſperabiles ſunt inde vtiles criſes, quia præreptum eſt vtilium excretionum tempus. Sic enim & Eurydamus in Oeniade peripneumonicus moritur, quanquam puriora eſſent ſputa reddita, quia antea delirauit, & oculi facti erant icterici, quæ lethalia ſunt in iſtis affectionibus inditia, propterea nunquam his, quæ præter rationem eueniunt, eſt fidendum, licet bona appareant.

XL.

Qui in peripneumonijs ſiccis pauca concocta educunt, horrendum. rubores in pectoribus conſperſi talibus pernicioſi.

413 ET hoc alterum eſt ex his, quæ infidam ſignificationem præbent. nam expui concoctum in acutis bonum eſt, ſed iſtud bonum oportet ſuo tempore appareat. aſt non opportunè apparet in ſicca peripneumonia, quæ vt talis aut ſputum nullum, aut quid incoctum profert. horrendum igitur in tali affectione eſt paucum concoctum expui, quia tunc in intimis pectoris manet concluſus ardor, paucumque illud ſemicoctum exiens delapſum à capite faucibus hæret, noxium quod offendit totum in pectoribus concluſum manet, quod ad ſummam facit perniciem, præſertim ſi rubores ſe promant ad extimas thoracis partes, vt eximiam ab ardore inuectam deſignent pulmonum intumeſcentiam, quæ quarta, aut ſeptima die ægrum rapit, ni protinus ſuccurrat ex omni parte facta ſanguinis detractio, vt proditum ab Hipp. 2. de morb.

XLI.

Lateris dolor in ſputu bilioſo præter rationem euaneſcens mentem euomet.

414 QVotieſcumque haud ſtabilis eſt lateris dolor, acceſſus timendus eſt aut peripneumoniæ, aut phrenitidis, is quidem frequentius, ille verò per quam rarius, ſi lateris dolor vera eſſet pleuritis, vt ex ſuperius dictis conſtat. vtcumque huiuſce translationis inditium præbet mentis ſubuerſio, quæ commodiſſimè aduenit, dum ſputa bilioſa præter rationem euaneſcunt, & ſupprimuntur. ſic enim euaneſcunt, non quia horum exundantia ſit vel depleta, vel alijs vtilibus excretionibus repenſata; ſed quia alio ſuopte orgaſmo, tractioneuè aliqua euocantur.

tur aſt commodiſſimè ſe transferunt ad diaphragma, vt phlegmonē illuc pariant, quod eſt phrenitidem inferre, acciditque malum hoc non rarò, dum lateris cruciatus vagè diſcurrunt, tandem ſeſe ad ſeptum obfirmantes.

XLII.

Quæ febres ad ſuppurationem intermittunt, pleręque ſudorificę ſunt.

415 A Facta matureſcentia ſuccorum ſe in vomicam colligentium triplex euentus occurrit, vnus prorſus lethalis, dum poſt eruptionem febris adhuc continua perſeuerat quia prauitas adhuc viget ſuccorum. alter ſalutaris ſi febris omnino deſiſtat, quia integra facta ſit optimi puris eruptio. medio modo ſe habet tertius euentus, dum nempe poſt eiectum è vomica pus, febris non prorſus deſiſtit, at continua non eſt, ſed interpolata. & hoc accidit non ab ipſa purulentia, quæ ſit relicta in vomica, quoniam inde febres occurrentes aſſiduæ ſunt; ſed ab alijs in corpore exundantibus recrementis, quæ per ſtatas ſe proferentia periodos interpolatas febres efformant, & hę ſudoroſæ ſunt, quia ſecum aſſumunt quoſdam à purulentia aſſumptus ichores, qui, quia benignam habent naturam; vi febrilis ardoris exſudant. nam & rigores cum ſudaciunculis latentem patefaciunt ſuppurationem, vt in ſuperioribus enarratum.

XLIII.

Suppuratis ſurditas oborta cruentam egeſtionem ſignificat: his ad finem nigra prodeunt.

416 QVanquam diarrheæ ſuperaccedens ſurditas aluum ſiſtat; hanc deinceps tamen decurrere facit, non minus quam pulſationes venarum in collo exiſtentium. hoc autem ſuppuratis promptè ad exitium contingit, dum æſtuantes pulmones caput in conſenſionem trahunt. tunc enim ſinus noxio tumeſcentes plenitudinem ſuam tandem in ventrem deponunt, quæ plenitudo vtique cruenta eſt, quia per vaſa decurrit. ſic ergo ſuppuratis ſurditas oborta cruentam denunciat egeſtionem, quæ ad finem mox nigra euadit, quia vſtionem maiorem ſubit, exitque atra, vt & vrinis cruentis contingit, nigreſcentibus ante funus.

Digitized by Google

XLIV.

Lateris dolor cum febre diuturna, puris eductionem fore ſignificat.

417 ETiam in omni lateris dolore non pleuritico periculum imminet ſuppurationis, dum febris aſſidua diu perſeuerat non acuta, ſed ſuapte conditione diuturna, vtpotè à pituitoſo ſanguine profecta, qui lateri pertinaciter hærens, nequit abſceſſionem experiri; reliquum igitur, vt tandem ſuppuret vi febrilis ardoris, vt crudis accidit tuberculis omnibus ſuppuratum quandoque concipientibus adeo latẽter, vt poſt lenem ac diuturnam ægrotationem inoppinanter tandem rapiant.

XLV.

Horrore affecti frequenter ad ſuppurationem deueniunt. ſed & febris tales ad ſuppurationem perducit.

418 QVibus ſanis horrores frequentes ſunt, dixit in ſuperioribus Hipp. hi ex ſanguinis fluxione ſuppurant, quod in ſano corpore factum, promptius contingit, dum febris vrget. horrent enim ſpinæ partes, dum ab his in arterias leniter ichoroſum quid ſe inſinuat, vt ſanis quoque contingit tum ab excreto lotio, tum à frigore quacumque ex occaſione accedente. & hac ratione latenter oboriuntur ſuppurationes, quæ deinceps pus in thoracis capacitatem euomunt, dorſalemuè conſtituunt tabem.

XLVI.

Quibus à dolore lateris cibi ſequuntur faſtidia cum oris ventriculi dolore, ac ſudore, facie ipſa flores habente, & aluo liquidiore, ijs empyemate ſunt circa pulmonem.

419 QVotieſcumq. rubores in genibus inſolitè apparent, certò pulmones momentaneè, aut ſtabiliter laborant, vt variæ ſunt affligentes cauſæ. nam & verecundantes rubent genibus, quia pulmones inſolita ſpirituum detentione incaleſcunt. optimi idcirco animi ſignum verecundia, quia à puriſſimo naſcitur, ſubtilique ſanguine. hæc obiter, non ſine fructu: nam & in morbis pulmonum ſic rubent genæ, quia tenuis, & feruidus exundat ſanguis talis reddditus ſiue à phlegmonis conditione, ſiue à ſaniei tenuiſſima natura, dum hæc à collecto pure in ſanguinem ſe diffundit. praua ergo ſanies hæc eſt, & praua ſuppuratio,

quæ

quæ ſic pulmones affligit : ac huiuſce prauitatis ſigna ſunt, ſtomaci dolor, ſudor iniudicatorius, & liquida aluus. quippe cuncta empyis ad interitum contingunt, vt ex ſuperius dictis conſtat. fiunt autem iſtæ ſuppurationes, dum latus dolet; tum in vera peripneumonia, tum in cęteris lateris doloribus non pleuriticis, dum pus ſic euomitur, vt ſua prauitate pulmones affligat, quod in omnibus euenire prauis ſuppurationibus compertum.

XLVII.

Ortopneam faciunt hydropiformia dura.

420 CAuum quodcumque humore ſeu flatu vndique diſtentum hydropis effigiem præſtat. ſic enim & in abdomine, & in vtero, & in thorace, & in capite etiam hydropes colliguntur, non autem in ventriculo nec in inteſtinis, quoniam in iſtis partibus ſtabiliter non ſe colligunt ſucci, ſed diſcedunt, dum alimenta diſtribuuntur. cęterum quum præcipua ſpirationum incommoda à repleto naſcantur pectore, quoties ſumma aderit ſpirationis difficultas, ſumma quoque aderit thoracis repletio, quæ cauum vndique occupans, illud duriter diſtendit, & hoc eſt hydropiformem paſſionem inferre, à qua naſcitur ortopnea. non quod omnis ortopnea ab hac ſolùm diſtenſione proueniat (nam & aliæ ſunt ortopneæ occaſiones) ſed quia ab hac diſtenſione neceſſariò ortopnea conſurgit. Editur autem hydropifica hæc diſtentio, tum à nimia puris copia, quæ liberum non habeat exitum: tum à collectione tenuis pituitæ feruore quidem ebullientis, ſed non obſecundantis naturæ opera. hæc enim ſeroſa pituita, & cruda dum ferbet, ait Hipp. 2 de morbo febrem parit, tuſſim excitat, anhelitum coarctat, tumefacit pedes, vngues contrahit, cęteraque licet debiliùs, facit quæ & empyema. auribus porrò thoracis parietibus adhibitis ſentitur hic ferbor, quia inſonat quid intus, ac ſi ebuliret acetum, quæ cuncta mox ventri communia ſunt, vt alter abdominis hydrops conſurgat ſic ergo hydropiformes iſtę thoracis diſtenſiones ortopneam faciunt, quam edunt etiam abdominis diſtentiones ſummæ, dum ſeroſa humiditas pectus quoque replet, tuſſimque inanem excitat. nim autem huiuſce morbi cauſa ſit collectio ſeu puris, ſeu ſeroſæ pituitæ, eiſtinctam cognitionem dant mala ſeu antecedentia, ſeu adiuncta, qua de re vbertim in propria tractatione.

Spaſ-

XLVIII.

Spaſmata quidem omnia moleſta ſunt, doloreſque circa initia ſæuos faciunt, ac nonnullorum memoriam de integro renouant. verum difficilima ſunt circa thoracem, & maximè periculoſa.

421 QVa nã ratione à ſpaſmate doleant ſenſientes partes aliàs oſtenſum. Sunt autem ſpaſmata omnia moleſta, quia violenter continuum diſſoluunt, quæ maior eſt in initio, dum firmius minimæ particulæ ſibi inuicem adhærent: diſtrahuntur namque progreſſu morbi, ac maiorem capacitatem acquirunt, ideoq. minus dolent. ergo ſuapte natura ſpaſmata omnia moleſta, ſæuoſque circa initia dolores faciunt, qui de integro quandoque iam conſopitos cruciatus renouant, eundemque morbum difficiliorem, periculoſioremque reddunt. quod præſertim accidit ſpaſmatibus thoracis partes aprehendentibus. nam licet pleuritidi conducat, vt cum ſpaſmate ſit; non eſt tamen nec opportunum, nec tutum, vt dolor iam meritò conſopitus recrudeſcat, quoniam recidiuatio hæc in eundem morbum difficilima, & ſummè periculoſa in acutis eſt quippe imbecillitas tunc adeſt partis excipientis, quæ ſubinde noua fluxione impenſius affligitur.

IL.

Quibus eſt vomitus ſanguinis, febris multa, & dolor circa mammam, thoracem, & dorſum, quibus hæc omnia fiunt, breui moriuntur. quibus autem non omnia, nec valdè, tardius. inflammati autem ſunt diebus quatuordecim ad ſummum.

422 SPaſmata magnis venis occurſantia, dum violenta illa tractione vaſa ſcindunt, promunt vbertatem ſanguinis. quod præſertim accidit venis ad anticas pectoris partes, dorſumque ſpectantibus: nam hæ prægrandes, multitudinem cruoris non ſputu, ſed vomitu effundunt. nec inconuenit, vt vomitu quid è pectore exeat: nam Hipp. in ſuffocante empyemate vnicum vomitionum præſcribit auxilium, & quod medicum artificium, idipſum facit ſeu natura, ſeu impetus ſuccorum erumpentium violentia quadam. ergo quotieſcumque adeſt dolor circa mammam, thoracem, & dorſum, vomituque exit ſanguis, is proculdubio ex iam dictis vaſis ſpaſma patientibus euomitur, morſque in propinquo

eſt, ſi huic vomitioni febris ſe adiungat. ſummum enim tunc in pectore viget ardor, ebulitque ſic ſanguis, vt exin venæ vndique diſſentæ cruentum euomant ad citam necem, ſi adſuerint præſcripta mala: aſt ſi horum quædam abſuerint tardius decedunt ægrotantes, ſed non tranſiliunt metam quatuordecim dierum, quia morbus ſuapte natura acutus eſt, hemaptoſamque pleuritidem conſtituit, de qua Hipp. 2. de morb. & alibi. cæterum non omnes ſanguinis vomitiones lethales ſunt, nec omnes à thorace emanant: nam ſine febre vomitu exiens ſanguis ſalutaris eſt ait Hip. 7. Aph. 37. dum rependit alias ſanguinis occluſas effluxiones: & iocinore cruenta naſcitur vomitio, dum diuulſa eſt, inquit Hipp. lib. de nat. mul. fiſtula hepatis, quod fęminis à partu contingere ſummè periculoſum eſt, quia dolor tunc ad viſcera procedit, & cor conuellitur. legimus quinetiam hiſtoriam illius, qui aput Dromum habitabat, qui ſuffocatus à ſanguine vomitu ſe exerente poſtridie interijt. huic autem propè lien, & infra cruentæ aderant maculæ ad deſignandam lienis inflammationem. dum cerebrum quoque in ſiderationem abit è naribus, & vomitu cruor ſe profert, quia & ad nares, & ad os tunc æſtuans ſanguis ſe diſtribuit. & hæc locorum ſanguinem euomentium diuerſitas ſuis deſignatur notis, dolore potiſſimum morbi ſedem indubie monſtrante. ergo dum partes thoracis dolent, & vomitu exit ſanguis; ab illo ventre vtique exitioſè promanat, ſi & reliqua lethalitatem deſignent, aliàs ſaltem alterum ſuppurationis manet periculum à ſanguine non vniuerſim excreto. nam & hęc aurea ſunt Hipp. 7. Aph. 75. verba. a ſanguinis inquit vomitu tabes, & puris purgatio ſurſum. ex tabe fluxus: fluxus ex capite. ex fluxu alui profluuium. ex alui profluuio ſuppreſſio purgationis ſurſum verſus: ex ſuppreſſione mors. ſeries eſt continuata malorum incipiens a vomitu ſanguinis, deſinens in interitum.

L.

Sanguinem ſpuentibus confert, vt ſint ſine febre, & tuſſiant, & doleant leuiter, & vt ſputum fiat ad dies bis ſeptem. febrire vero, & tuſſire, ac dolere pertinaciter, & ſanguinem recentem ſemper ſpuere, incommodum eſt.

423 NOn tam prŏptè a ſputu ſanguinis, vt a vomitu ægri rapiuntur, licet quoque iſtud ſymptoma & innaturale, & diſcriminoſum nam vbique violenta interuenit cauſa, quæ vel diſſentione vaſa diſrumpit, vel calore reſerat eorum in conſpicua oſcula, vel acrimonia corrodit

ipſorum

Digitized by Google

ipſorum tunicas. in vomitu tamen vaſa inſignia diſtrahuntur, in ſputu reſerantur ſolùm, quæ exigua ſunt, ideoque grauius, & periculoſius à vomitu, quam à ſputu ægrotant homines. nam qui cruentum expuunt ſi immunes ſunt à febre, tuſſiunt, & leuiter dolent, nec vltra ſpacium duarum hebdomadarum ſpuitiones iſtæ perdurant; vacant ab omni periculo, quia vaſa exilia interquieſcentia, nec æſtuantia promptè ſe agglutinant ante purulentiæ præfinitum tempus, nec vlcus relinquunt. & hoc veritatem habet non ſolum de ea ſanguinea ſpuitione quæ è pulmone prodit, verum etiam de ea, quæ è latere emanat, quæ purulentiam vtique edit, dum febris, dolor, & tuſſis inde conſurgunt, neç ea auxilia opem ferunt, quæ ab Hipp. 7. Aph. 75. proponuntur, de quibus vbertim ſuo loco.

LI.

Quibus latus ſubleuatum in tumorem, ac calidum eſt, & inclinatis in alterum grauitas aliqua impendere videtur, his pus ex vna parte eſt.

424 DIſcriminatam eſſe totam thoracis capacitatem à membranis mediaſtinum cõſtituentibus ex anathome compertum, quod ſumma prouidentia à natura factum, ne vitium vnius lateris, incommodum alteri præſtet, & hac ratione cor, pulmoneſque malum diutius perferrunt, quod non accidit, dum noxium vndique ſe diffundit, totumque thoracis cauum replet. cęterum quum empyema plerumque à diſrupta vomica adueniat, quæ in alterutrum latus conſiſtens, illud replet, & diſtendit, quod nam illud ſit, & viſu, & tactu percipitur, ſeu à narratione ægrotantium dignoſcitur. viſu quidem noſcitur collectio hæc, quia latus in tumorem ſe effert, dum vel nihil expuitur, vel maior eſt copia puris ſuccreſcentis, quam ſputu ſe promentis. tunc enim diſtenta pars ſic in tumorem ſe eleuat, vt coſtæ quandoque è ſuo decidant poſitu. tactu quin etiam ſentitur hæc collectio, quia latus ardet innaturali æſtu propter eam ebulitionem, quam facit pus non eiectum, & ſuapte natura prauum. quod demum à narratione ægrotantium ſumitur eſt, quod hi in alterum latus iacentes grauitatem talem perſentiunt, vt diutius poſitum illum ſeruare nequeant, quia nempe collectum pus mediaſtinum ſic impensè degrauat, vt ægri animi deliquium patiantur, ni decubitum mutent; quia difficilius ſpirant, perinde ac vndique cubantes faciunt, qui hydropiformia dura habent.

LII.

Empyis à pulmone pus per aluum ſecedere, lethale.

425 Qvanquam perniciofum ſit in omni empyemate aluum profuſã habere, minus tamen pernicioſa deiectio hæc, ſi empyemati ſuccedat venienti à vomica lateris diſrupta, quam ſi prodeat à pulmonibus ſuppuratis. quippe profuſa eſt ab empyemate aluus, quia praua eſt ſuppurati humoris conditio, quæ dum à capite fluxiones inacuit, profuſam aluum reddit. aſt ſuppurati humoris prauitas facit, vt vlcus excitatum in laxa ſpongioſaque parte nulla ratione ſaneſcat: reficcatur enim & ferinam induit naturam, ideoque omnis alui profuſio tunc lethalis eſt, quod autem in latere manet vlcus, per quam facile ſaneſcit, quia par hęc eſt membranoſa, & ſicca, quocirca aliud non imminet malum, niſi quod naſcitur à remorata ſpuitione, quæ vtique rependi poteſt hoc alui fluore, ſi valens natura incognitas vias ſibi parauerit ad noxiorum excluſionem. inde eſt, quod purulentæ mictiones ſoluunt dorſalem pleuritidem, non itidem peripneumoniam, quoniam licet purulentum omne ſe à pulmonibus deponat, remanet adhuc vlcus plurimorum malorum author, prę ſertim ſi inareſcat indebitè.

LIII.

Quicumque vulnerati in thoracem externa vulneris parte ſanati ſunt, interna autem non, periclitantur, ne ſuppurati fiant. quibus autem debilis intus inducta cicatrix eſt facile diſrumpitur.

426 Non minus externis, quam internis ex occaſionibus naſcitur empyema. nam in latum vulnus, ſi in pectoris penetrauerit cauum, vel peruenerit ad membranas internos veſtientes parietes, facit plerumque, vt non integrè emiſſus ſe colligat cruor, qui ſiue in cauum thoracis, ſiue in vulnerata tunica ſuppuratum concipiat, tandem ſe colligit in vacuum pectoris, & hoc accidit præcipuè, dum vulnus extrinſecus ſaneſcens, in intimis ſeu adapertum manet, ſeu tenui obducitur cicatrice, quæ mox puris vellicantis acrimonia, aliaue de cauſa reſeratur. nam vulnus vndiq. propatulum liberaliter collectum emittit tum cruorem, tum pus, nec eſt tam imperitus chyrurgus, qui vulneri cicatricem obducat, priuſquam omne alienum deponat. diſcrimen ergo occurrit, dum vulnus incongruè extra ſaneſcens, vlcus in intimis relinquit aut adapertum,

apertum, aut leui obductum cicatrice, quæ vociferatione, aliaque ex occaſione ſe adaperiat, faciatque aut confertam ſanguinis euomitionem ad interitum, aut empyema committat, vt proditum quoque eſt ab Hip. 1. de morb. omnis namque in cauum facta innaturalis ſanguinis effuſio, in ſuppuratum tranſit, vt ſcriptum eſt 6. Aph. 20. cæterum duo hac de re Hipp. annotatione digna ſe offerunt dicta. vnum 6. in 2. Epid. habetur. vulnerato, inquit, inteſtino reſpiratio deſcendit oſcura per vulnus, vacuanturque pectora. dare igitur lac, & vinum æquale æquali. quę verba, vt aliorum euitentur ambages ſic ſunt intelligenda. quod quum obſcura ſpiratio, vt aliis oſtenſum, ea ſit, quæ motum adeo occultat, vt vix appareat; tunc vtique obſcura erit ſpiratio, quando ſic aut vires languent, aut venæ intercipiuntur, vt nullus ſubinde, aut exiguus ſit reſpirationis motus. ergo iſtis de cauſis reſpiratio obſcura deſcendit à vulneratis inteſtinis. & rationem huiuſce euentus reddens ait, & per vulnus vacuantur pectora. facto enim ſolùm coniunctionis tranſpoſitu dilucida manet ſententia librariorum fortaſſis incuria viriata. quum enim lethale habeatur inteſtinorum vulnus, vt 6. Aph. 18. proditum, per illud vacuantur ſic pectora, vt propter eximiam debilitatem occulta ſpiratio fiat, & hoc ad differentiam vulneris in pectore inlati, à quo coacta non obſcura redditur ſpiratio. ergo vulnerato inteſtino reſpiratio deſcendit obſcura, quia per vulnus ſpiritales ſe deplent partes, quæ ſic exinanitæ ſpirationis motum occultant. Alter locus pulcherrimus habetur ab hiſtoria Tychonis. hic à catapulta in pectore vulneratus, tumultuosè ridebat, quia portiuncula, inquit, quædam ſpiculi hærebat circa ſeptum tranſuerſum. hinc riſus. qui & in phrenitide quandoque occurrit propter hanc diaphragmatis afflictionem.

LIV.

Intereunt autem ab empyemate peripneumonico ſeniores: ab reliquis verò iuniores.

427 Seneſcentium pulmones ait Hipp. 1. de morb. aridiores ſunt, & ampliora habent bronchia, propterea pus à latere in cauum thoracis immiſſum, pituitaque à capite defluxa & ebibunt, & deponunt facilè. quod non eſt, dum ipſi pulmones laborantes imbecillitatem contraxerunt, quia tunc magis inareſcunt, perenneſque fluxiones aſſumunt coctionem nullam ſubeuntes, hac propterea de cauſa ab empyemate peripneumonico promptè decedunt ſeneſcentes. aſt iuniorum pulmones ſuapte natura copioſo madent ſucco, ipſaque vaſa ſpiritu, & humo-

re tument, ideoque non tam promptè ſumunt, quæ aliundè veniunt: quæ autem in ipſis continentur pulmonibus, facilè deponunt, quia virium adeſt conſtantia, & parata ſuccorum diſpoſitio; hac propterea de cauſa iuniores à peripneumonia facilè ſaneſcunt, deponuntque inde occurrens empyema, quia tunc exinati ſunt eorum pulmones, vt facilè reaſſumere poſſint; quod depoſuerant, illudque promptè eijcere propter virium conſtantiā. dum autem empyema aliunde venit, tument pulmones multitudine ſuccorum, ideoque non tam promptè ſuſcipiunt, ſtagnanſque ubinde plenitudo exitium affert.

LV.

Quibus ſuppuratis, dum concutiuntur, multus ſtrepitus de humeris fit, minus hi puris habent, quam quibus exiguus, modo ſpirent facilius, & melius ſint colorati. quibus autem ſtrepitus nullus fit verum difficultas ſpirandi fortis, & vngues lucidi, hi pleni ſunt pure, & perniciosè ſe habent.

428 IN intimis ſonorus naſcitur ſtrepitus, dum humor ſeu ebullit, ſeu concutitur in cauum. ergo ſi multus eſt ſtrepitus vacui multum manet in quo repercuſſus aer inſonat: minus propterea erit ſtrepitus, ſi minor ſit vacui capacitas, & adhuc nullus ſtrepitus, dum cauum vndiq. tumet. ergò & in empyis, ſi ſtrepitus multus eſt, minor adeſt copia puris quæ maior vtique eſt, dum ſtrepitus exiguus eſt, & hic nullus apparens, inditium præbet, tantam puris adeſſe vbertatem, vt vndiq. ea ſit cauum pectoris diſtentum. cæterum ne vbertas nos fallat flatuum, attendendum quoque ad ipſam ſpirationem, quæ facilis eſt in multa ſonoritate cum bono faciei colore, tunc equidem puris adeſt exigua multitudo: ſecus ſi vrgeat ſpirandi difficultas, facieique non bonus color. nam hæc certa ſunt aggrauantis plenitudinis ſigna, licet ſtrepitus multus fiat ab ebulitione, concertationeque flatuum, potiſſimum ſi pelluceant vngues ad puris oſtendendam nedum vbertatem, ſed & prauitatem: nam in pernicioſo empyemate ſic calent digitorum extrema, vt vnguens inaruentur ob ariditatem, ac ab ardore attennatæ refulgeant, perinde ac in corneis fieri corporibus experimento conſtat.

SE-

SECTIO DECIMANONA.

De Tabidis.

I.

Qui ſpumoſum ſanguinem vomunt dolore infra diaphragma non exiſtente de pulmone vomunt: & quibus in ipſo rupta eſt magna vena, multum euomunt, & in periculo verſantur. quibus autem minor, minus educunt, & magis in tuto ſunt.

429 SAnguis vbertim vomitu exiens non poteſt non è magnis venis prodire. nam exiguæ reſeratæ licet diuturnam faciant vomitionem cruentam, nunquam vomitum excitant ſanguinolentum, quia non impetuosè hinc, ſed paulatinè is emanat. vocauit idcircò Hipp. ſpumoſam illam cruoris eiectionem à dolente iecinore emanãtem ſpuitionem potius, quam vomitionem, quia quum initium ſui motus ſumat à longinquis partibus, multum de ſuo impetu remittit, & hac de cauſa ſpuitionem potius, quam vomitionem facit. aſt dum ab exſtuãte pectore prorumpit ſanguis, vomitionem edit, quia vbertim integro cum ſuo motu prodit. non negarim tamen etiam ab infimo ventre per pectus euomi: nam dolorem excluſit Hipp. infra ſeptum iacentem, vt opinionem habeat hunc euomi cruorem è pulmonum vaſis. vtcumque ſi ſpumeſcens euomitur cruor, certè è vaſis pulmonum exit propia, aut aliunde indempta laborantibus affectione, iſtudque habet peculiariter exitus is, quod perpetuò ſpumoſus apparet. exienſque ex diſrupta arterioſa vena, largam facit eiectionem, quia vas illud & amplum, & aſſiduè diſtentum eſt: venoſa autem arteria diſrupta minus emittit cruoris, maiori tamen cum vitæ diſcrimine, quia exigua illa quantitas protinus detrahit opportunum ſpiritibus pabulum. quod in praxi ſæpè contigiſſe hac ſola ratione compertum: ergo vomitio ſpumantis cruoris, dum abeſt infra ſeptum dolor, naſcitur à propia pulmonum afflictione, quæ diſruptio equidem eſt magnorum vaſorum è dextero ſinu exorientium, dũ larga eſt euomitio: dum autem minor eſt quantitas ſanguinis ſe effundentis, patent ſeu exigui dictorum vaſorum ductus, ſeu hi qui in leuum ſinum aſſumptum è pulmonibus ſanguinem deferunt. quocirca qui mul-

tum effundunt cruoris, in maximo ſunt vitæ diſcrimine: qui autem parum euomunt, ratione quidem quantitatis ſunt magis in tuto; ſed ratione vaſorum euomentium res non ita ſe habet, vt ſuperius dictum. vtcumque data proportione vaſorum maior quantitas euomiti ſanguinis periculoſior eſt, quia præripit, & vincit auxiliorum vim.

II.

Quibus tabidis ſputum in ignem grauem nidorem olet, & capilli de capite fluunt, pereunt.

430 SVnt multiplices tabis occaſiones: ſed frequentius occurſantes ſunt empyema, & cruoris ſeu ſpuitio, ſeu euomitio. nam inde flacceſcunt, vlceranturue pulmones, deueniuntque tandem ad extremã homines ariditatem ob aſſiduam ſed lentam ſpirituum temerationem, ariditatemque hanc tunc exhibent, quando & ſputa inareſcunt, & capilli de capite fluunt. & quoniam duo hæc præcipua membra contrariam habitudinem aſſumunt, mors idcirco neceſſe eſt in propinquo ſit non minus quam in extrema ſenecta. de inareſcentibus autem ſputis nunc eſt Hipp. ſermo, quia experimentum ab igne ſumit: nam humida, & corrupta ex ſe ipſa grauiter olent, quæ autem ſicca ſunt, ſuffitus emittunt in ignem proiecta. grauis autem nidor in ſputis inareſcentibus, dum corruptionem offert, diſtungit ſputorum hanc conditionem ab ea, quam gerunt rotunda ſputa in febribus futuram delirationem deſignantia, vt aliàs dictum.

III.

Quibus tabidis in mare ſpuentibus pus ad fundum ſidit, breui pereunt. ſit autem mare in æneo vaſe.

431 NOn ſolùm inareſcentes pereunt tabidi, ſed corruptellam quoque ſubeuntes, quam gerit ſupperatus humor, dum in cænoſam, grauitantemque tranſit naturam, quæ nùm talis ſit, vt innoteſcat, facit experimentum ex marina aqua in æneo vaſe poſita, vbi ſint eiecta ſputa. ſed experimenti huius vt palàm fiat ratio, ſciendum, propium pituitæ eſſe in aquam iniectæ ſuperficie tenus ſe diffundi, quia ipſa leuis cunctis innatat liquoribus. pus etiam optimam geres conditionem, vtpotè ex pituitoſo ſanguine aſſumptum leuitat ſaltem in mare poſitum, quia ſalita aqua grauior, quam dulcis eſt. ergo ponderoſitatem ſummam optinet pus, quod etiam in mare grauitat, receditque ab optima

puris

puris conditione, quia omnem abiecit ſpiritum, denſamque & glutinoſam aſſumpſit naturam. expetitur autem vt æneum ſit vas ſalitam aquam continens, quia æris tanta eſt ſiccandi virtus, ac quod glutinoſi eſt in ſe alliciendi, vt liquatum in cryſulca aqua argentum trahat, obſtetque ne calybs induréſcat, illudque diſpergit in fumum, quia adipoſum totum, quod ad liquandum conflatores in fornacem coniiciunt; exhaurit. inde eſt quod ære inciſa, ſeu inuſta facilè ſaneſcunt, & venaticæ carnes immunes à corruptione euadunt æneo transfixæ clauo. antiquitus propterea, ne in homines eſſet crudelius ſæuitum, ænea in vſu erant arma, non calybis caritate, ſed humanitate in re crudeliſſima eximia. cùm igitur talis ſit æris virtus, mirandum non eſt, cur Hipp. optet æneum vas, vt iſtinc puris vndique innoteſcat malitia.

IV.

Quibus tabidis capilli ex capite defluunt à profluuio alui moriuntur. & quibus tabidis alui profluuia accedunt, moriuntur.

432 QVoniam 7. Aph 78. hæc leguntur. Ex ſanguinis vomitu tabes, & puris purgatio ſurſum. ex tabe fluxus ex capite. ex fluxu alui profluuium. ex alui profluuio ſuppreſſio purgationis ſurſum verſus. ex ſuppreſſione mors; non erit propterea abs re textum Hipp. meliorem reddere in hanc verborum ſeriem. Quibus tabidi capilli ex capite defluunt, hi profluuio alui capiuntur. & quibus tabibis alui profluuia accedunt, moriuntur. ſiccus etenim ardor, dum capillorum pabulum abſumit, eorumque abſcindit radices, liquat etiam pituitoſa in capite ſtabulantia, ipſiſque ſalſedinem quoque impertit: propterea vna, eademque de cauſa & capilli decidunt, & aluus liquida fit, eſtque capillorum defluuium liquationis inditium, à quo aluus profuſa fit ad interitum, licet aſſidua non ſit liquidorum deiectio. vt ex hiſtoria mulieris à partu concuſſæ conſtat. tabida enim hæc occubuit cum interpollata diarrhea. cauſa mortis præcipua eſt, quia dum aluus profundit, ſuppreſſio fit purgationum ſurſum: pus autem non eiectum ſuffocat.

V.

In tabeſcentibus ſputa ſuppreſſa mentem ad nugas garriendas emouent. hic ſpes eſt hemorrhoidem apparere poſſe.

433 SVppreſſæ ſpuitiones, ſi ſolam ſalſedinem gerant, ac ſe per ambitum corporis diffundant, poſtulant cutim non ſine mortis diſcrimine

ſcrimine tractu mox temporis. aſt ſi in animorum ſedē hæ ſuppreſſæ purgationes labantur, & ſpiritus ad delirationem temerant, & citam necem moliuntur, ni priuſquam ſtabiliter ſe illuc obfirment, ad hæmorrhoidas ſe deponant per arterias nempe celiacas, ac per lienis corpus, vt aliàs oſtenſum. facit autem quam maximè ad morbi leuamen apparitio hæc hæmorrhoidum, quoniam has habentes, ait Hipp. 3. in 6. Epid. immunes euadunt à morbis proficiſcentibus à ſanioſo humore tenuitatem quandam habente, delitauitque Alcippus curatus ab hæmorrhoidibus. ergo tumeſcentes hæmorrhoides, vt delirationum mala auertunt, ſic & ſuppreſſas in tabidis ſpuitiones mentem aberrare facientes rependunt.

VI.

Tabes periculoſiſſimæ ſunt à ruptione venarum craſſarum, tum à catarrho è capite.

434 DVm empyema ſe colligit in cauum pectoris, & tabem molitur, ſi liberè pulmones ſuum ſpuitionis peragunt munus, quia inſignem noxam non experiuntur; licet quadantenus à puris conditione flaueſcant, ſpes ſalutis à recta comparata viuendi norma, auxiliorumq. oportuna adminiſtratione manet. non ſic, ſi vlcus in ipſis pulmonibus relictum eſt; habent autem iſtud, dum tabeſcunt à ruptura craſſarum venarum, quod puris aſſiduam ſuccretionem facit, & hoc ægrotantium periculoſum ſtatum reddit, ſanationiſque difficultatem gerit, quod ipſum promittunt depluentes à capite catarrhi, quia tabeſcentiam hi inducunt, dum ſuccreſcunt, & prauitatem habent, quæ conditiones difficiles ſolutu ſunt, & plerumque vitium conformantis virtutis inſequuntur, extatque vulgatum, ſed aureum Hipp. 3. in 6. Epid. dictum, quibus, inquit alatæ ſunt coſtæ propter conformantis cauſæ imbecillitatem, hi malè habent à catarrhis malignis ſiue excernuntur, ſiue ſubſiſtunt.

VII.

Aetates periculoſiſſimæ ſunt ad tabem ab anno decimooctauo, vſque ad trigeſimumquintum.

435 QVomodo ſe habeat numerorum vim ex circuituum ſtata dimenſione, ſi non integrè, ſaltem vt ad rudem attinet intelligentiam ſuperiori volumine oſtenſum. Procedunt autem circuitus per quaterniones, hebdomadas, & nouenarios; nam vt quaterniones dimidiant in tertiano, quartanoque circuitu, idem nouenarij in quintano fa-

tiunt, & per hunc circuitum procedunt morbi, qui à torrido editi ſanguine, nedum corpus, ſed & ipſam incommodant mentem, ac ſi Cenſorino credimus antiquitus fuere ſeptenarij corporibus, nouenarij animis adaptati. nouenaria ergo bis ſumpta annorum facit, vt homines ſui iuris ſint, quia animorum virtutes tunc vndique ſunt per corpus diſtributæ: quinquies autem ſeptennium reuolutum ſic complementum corporibus tribuit, vt amplius non increſcant, ſed decreſcant, quia, vt voluerunt Aegyptij, vitalem dimidiat curſum, ac deinceps cordis pondus decreſcit ad obitum vſque. hinc ergo eluceſcit ratio, cur ab ætate decem & octo annorum, vſque ad eam quæ complet trigeſimum quintum periculoſiſſimæ ſint tabes, quia tunc vndique expanſæ vires, dum in firmitudinem corporum tendunt, ſi firmam, ſtabilemque noxam recipiunt, eam diu, nec ſine periculo tenent. quod non eſt ante decimum octauum annum, quia adhuc humiditates vigent, nec poſt trigeſimumquintum, quia tunc membra leui de cauſa inareſcunt, calorque decreſcens, non tam acriter inardeſcit. & vt in iſtis tabida habitudo parum recedit à naturali temperatione, ideoque eam diutiſſimè ſubſtinent, ſi non euincunt, ſic in iuuenculis promptam ſanationem recipit, quia in dies vita cum viribus vtiles ſuccreſcunt ſucci.

VIII.

Pruriginoſa corpora poſt aluum ſuppreſſam in tabidis, mala ſunt.

436 PItuita depluens à capite tabidorum recrudeſcere faciens vlcus, quia acris, & ſalſuginoſa eſt; aluum prorritat ad interitum, dum profuſio hæc diu manet, quia remorat ſputorum ſurſum eductionem. optandum ergo, vt aluus profluere deſiſtat, & hoc ſi non auxilia arte comparata, natura quandoque præſtat, dùm aliò ducit noxium ſe ab aluo deponens, illudque vel ad integritatem ſputu liberè educit miteſcentiam gerens, vel diſtribuit per vaſa, pruriginoſaque reddit corpora non ſine incommodo, quia non eſt iſtud naturæ opus integrè agentis. nõ tamen ſymptoma hoc eam quam liquata aluus gerit lethalitatem, quia congruis miteſcit auxilijs, licet in tabeſcentibus non ſine operoſa manu.

IX.

In habitibus tabeſcentibus cum febre fluxiones ad gingiuas, & dentes comparentes, malę.

437 TAbeſcentes ex habitu ſunt, qui ſeu à confirmantis virtutis vitio, ſeu à ſicco contracto ardore tabeſcunt, licet nullum in-

pul-

pulmonibus vlcus habeant: nam multiplices ſunt tabis occaſiones, vt ex aliàs dictis conſtat. erunt ergo tabeſcentes ex habitu cum febre hi, qui ſicco ardore calent ſolidis hæreſcente, in quibus liquati à capite promptè defluunt ſucci, qui ſe in gingiuis, dentibuſque obfirmantes vlcerant, & corrodunt, quia à ſicco ardore feritatem habent contractam, imminet ſubinde diſcrimen, ne deinceps fluxio in pulmones ducta veram pariat phtoen.

X.

Præcordia in tumorem eleuata in omnibus mala ſunt, in tabidis autem peſſima.

438 QVàm malum ſit in morbis præcordia eleuari, aliàs oſtenſum. oſtenſum quoque peſſimum id eſſe in diutinè tabeſcentibus præſertim, ſi liquida inde aluus fluat. ſiccum enim tunc imminet hydrops ad ſanationis in tabidis deſperationem. conualuit tamen, qui in Oeniade tabeſcebat detractione ſanguinis ex vtraque manu, quia viſcera inardeſcentia ſuccos vltra modum ſugebant. ergo ſi hac ipſa de cauſa in tabeſcentibus eleuentur præcordia (nam & aliæ ſunt occaſiones flatuum ſeu cruditatum exundantiam colligentes) vide an futurum ſit opportunum medicum hoc opus.

XI.

Ex his qui diutina tabe corrupti ſunt, aliqui ante finem rigore aprehenduntur.

439 MAligna ſunt thromata, quæ inhorreſcentiam pariunt, quia inoppinatum adferunt interitum, vt ſuperius oſtēſum. quod ipſum quibuſdam tabeſcentibus contingit, dum ſanioſus ichor in ſpirituoſum ſanguinem inſolitè accedens in iudicatoriam rigoris motionem parit ad exitium, perinde ac in ardentibus, dum vires effætæ ſunt. hoc autem non omnibus ſed aliquibus tabeſcentibus contingit, illis nempe, qui corrupti ſunt ex diutina phtoe, & quia vlcus ante obitum ſiceeſcens inhorreſcentiam parit, vt de thromatis dictum, & quia quintanæ ſæpè oboriuntur febres ad perniciem,

Puſtulata

XII.

Puſtulata corpora veluti ambuſta, phtiſim habitum oſtendunt.

440 EXanthemata ſe per ambitum corporis expandentia, vt multiplicem habent effigiem, ſic variam morbi repreheſentant ideã vt eſt diuerſa humorum in cutim effloreſcentium conditio. quod autem ad noſtrum facit propoſitum eſt, quod veluti ab alui ſuppreſſione in tabidis pruriginoſa redduntur corpora: & à ſalſuginoſis ſputis remoratis rubeſcunt hæc veluti à puſtulis: ſic dum taliter puſtulantur, ac ſi candenti ferro eſſent ambuſta; tabidam vtique iam contraxerunt habitudinem, quoniam, carnoſa membra roridis deſtituta liquoribus à ſicco ichore tabeſcunt. nam acris eſt illæ ardor, qui puſtulatum corpus reddit. ſed ſiccus eſt, qui ambuſtionem facit, & cutim exaſperat. habitualis autem non eſt omnis tabes, ſed illa ſolùm, quæ ad talem venit malitiam, vt ſicco ac firmo ardore depaſcat ſolida membra.

XIII.

Difficulter ſpirantes ex puris abundantia, & cruda expuentes multa in phtiſim, pernicioſè habent.

441 PEreunt per quam facilè empyi, dum cauum thoracis totum eſt pure repletum. ortopneam enim faciunt hydropiformia dura. aſt ſi huic repletioni noua ſe adiungat fluxio, quæ cruda à capite depluens in ſpiritalia membra labatur, pernicies vtique ſumma aderit. totum enim quod tunc expuitur, illud eſt, quod recenter depluit, intus manet tota puris collectio, quæ ſpirationem incommodat. ergo tota ſanationis ſpes euaneſcit, quæ in ſola eſt libera puris excretione.

SE-

SECTIO VIGESIMA.

De Hepaticis.

I.

Quibus Hepaticis multum eſt ſputum cruentum, ſiue ſub putridum, ſiue bilioſum meracum, protinus pernicioſum.

442 PRISCORVM adhuc manet ſcitum iecur frugiferam eſſe tellus, quoniam illuc venæ ſuas figentes radices expetitos laticos hauriunt, quibus tumeſcentes gratioſi humoris dicebat Hipp. lib. de Alim. euadunt fontes ſingula membra vtilibus ſuccis irrorantes. apparet autem viſcus iſtud glutinoſum plurimis denſatum fibris indeque accidit, vt flatibus diſtentum impenſè doleat, quia, vt idem ait lib. de vet. medic. fortiores flatus euadunt, dum corporis duritiem vincere nituntur. alijs quin etiam malis obnoxium euadit tum ob perennem ſuccorum acceſſum; tum quia propè ſunt receptacula inutilia recrementa iam ſecreta excipientia, quæ ſi eundem recrementum in iecur euomuerint, noxam ingentem imponunt. ſed malorum huiuſce viſceris præcipuum hepaticus eſt morbus, qui à phlegmone originem trahens magnitudinem ſummam conſtituit, promptèque in conſenſionem ſpiritalia membra trahit, vt acutiem ſic gerat, quæ ſuapte natura abeſt ab hac affectione, vt ex aliàs dictis conſtat. cęterum vt ſuccorum inflammationem edentium diuerſa eſt prauitas, ſic varia inde conſurgunt ſymptomata, quæ & partis affectæ, & cauſæ offendentis naturis inſequuntur, ac propter iam dictam conſenſionem, dum viſcus hoc inſigniter affligitur, ſpiratio ipſa offenſionem recipit, dolent acromium, & clauicula, cruciatur latera, tuſſis diuexat, prauæque exeunt ſpuitiones, quæ cuncta ancipitem quandoque partis affectæ agnitionem reddunt, niſi oculata mente ad ea, quæ propia ſunt partium affectarum, iudicium adhibeamus. aſt quemadmodum ſi quis ſpumoſum expuens ſanguinem dolet dexterum præcordium, è iocinore expuit; ſic expuens cruentum, ſub putridum, ſeu bilioſum meracum ſub hepatico morbo laborans, expuit è iocinore ad citam perniciem, perinde ac accidit his, qui à dextero dolente præcordio ſpumoſum cruorem expuunt, & quibus ſunt ſpuitiones ſubputridæ, aut bilioſæ meracæ. educuntur namque hi è iocinoris corpus

ad extremam prauitatem adactum, ad ſummam ſecum gerentes malitiam, eam haud leuiter ſpiritalibus membris imponunt.

II.

In hepatite colliquatio cum raucedine malum tum aliàs, tum ſi aliquando tuſſiant.

443 DVplex ab æſtuante iocinore oritur colliquatio. vna conſpicua, dum liquati ſucci exeunt ſputu, ſudore, alui exoneratione, aut mictione. altera in conſpicua, dum corpora tabeſcunt, quia viſcera æſtuantia pabulum omne abſumunt, illudque per inconſpicuos ductus euaneſcere faciunt. vtraque liquatio hepaticis ad perniciem occurrit, ſed quam nunc Hipp. percenſet à iocinoris naſcitur ardore diaphragmati impertito. inde enim pulmones inareſcentes, dum tracheam exaſperant; raucam vocem reddunt, ſicque trahuntur à capite tenuia, & acria, quæ & ipſa tuſſiculas pariunt, perinde ac facit iocinoris moles, dum opprimit ſeptum, & irritat, vt exin ſeu phrenitidis, ſeu prauæ ſuppurationis immineat malum.

III.

Doloroſa iocinoris affectione detenti cardialgici, ſoporoſi, rigorem habentes aluo turbata tenues, ciborum faſtidioſi, multum exſudantes, purulenta per aluum egerunt.

444 IMminentis ſuppurationis in hepatitide ſignum prębet colliquatio cum raucedine, & leui tuſſicula; aſt factæ iam ſuppurationis notæ ſunt hæ prauis correſpondentes ſuppurationibus in ſpiritalibus membris occurrentibus. cæterum quoniam iocinoris corpus durum, tenſum in latitudinem, ac profunditatem expanſum læſionem modo in vnam, modo in aliam partem recipit, laboratque ſeu gibba, ſeu caua eius pars, quæ diſcretio eximiam affectionum varietatem gerit. nam gibba pars, vt promptè ſe in phlegmonem vertit conditione ſanguinis illuc ſtabulantis, ſic ocyus ſeu rapit, ſeu auxilijs arte, naturaué comparatis ſaneſcit: ac ſi in ſuppuratum tranſeat, id accidit à craſſitie, & hæreſcentia ſuccorum diutinè affligentium quoſdam eius lobos. nam in mediana phlegmone conſiſtens præuerit maturationis tempus, rapitque, aut ſoluitur celeriter, quia illic magnus adeſt venæ cauæ truncus. aſt in caua eius parte propter decliuitatem, & viciniam inteſtinorum promptè excipientium, vt difficulter ſe colligunt phlegmones; ita ſi hoc contingat, diutius haud

notabili

notabili cum incommodo illuc hærent, tamque latenter ſuam plerumq; gerunt malitiam, vt non niſi artificioſa coniectura noſcantur, priuſquam pus promant, qua de re in ſuperioribus abundè actum. nec diſſonat, vt ſententia hæc de iſtis veritatem habeat phlegmonibus, quoniam paſſiones in gibba exiſtentes ſputu, ſeu lotio ſe promunt, quæ autem ad cauam ſpectant, inteſtina plerunque affligunt. nam corrupta ſanies per portæ ramos ſe diffundens, & cardialgicos homines reddit, & aluum perturbat, & ciborum faſtidia facit, ac in ſuperas quid diſtribuens per arterias rigorem excitat, ſoporemque inducit, quæ cuncta, quia ſunt prauæ ſuppurationis ſuum præſertim curſum ad aluum flectentis germina, erunt quoque mox adfuturarum deiectionum purulentorum præſagia. nam purulentia exundat, dum ægri vbertim exſudant: ſcriptum enim in ſuperioribus. qui frequenter exſudant, & inſuper rigent, pernicioſum hoc eſt, & in finem ſuppurationem habere comperiuntur, ventreſque turbatos.

IV.

Hepar de repente circumcirca dolentibus, febris accedens dolorem ſoluit.

445 DOlet de repente circumcirca iecur, hoc eſt vndique & omni ex parte appulſu flatuum, ſeu humorum tenuium ſe per exiles venarum ſurculos quoquo verſum inſinuantium, quia calorem contraxerunt, cuius munus eſt omnia per omnia mouere: ſic enim violenta hac, & repentina irruptione iecur vndiquaque diſtentum dolet ſeu ſtabiliter, ſeu mutatis ſedibus. inruunt autem ſic repentè nedum flatus, ſed & vtraque bilis, ſi calorem contraxerint, vt repentè vndiq. ſe inſinuent. non eſt tamen tantus, ac talis hic ardor, vt phlegmonem pariat; quia vndique ſe expandat, febrem vtique inueheret. ergo quia febris non anteuenit, nec protinus dolorem hunc inſequitur, ſed deinceps ſuperaccedit, neceſſe eſt, vt vtilitatem afferat, quia & flatus diſcutit, & vias ad noxiorum excluſionem parat, quod ipſum faciunt arte parata auxilia, manuum nempe compreſſio, calidum lauacrum, & potus ſeu aquæ lactis, ſeu allij intincti, vt ſcriptum eſt 6. in 2. Epid. eſt autem hac de re notabilis hiſtoria illius, cui iecur dolebat, quia vnus, inquit, eius apex complicabatur. conualuit enim is ſola concuſſione, cuius ope ceſſauit dolor, quia iocinoris apex in ſuum locum rediit.

Qui

V.

Qui ſanguinem ſpumoſum ſpuunt præcordium dexterum dolentes, de hepate, ſpuunt & moriuntur.

446 Abundè hac de re in ſuperioribus. quia enim ſpuitiones multùm cruentæ in hepaticis protinus ſunt pernicioſæ; oportet vt ſpumoſum ſanguinem ſputu proferentes decedant, dum is à iocinore emanat, quoniam ſumma ardoris interuenit violentia, qua ardet iocinoris pars gibba, certè ad exitium, vt ex aliàs dictis conſtat.

VI.

Quibus hepar vſtis velut amurca prodit, lethale eſt.

447 QVanquam rarenter, attamen occurrunt in gibba iocinoris purulentiæ, dum phlegmon à craſſo ſanguine editur, & conſiſtit iſtud in lobo aliquo longè diſſito à mediana parte. tunc enim ægrotantes lętis febriculis marceſcunt, doloreſq; aliàs acuti, aliàs molles ingruunt, rigores quandoque occurrunt, fitque pars ad hypochondrium, ſeu ad ventriculum ſpectans tumida, & doloroſa. & hi poſt diutinam ægrotationē ſuppurationis notas exibent ad interitum, quia nullus inde ſalutaris occurrit humoris purulenti exitus. nequeunt enim ſic acuminari, quemadmodum faciunt, qui in hypochondrijs ſunt, vt liberum habeant de foris exitum, ideoque intus diſrupti rapiunt, nec alia manet ſpes, niſi à medico artificio vſtione, ſeu inciſione peracto, quod quidem qua nam ratione, quoue tempore ſit peragendum, ſuò erit oſtenſum loco. ſic ergo iocinoris gibba pars in ſuppurratum tranſit, & hoc in ſecundo hepatico morbo ſæpè contingere ab Hipp. lib. de int. affect. proditum. cęterum ſi hi ægrotantes eam curationem ſubeant, quam inciſio ſeu vſtio edit indeque pus album prodeat, ſuperſtites quidem euadunt: pereunt ſi exiens amurcoſum eſt. rationem reddit Hipp. 7. Aph. 45. qui dum pus album exit, ſuppuratio in tunica eſt: dum autem cęnoſum eſt, carnoſum, & graueolens, ſuppuratio facta eſt in carnoſa parte à terreo, craſſoque ſucco. ergo quia humores ſe in tunicam efferentes leuitatem habent, benignamque redolent naturam, vt optimam matureſcentiam ſubeunt, ſic poſt diſruptionem nihil agglutinationem impediens relinquunt. contrarium eſt, dum noxius humor ſe infixit in profunditatem viſceris, nam quia ponderoſus ſubſidet, & quia craſſus hæret, & quia prauus corrumpit, exiens idcirco pus amurcoſum apparens non poteſt non interimere.

SECTIO VIGESIMAPRIMA.

De Hydrope.

I.

Hydropes ex acutis morbis doloroſi fiunt, & pernicioſi. incipiunt autem plerique à laterum mollitudine, aliqui etiam ab hepate. his igitur quibus à laterum mollitudine initium ſumunt pedes tument, & alui profluuia diuturna ſequuntur aluum non mollientia, neque dolores ex lumbis, & laterum mollitudine ſoluentia, Quibus verò ab hepate tuſſis adhuc promptè oboritur, & pedes tument, & aluus dura egerit, eaque ad neceſſitatem coacta, & tumores circa ipſam fiunt partim in dextera, partim in ſiniſtra, & rurſus ſedantur.

448 STAT hydropis forma in quadam abdominis diſtentione, quæ ſtabilis, & diù perſeuerans totum repletum abdomen exhibet. nam diſtenduntur quandoque præcordia, cęteræque figillatim abdominis partes, non tamen hydrops eſt, quanquam diu maneat illa membrorum diſtentio. ergo in hydrope totum abdomen vndique intumeſcit, diuque ſic ſtabilis perſeuerat tumor, vt affectionem pertinaciam demonſtret. quod autẽ in eius euomitũ cauum ſic abdomen replet, ſiue flatus, ſiue humor ſit, aliunde venit, quia ſuapte natura quod extra vaſa, viſceraque eſt, inane eſt. ideoque hydropis affectio venit poſt alios morbos, dum hi aut affligunt viſcera, aut illuc colligunt ſuccos ſeu flatus aliunde exitum non habentes. nam hydropici euadunt homines non minus à collectione aquoſitatum aſſumptarum, quam ab afflictione viſcerum in abdomine contentorum; & hoc totum accidit vel poſt diuturnas paſſiones, vel ex acuto morbo. de prima hydrope ex diuturnis nata paſſionibus aliis, nunc alteram proſequamur. Hydropes, inquit, Hip. qui ex acuto morbo accedunt & doloroſi, & pernicioſi ſunt. fiunt autem ex acuto morbo hydropes, dum abdominis partes inſimul laborantes excipiunt tandem quicquid ſpiritales iam offenderat, tranſitque hac ratione morbus in diuturnitatem, ſed mortiferam, dum grauiter affligit. nam Cteſiphon ex ardente hydropicus deceſſit cum ſuffocatione, & ſtertore, quia antea ſpleneticus erat: quam diſpoſitionem ipſi quoque acuti morbi inducunt, dum inſimul lumbos, ilia, viſceraque naturalia affligunt. partes tamen precipuę offenſiones ab acutis ſumentes ſunt laterum mollitu-

litudines, & iecur. quippe in laterum mollitudinibus cauitates iacent flatu, ſeu humore ſe replentes, quos magnæ, inſigneſque venæ tum lumbales, tum ſurſum reptantes euomunt, vt inde ſtatus hydropi formis cōſurgat, qui doloroſus ex acutis eſt conditione humorum peccantium integram reſpuentium miteſcentiam, imo prauam abſceſſionem facientium. huiuſce vero hydropis propia accidentia ſunt pedum tumiditas conditione humorum craſſorum ſuopte pondere ad infimas ſubſidentiū, dum natiuus deferbet calor: alui profluuia diuturna, quæ neque diſtentum durumque abdomen molliunt, nec lumborum, præcordiorumque dolores ſedant, quoniam non eſt ſola, quæ offendit collectio, ſed membra iam inquinata perennem ſuccretionem faciunt, & propterea alui hęc liqueſcentia malum exaſperat, ſupernaſque colliquat partes, vt ſcriptum eſt ab Hipp. lib. de int. affect. In altero vero hydrope ex acutis ſuum ſumente ab hepate initium pedes quidem tument propter iam dictam ſuperarum partium liquationem decumbentem per inania muſculorum lumbalium; ſed aluus non fertur profuſè, imò pigrat, & coacta ad neceſſitatem dura egerit, quia manet immiſſus in iocinore ardor in eius gibba parte. hinc ingens humiditatum oboritur ſuctio, quæ facit, vt nedum corpus tabeſcat, ſed aluus pigrans ſit diſtenta, tumores exhibens modo in dextera modo in leua parte, ſubſidentes mox, quia ab æſtuantibus exoriuntur flatibus, vagè ſubinde ſe diſpergunt. ex hac eadem iocinoris paſſione tuſſes oboriuntur, quas gerunt quoque inſignes huiuſce viſceris inflammationes, cauſis iam in ſuperioribus adductis. cur autem profuſam reddant aluum hydropes, quæ à laterum mollitudine incipiunt, eandem pigrent, quæ à iocinore, hæc eſt ratio. humores à ſpiritalibus abſcendes per vaſa nequeunt obruere iecur, quia obſtat ſanguinis aſcenſus per inſignem cauæ truncum. per alios idcirco ſinus curſum flectunt ad laterum mollitudinem, & ad lumbos, quarum partium vaſa ſucco diſtenta, dum abſceſſionem, aliaſue non faciunt euomitiones, aluum tandem profuſam reddunt, vt ex aliàs dictis conſtat.. Aſt quod ab acuto morbo hepar aſſumit, non niſi innaturalis ardor eſt, qui dum in incoctum adhuc ſuccum accedentem agit, vt humorem abſumit, ſic quamplurimos diſtendentes flatus creat, quibus abdominis tumet capacitas, quod intelligendum de hydrope, qui ex acuto morbo fit: nam in alijs alia poteſt eſſe ratio vide hinc quæſo quantum neoterici à veritate aberrent in hydropis tractatione. nam malum quandoque fit abſque iocinoris labes, ac dū iecur laborat, non ſemper adeſt deficientia caloris, ſed quādoq. exceſſus.

Digitized by Google

II.

In hydropicis ſiccis vrinę ſtillicidia mala. malę etiam vrinæ paruas hypoſtaſes habentes.

449 SIccus in viſceribus immiſſus ardor, dum in ſuccum à vena caua, lieneque non diſtributum agit, quamplurimos flatus creat, qui & ipſi inardeſcentes abdominis capacitatem diſtendunt, ſiecumque efformant hydropen, cui ſi vrinarum ſe adiungant ſtillicidia, malum quid vtique præſagiendum. ſiue enim ſtillicidia naſcantur, quia lienis corpus parum quid liquoris inardeſcentis per arterias in veſicam immittat: ſiue quia hepar eundem ichoribus ardorem impertiat prauis cum recrementis; mala vtique erunt ſtillicidia hæc in ſicco hydrope, tum quia ardor ſummus adeſt ambobus in viſceribus: tum quia ſublatum eſt illud leuamen, quod à prompto potionum tranſitu expetitur, dum viſcera, ſpiritusque ardent, quocirca Bioni obitus contingit ex ſtranguria. Eandem quoque malitiam demonſtrant vrinæ, quæ debito ordine excretæ, paruam habent hypoſtaſim. quia enim tenues, ſiccum demonſtrant ſubeſſe ardorem, à quo tandem membra tabeſcunt. nam tabidis tales occurrunt mictiones, vt ſuo loco palàm fiet.

III.

Hydropicis quæ ſuperuenit epilepſia, pernicioſa. mutuò enim ſunt ſigna in prauitate, & aluos profuſiores reddunt.

450 COmeant affectiones, quæ cauſarum agnoſcunt comercia, quod in acutis ſæpe euenire 1. de morb. proditum. aſt ſi vera ſunt, quæ ab eodem lib. de flat. & de ſacr. morb. de Epilepſi dicuntur, vtique cauſarum comerció hydrops, & epilepſia conſenſiunt. nam in epilepſia ſunt inæqualiter meatus ſpirituum occluſi, quia illuc accedit vbertas quędam flatuum, pituitoſorum, ſeu humiditatum non ſine acrimonia, & hæ hydropis quoque ſunt cauſæ ſola locorum affectorum ſede diſiunctæ. ac veluti ex hac cauſarum adiunctione melancholici epileptici fiunt, ſic & hydropici. ſed pernicioſior eſt hydropi accedens epilepſia, quia malum hydropis non tolit, prauitatemque deſignat cauſæ offendentis, dum ſic flatus, ſeu ichores inardeſcunt, vt in penitiores ſpirituum ductus inlati, eos obruunt, ſpiritusque in inæqualem motum adigunt. hinc viſcera in preceps ducta, dum mutuò in malitiam conſpirant, aluos profuſas reddunt, quia acris à calore pituita reddita, cruditatumq. exundat vbertas.

In

IV.

In biliosis aluus turbata egerens pauca genituræ ſimilia, mucoſa, & dolorem circa pubem inducentia, & vrinæ non facilè ſolubiles prodeuntes, ex talibus in hydropen deſinunt.

451 IN biliosis tum temperaturis, tum affectionibus, aluus ſuopte natura biliosa euadit. ergo recedit à naturali ſtatu, dum parua egerit genituræ ſimilia, & mucoſa. quippe liquata ab ardore pituita conglobatum quod paruum profert genituræ per quam ſimile, ſed conditione pituitæ mucoſum. cruciatum autem parit, dum hic humor penetrat, vrinarioſque ductus obſarcit, dum cruciatus ad pubem attinet, & quia in ſicco hydrope mala ſunt vrinarum ſtillicidia: & dolores circa lumbos, & vmbelicum ſiccum denunciant hydropen; vtique aluus in biliosis multis turbata flatibus, pauca tamen genituræ ſimilia egerens mucoſa, & circa puben cum ſtranguriosa mictione dolorem inducentia; hydropis euentum prænuntiat.

V.

Si cui hydropico febrienti vrina ſit pauca, & turbida, perniciosum.

452 AB aqua inquit Hipp. 4. de morb. non valdè fortis oboritur febris, neque diuturna, quia igni non bonum alimentum aqua præbet. aſt ſi viſcoſior hæc euadat, craſſeſcatq. tunc ardorem concipit, eumq. diù retinet. aſſumit autem hanc diſpoſitionem, dum ſeu ſtagnans corruptionem, & ſitum concipit: ſeu liquatis alijs ſe ammiſcet recrementis, ſicq. inæqualiter craſſeſcens turbulenta fit, ac febri idoneam ſubminiſtrat materiam. huiuſce autem ſeu corruptionis, ſeu ammixtionis inditium præbent paucæ, & turbatæ vrinæ. nam paucæ ſunt, quia ſeroſitates partim in abdominis capacitatem ſtagnant: partim viſcerum ardore abſumuntur, partim etiam ob ſuam turbulentiam lotij ductus obſarciunt. turbidæ autem ſunt ab agitatione flatuoſi ſpiritus, & ab inæquali ſuccorum liquatione vi ardoris febrilis facta. accedunt autem hæc hydropicis ad perniciem, quoniam febris, dum carnes reſiccat, bibendi adauget neceſſitatem, ſitireque hinc hydropici non deſinunt ad obitum vſque, vt Fulloni febrienti contigiſſe legimus. mala quoque in hydropicis eſt vrinarum paucitas, quia vnum ſublatum eſt opus, quod hydropis quandoque ſolutionem affert, ac in pauca excreta vrina turbamentum

 appa-

apparens cephalalgiæ, delirationis, conuulſionis, ſeu mortis euentum denunciat, obijtque hydropicus in Olyntho aſſiduè per noctem, & diem delirans, ap honus mox de repente factus.

VI.

In hydrope incipiente alui profluuium aquoſum citra cruditatem, morbum ſoluit.

453 AQuoſa hydrops talem præſertim ſibi nomen aſciſcit. oritur autem, tum à collectione humiditatum potu præcipuè aſſumptarum liberum non habentium exitum: tum à viſcerum diſcraſia, quæ facit, vt crudores exundantes meatus occludant, & potionum tranſitum impediant. ab aquoſitatum propterea collectione incipit perpetuò hydrops, hac tamen diſtinctione, quod aliquando ſine crudoribus collectio hæc eſt: aliquando crudores adſunt, quoniam & viſcerum adſunt diſcraſiæ, & eſt diſtinctio hæc quam maximè opportuna: nam 2. Prorrhet. optat Hipp. vt hydropici bonis ſint præditi viſceribus, quia natura tunc ſe exerit, & faciles coctiones fiunt, quæ opera nunquam eſſent ſperanda ſi à viſcerum diſcraſia perpetuò ortum traheret hydrops. fit ergo hydrops à ſola aquoſitatum collectione abſque notabili viſcerum labe, quam tandem indipiſcuntur, ſi diu maneat collectio, & tunc alui fluor necem promittit, ſiue ſuccum è ſolidis partibus liquatum exhibeat; ſiue cruditates ſolas promat. ſecus autem eſt de illa profuſa diarrhea, quæ in exortu hydropis facta aquoſum humorem deturbat ſine cruditate. nam aluus tunc collectionem deponit, priuſquam aut ipſa ſitum contrahat, aut viſceribus labem impertiat. & hoc ſummum eſt in Hippocratica medicina arcanum, multa alioquin inuoluta expromens eandem ſolutionem iiſdem met rationibus edit lotij vbertas, vt lib. de iudicat. & 6. Aph. 14. ſcriptum eſt.

VII.

Denunciato iam ſicco hydrope, ſi tormina ſint circa tenue inteſtinum, malum, & epilepſiæ hydropicis pernicioſæ.

454 DEnunciant ſiccum hydropen ea, quæ ſuperius ab Hipp. fuere poſita, & 4. Aph. 11. repetita ſub his verbis. Quibus, inquit, tormina adſunt, & circa vmbelicum cruciatus, & lumborum dolor, qui neque medicamentis, neque alijs præſidijs ſoluuntur, in ſiccum hydropem firmatur. quem mox declarat aluus dura coacta egerens, & alia, quæ

quæ ſuperius fuere enarrata. cęterum quum huic ſicco hydropi plerumque anteueniat tormina, ſi hæc ſeu in iam facto maneant, aut ipſi ſuperaccedant, malum ingens expectandum, quoniam perennis adeſt ſuccretio tum flatuum æſtuantium, tum ichorum tenuium. & acrium, tum etiam pituitæ doloroſè penetrantis, vt hinc prauum quid genituræ ſimile mucoſum ſe promat, & exin ſæua mox adueniat diſenteria. de epileptica affectione abunde ſuperius dictum, & hæc fortaſſis promptè occurrit in ſicco hydrope torminoſo, vt ex iam dictis conſtat.

VIII.

Hydrops, qui ad curationem remiſit, recurrens deſperatus eſt.

455 RElapſus aliorum morborum poſt curationem arte ſeu natura comparatam non ſe transferens in perniciem, quanquam difficultatem ac diuturnitatem gerat; ſanationis tamen deſperationem non affert: ſecus in hydrope iam ſoluto recrudeſcente denuò. nam receſſus ſit ſummus à naturali ſtatu, dum hydrops conſurgit, (ſiue receſſus ille ſit momentaneus à collectione, ſiue ſtabilis ab afflictione viſcerum) qui ſi abeat per opportunam curationem, ſtabilem incolumitatem frui corpus deberet. ergò ſi in eundem morbum denuò labatur, ſignum eſt, viſcus aliquod firmum contraxiſſe vitium, incompleſtaque fuit illa ſolutio, à qua idem morbus recrudeſcit. & quoniam, dum recens erat, ſua non depoſuit inquinamenta, multo minus id fore ſperandum, dum morbus recrudeſcit. ergo deſperatus eſt hydrops recurrens, qui iam per curationem remiſit. notanter autem dixit, qui remanſit, non autem qui ſolutus eſt, quoniam remiſio apparentem ſolutionem demonſtrat: ſolutio autem, quia integra, & completa, recidiuationis occaſionem tollit. Porrò notatione digna ſunt hæc Hipp. 2. Prorrhet. At quibus, inquit, magni tumores facti emarceſcunt, & rurſus attolluntur, hi magis conualeſcunt, quam illi, qui ex ſanguinis eruptione implentur. verùm fallunt hi hydropes ipſos ægrotantes, faciuntq. vt ipſi à medicis diſcedant, ac pereant. ex quibus verbis apparet, quod non ſunt deſperati hydropici illi, quorum tumiditates ſubſident, ac denuò reaſſurgunt, ſi medicis pareant, nec ſe ſanatos exiſtiment. quod non diſſonat ab ea, quæ fuere enarrata. nam hydropis malum ſtat in abdominis diſtentione, cui adduntur quoque tumores quidam aſſurgentes modò in vnam, modo in aliam partem ſubſidentes mox, de quibus in Prorrhet. & iſti facilius conualeſcunt, perinde he de Lienoſis lib. de intern. affect. dictum. ſecus autem eſt de tota abdominis tumeſcentia, quæ remedijs ſubſidens, ac

denuò reaſurgens deſperatam ſanationem reddit, cauſis iam enarratis.

IX.

Hydropicis ſecundum venas prorupta in aluum aqua ſanantur.

456 TVment tum viſcera, tum venter, tum carnes corpus veſtientes copia humiditatum aſſumptarum. nam & lien aqua repletum, ſi pondus in veſicam non excutit, illud tandem in ventrem deponit: & iecur aqua repletum, dum eam in omentum euomit, deſperatam hydropen facit, iſtiſque ex occaſionibus venter repletus tumet, ſolitariè quidem, ſi viſcera totum pondus in illum excuſſerint; cum adita viſcerum vitioſitate, ſi quid in ipſis adhuc relictum eſt. accidit quin etiã, vt carnes ſeu à viſceribus ſeu ab ambientibus proroſitatibus multis ſe repleant madoribus, quibus ſic tument quandoque extima corporum, vt perluceant diſtenta, & ex vulnere aquam emittant, & hæc affectio intercutanea eſt hydrops, quæ orta ab humiditatibus vel forinſecus aduenientibus per cutis ſpiracula, vel intus per viſcera copioſas humiditates vrinarijs meatibus non exceptas protinus illuc emandantia, ſolis carnoſis partibus inhæret, & naturalia viſcera tunc ſuam plerumque ſeruant conſtitutionem, quæ ſi in malum conſenſerint, & venter & carnes diſtentæ tument, & hac ratione variæ conſurgunt hydropicorum formæ ab vna aquoſitatum collectione emanantes, quarum exitus, ſi promptus fuerit; corpus deinceps ad integritatem redit, dum viſcera non laborant: nam ſi hæc in malum conſenſerint, vt ſit perennis aquoſitatum ſuccretio licet detractum pondus remiſionem quandam exhibeat, recurrit tamen denuò morbus vlla abſque ſalutis ſpe. Ergo prorumpens in hydropicis ſalubriter ad aluum aqua, illa eſt, quæ forinſecus aduenicns nullam, aut exiguam ſaltem labem viſceribus imponit, ideoque ſua ſponte in aluum prorumpit, quia, vt optabat Hipp. bonis hi ſunt præditi viſceribus. cæterum non ſine ratione adiuncta eſt illa particula, ſecundum venas, quæ duplicem habere poteſt intellectum. vnus, quod hydropicorum aquoſitas adhuc circa venas maneat, nec ſe diffundit in cauitates ab his diſſitas, quoniam ſi iſtud contingat, vix datum, vt denuo venæ humorem illum ſugant, ac deinceps in ventrem euomant. alter intellectus eſt, vt profuſio ad aluum fiat per venarum oſcula. nam cumulatim tum ad aluum, tum ad renes per venas, & arterias aquoſitates meant, per alios vero ductus vix, nec ſine difficultate. vtraque fiat ratione effuſio hæc, naturæ opus perficitur, vt ex aliis dictis conſtat.

Quibus

X.

Quibus ex aliqua ægritudine ad hydropen res deuenit, his alui ſicca excrementa caprini ſtercoris ſimilia egerunt cum eliquatione mucoſa, vrina non bona, diſtentiones circa præcordia, & dolores, & tumores circa ventrem, cruciatus quoque circa laterum mollitudinem, & iuxta ſpinæ muſculos accidunt. febres item, ſitis, & tuſſes ſiccæ ſequuntur, & circa motus ſpirandi difficultas, crurium grauitas, à cibis abſtinent, & paucis ingeſtis explentur.

457 INdiſtincta eſt complexio eorum, quæ ſuperius ordinatim promuntur tanquam ſigna hydropem ex acutis ſeu concomitantia, ſeu ſuperaccedentia, perperam fortaſſis, & extra locum repoſita, de quibus non eſt, vt aliam faciamus enarrationem, quia conſtant ex ſuperius dictis.

XI.

Leucophlegmatia alui profluuium ſedat.

458 MOrbus diſtinctus eſt apud Hipp. Leucophlegmatia ab hydrope. nam 7. Aph. 74. inquit, quod ex alba pituita hydrops fit. & lib. de int. affect. horum facit abiunctam narrationem. tranſit autem per quam facile pituita alba in hydrops, ſi vel ipſa collecta diu manens viſcera offendat: vel ſuccreſcat hæc ex viſcerum labe, conſonant ergo in modo tum gignitionis tum ſolutionis, ſed illud peculiariter leucophlegmatiæ contingit, quod aliquando ſalubriter deponit crudores, dum ortum ab horum collectione traxit, vt ſæpe in praxi compertum.

SE-

SECTIO VIGESIMASECVNDA.

De Dyſenteria.

I.

Dyſenteria intempeſtiuè ſuppreſſa abſceſſum in lateribus, aut in viſceribus, aut in articulis facit, num igitur bilioſas abſceſſus in articulis: ſanguineus in coſtis. aut viſceribus fiat?

459 INTESTINA dyſenteriæ malum exhibent: nam exeunt cruenta è venis violentia quadam reſeratis, non ſine proinde torminibus, quæ ſeu momentanea, ſeu ſtabilia ſunt pro conditione cauſarum offendentium. quippè ſi criticè accedat dyſenteria, licet tormentoſa, ſalutaris nihilominus quia magnas ſoluit affectiones, rependitque denegatum hæmorrhagiæ exitum, vt aliàs ex Hipp. oſtenſum. reliquæ occaſiones, quia munus naturæ non agnoſcunt, morbum pertinacem creant, qui eluctabiliter, ac diutinè affligit, ſi non rapiat ocyus. praui enim tunc ad inteſtina ſiue à capite, ſiue à viſceribus, ſiue à vaſis omnibus confluunt ſucci ſic dilaniantes, vt vlcus inſanabile pariant, potiſſimum ſi iſtud in inteſtinorum elatiori parte contingat, & tunc dyſenteria primigenea eſt, quoniam confluentes ſucci eam habent prauitatem, vt protinus exigua inteſtinorum vaſa adaperiant; cruentumque fluorem exciteint, & hac ratione à liquatis tum carnibus, tum viſceribus in ardentibus protinus dyſenteria conſurgit, quæ multiplicem prauitatem gerit, vt liquaminum ſunt conditiones diuerſæ. cæterum & ab alijs antecuenientibus alui turbationibus tandem conſurgit dyſenteria, dum meracus eſt, ait Hipp. 7. Aph. 23. ſeu acredinem indipiſcitur accedens ſuccus, ſiue id externis, ſiue internis ex occaſionibus contingat. nam collecti in intimis ſucci, ſi acredinem habeant; reſerant venas, ac prauitatem indempti vlcus faciunt. ingeſta quoque cibaria, dum non ſeſe per corpus diſtribuunt, aluum prius turbant, mox dyſentericum excitant fluorem, dum acrimoniam aſſumunt, vt 3. de Diet. ſcriptum ab Hipp. Licet autem fluor hic innaturalis, & plerumque ſymptomaticus ſit, non expedit eum ante tempus ſupprimere, quacumque veniat de cauſa, eccòque digna ſunt hæc Hipp. verba 2. Prorrhet. Dyſenteriæ, inquit, ſi quidem cum febre inuaſerint, aut varijs alui egeſtionibus, aut cum hepatis inflam-

matione, aut præcordij, aut ventris, aut quæ doloroſæ fuerint, aut cibos intercipiunt, ſitimque inducunt, hæ omnes malæ ſunt, & qui ſanè plurima horum malorum habuerint citiſſimè peribit: cui vero pauciſſima talium affuerint, & huic plurimæ ſpes ſunt. moriuntur autem ex hoc morbo maxime pueri quinquennes, & ſeniores adhuc decennes: reliquæ verò ætates minus, at quæ dyſenteriæ commodæ ſunt, mala hæc non incurrunt, verum ſanguine, & ramentis egeſtis deſierunt aut ſeptima die, aut decimaquarta, aut vigeſima, aut quadrageſima, aut intra hæc tempora. huiuſmodi enim egeſtiones etiam eos, qui prius ſunt in corporibus morbos ſanant, antiquiores quidem diuturniore tempore, recentiores vero in paucis diebus ſubmouere poſſunt. Hactenus ipſe. quam doctrinam ab ipſo religioſè obſeruatam fuiſſe legimus in Eratolai filio dyſenterico ex febre, & liquatione. opus enim curationis ad quadrageſimam vſque expectiuit ſuccorum miteſcentiam, quod & in Cteſicrate, Adriano, Cæneique puero factum. ergo nunquam ante debitum tempus ſupprimenda eſt dyſenteria, quoniam ex intempeſtiua ſuppreſſionè mala oboriuntur quàmplurima iuxta conditionem ſuccorum detentorū: etenim abſceſſio quędam dyſenteria eſt, quæ ſi commoda futura eſt, nullo pacto ſupprimi debet: ſin autem incommoda priuſquam fiat, aut ſolùm dum fit auertenda opportuna ſanguinis detractione, alijſue auxilijs, ſed nunquam ſupprimenda adſtringentibus, ne abſceſſio ad alia membra ſe conuertat, non ſine diſcrimine. nam bilioſus ſurreptus humor promptè ad articulos vergit: ſanguineus tendit ad viſcera, ſeu ad latera. hoc tamen problematicè dictum, quoniam etiam recrementa bilioſa poſſunt viſceribus hærere, & ſanguineus pituitoſam redolens naturam ad articulos quandoque abſcedit, frequentius tamen illud, rarius hoc contingit, fiuntque tales abſceſſiones ex intempeſtiua dyſenteriæ ſuppreſſione, dum alia non accedunt, quæ has rependant. nam & hæc ſunt Hipp. 4. Acut. Dyſenteria, inquit, ſedata abſceſſum, aut tumorem aliquem faciet, ſi non ad febres, aut ſudores, aut vrinas craſſas, & albas, aut ad coxam dolor decubuerit. ſic de Lambione legimus, quod quum inteſtinum vlceroſum ei eſſe videretur in dyſenteria poſt curationem per pharmacū humerus, & ſedes vlcerata ſunt in ſiniſtra citra febrem. quod omnibus vlceribus vbi confluxus eſt humorum intempeſtiuè ſanatis accidere conſtat, ſi vera ſunt, quæ ab Hipp. 5. Aph. 65. dicuntur, quibus, inquit tumores in vlceribus apparent, non valdè conuelluntur, neque inſaniunt. his autem de repentè diſſipatis, retrorſum quidem conuulſiones, & tetani ſiunt: antrorſum verò inſaniæ, lateris dolores, aut empyema, aut dyſenteria, ſi rubicundi magis fuerint tumores. documentū certè aureum, ne in iſtis curandis affectionibus grauiſſima contingant errata. *Dy-*

II.

Dyſentericis vomitus bilioſus in principio, malus eſt.

460 ET quoniam, vt 2. de Diet. proditum, vomitus ventrem, magis quam oportet egerentem, ſiſtit; & quoniam dyſenteria intempeſtiuè ſuppreſſa mala quamplurima inducit, & quoniam plerumque dum infimus venter profundit, ſuppremus benè ſe habet; ideò vomitus bilioſus in dyſenteria incipiente malus eſt. ac licet in hac curanda paſſione lib. de affect. vomitionem laudauerit Hipp. hanc tamen voluit, vt pituitoſorum ſit ad capitis depletionem, eamq. 3. de Diet. faciendam monuit poſt decem dies, ac deinceps poſt alios decem, quoties nempe à nimia ſuccorum alibilium repletione dyſentericus fluor originem traxerit, alioquin in curando Eratolai filio ne verbum quidem de vomitione. 4. enim Epid. vt malum dyſentericorum inditium agnouit bilioſa faſtidia. calcſcit enim tunc ſuppremus ventriculus. & attractio fit bilioſorum exundantium, quod in dyſenteria malum eſt inditium, quoniam inde adaugeſcunt ſymptomata.

III.

Quibus ex dyſenteria ſæua humor ad purulentiam deuenit, his id quod ſuperſtat valdè album, & multum erit.

461 A Dyſenteria, inquit Hipp. 7. Aph. 73. leuitas aduenit inteſtinorum, dum nempe ad eam hæc deueniunt imbecillitatem, vt confectum cremorem detinere nequant vſque ad integram venarum ſuctionem: tam latè enim leuitatis nomen apud Hipp. vt inferius. veniunt autem à dyſenterico fluore ad talem imbecillitatem inteſtina propter vlcus inſigne, quod ſi non protinus rapiat plerumque affectionem hanc inducit, vt prius nempe purulenta ſe offerant, mox quæ à purulentia ſuperſunt, & promuntur, multa, & alba apparent. aſt non à purulento vlcere hæc emanant, quoniam inteſtinorum tunicæ ex carnes ſunt, magnum ſubinde vlcus non ſubeunt, nec puris multitudinem promere poſſunt, quia ſi vlcus altius ſe inſinuauerit, protinus lethale eſt, vt ſcriptum 4. Aph. 26. ergo album, & multum poſt purulentiam ſe deijciens, chyloſus eſt ſuccus, qui non immanet in iam leuigata inteſtina, nec ſugitur à venis ipſa purulentia conſpurcatis. & hac ratione à ſæua dyſenteria ad chyloſam deiectionem ægri deueniunt, quæ plerumq. inſanabilis eſt, potiſſimum ſi vnà etiam purulentia perſeueret ſubſidens in ipſa chyloſa deiectione, vt ſæpè in praxi obſeruatum.

Dy-

IV.

Dyſenterica, ſubrubrę, limoſę, largæ alui egeſtiones in flammeis valdè rubicundis coloribus ſolutę, inſaniæ timorem inducunt.

462 DYſentericæ fluxiones, quoniam rependunt in magnis paſſionib us hæmorrhagiam non eiectam, plerumque à capite emanant. pulſus etenim, & dolor venarum, quæ in collo ſunt dyſenteriam pronunciant, vt in Eratolai filio: prauæ autem quum ſint ſuapte natura iſtæ fluxiones, accidit, vt ſi ad loca ſpirituum deuenerint, quandoque inſaniam pariant. prauæ autem ſunt, quæ largæ, ſubrubræ, & limoſæ in flammeis valdè rubicundis coloribus ſoluuntur: quippe & recrementorum prauorum tunc viget vbertas, & incendio intima æſtuant, quia recrementa hæc perennem ſubeunt vſtionem, rubicundum ſubinde, ac flammeſcentem colorem exhibent; ideoque nedum venarum ſanguis tunc prodit, ſed arterioſus inſimul nimio æſtu ferbens, & ab hoc ſpirituum feruore per quam facilè conſurgunt inſaniæ. ſic 3. in 2. Epid. ſcriptum legimus factas in Peryntho fuiſſe difficiles dyſenterias, quæ comatoſæ deinceps vigiles in ardentibus erant. Eratolai etiam filius ſic obliuioſus apparuit, vt interogaret, quod antea audierat, ac intermittens rurſus interogabat, & rurſus repetebat, quaſi nunquam interogaſſet, ſedens obliuiſcebatur, niſi quis ipſum admoneret, & hoc eſt quadantenus inſanire.

V.

Dyſenteria non longa ſpleneticis commoda eſt, longa vero mala. deſinente enim ſi hydropes, aut inteſtinorum leuitates fiunt, lethale eſt.

463 NOn omnibus Lienis vitium patientibus dyſenteria commoda eſt. nam in tertio Lienis morbo, ait Hipp. lib. de affect. dyſentericæ oboriuntur deiectiones ad interitum, quoniam omnes ab atra bile inceptæ dyſenteriæ, ait idem 4. Aph. 23. lethales ſunt. dum etiam Lien in ſcirrhoſam tumet elationem, nulla ſalutis ſpes à dyſenteria, quoniam cito deſinens induratum malum non eliminat; diuturna autem Lienoſis incommoda eſt. eſt autem non longa dyſenteria, quæ aut ſeptima, aut decimaquarta die deſiſtit: longa quæ tranſiliens acutorum metam ad quadrageſimam vſque ſe extendit. Quæ ergo non longa eſt dyſenteria illis ſpleneticis opem fert. quorum lien recenter fęculento intumuit

ſan-

ſanguine, quoniam vitioſum ſic per ramos portæ ſe exonerat, & cumulatim quidem, quia nec diuturnitate induruit, nec lieni malum habitum inuexit. quod ſi diutinè affligat hic fluor, ſignum præbet viſcera prauè ſe habere, quia perenniter prauum humorem ſugerunt, inde fit, vt ipſe dyſentericus fluor aut rapiat, ſi perſeueret; aut leuitatem inteſtinorum, hydropenuè pariat, ſi deſiſtat. nam leuitas fit, ſi vitium maneat in inteſtinis, vt ſuperius enarratum: hydrops autem occurrit, quia viſcera labem contraxerunt, & propterea iſti hydropici, ait Hipp. lib. de affect. non valde ſeruantur. Ergo lethales ſunt tum hydropes tum inteſtinorum leuitates, quæ in ſpleneticis à diuturnis oboriuntur dyſenterijs. cæterum haud leuem dubitationem pariunt, quæ ab Hipp. 2. Prorrhet. dicuntur. ait enim, quod dyſentericæ egeſtiones tolunt etiam morbos, qui prius in corpus erant, antiquiores quidem diutiore tempore, recentiores verò in paucis diebus. Si ergo longa dyſenteria confert diuturnis morbis; commoda quoque erit Lienoſis morbum diuturnum patientibus. Dicendum, quod diuturnæ affectiones aut in viſceribus ſunt, aut ſolidis alijs adherent membris. quæ in viſceribus ſunt, vt non longis dyſenterijs ſoluuntur, ſic à diuturnis labem iam dictam recipiunt. reliquæ autem paſſiones diuturnitate ſeu breuitate fluxionum compenſantur, vt ipſæ vetuſtæ, ſeu recentes ſunt. hinc eſt, quod Hipp. lib. de Artic. in gibboſitate lumborum optat longam dyſenteriam, vt ſpinæ ſic deſiſtat pertinax afflictio.

SECTIO VIGESIMATERTIA.

De Lienteria.

I.

In inteſtinorum leuitatibus cum animalculis, dolores tormine ſoluti, partes circa articulos tumefaciunt, ex talibus ſquamulę rubicundę puſtuloſę: ij vbi exſurdarunt veluti flagris cęſi rubeſiunt.

464 ET ipſa inteſtinorum leuitas alijs ſuperaccedit morbis. ad talem quippe ventriculus, & inteſtina nequeunt infirmitatem venire, vt aſſumpta detinere nequeant cibaria, niſi & aliæ ante-

anteueniant paſſiones, quæ labem hanc iſtis tandem imponunt viſceribus. ſtat autem Lienteriæ malum in liquida alui, ac in doloroſa deiectione, non quarumlibet rerum, ſed ciborum tantum non putrefactorum vt cum Hipp lib. de affect. loquamur. extenditur attamen nomen hoc ad alias egeſtiones, quæ putrefacta, vt ita dicam, cibaria exhibent: nam 2. Prorrhet. loquens de Lienteria, & egeſtione, inquit, ſubeuntè aut valde cruda, aut nigra, & leui, & graueolens, hæ omnes malæ ſunt vocat autem Hipp. cibaria non putrefacta illa, quæ incocta ſunt, quoniam plerique veterum exiſtimarunt cibaria in cremorem duci per corruptionem. aſt quum aluus in Lienteria liquida deponat, neceſſe eſt, vt iam fuerint in cremorem cibaria ducta, ſed cremor is in inteſtinis non immanet, quia hæc leuorem habent, ipſumque ſubinde exonerant, priuſquam venæ conſuetam ſuctionem faciant, hac ſubinde ratione affectio hæc inteſtinorum eſt propia, naſcuntur autem leuores iſti tum à pituita defluxa à capite in inferam aluum: tum ab ipſis inteſtinis, viſceribuſque malè affectis. nam pituita in infimum ventrem delapſa frigefacit cibaria, & humectat horum ſubinde velox contingit ſeceſſus periteque ſic membrorum nutritio. ſed & ipſæ inteſtinales venæ, ſi à ſuo tractionis munere deficiant, vel quia obſtructæ ſint, vel quia imbecillitate laborent ob langueſcentiam viſcerum; tunc immanens in inteſtinis cremor leuorem parit, & hoc plerumque à dyſenteria contingit, vt ſcriptum eſt 7. Aph. 73. non perpetuò tamen ob leuorem incocta deijciuntur, ſed quandoq. exeunt nigra, & graueolentia, dum æſtuat ſic venter, & innaturalem mutationem, corruptellamue aſſumant cibaria, & in iſtis lienterijs, inquit Hipp. ſitis adeſt, potus ad veſicam non tranſit, os vlceribus ſcatet, rubor ſe eleuat in faciem, & maculæ ſolares varios exhibentes colores eſfloreſcunt, quæ omnia germina ſunt caloris in infimo ventre, in liene potiſſimum æſtuantis ad Lienteriæ promeudam malitiam, & de hac præſens eſt Hipp. ſermo. quippe dum in corruptionem cibaria abeunt, germinant vermes, qui plerunque tormina pariunt, miteſcentia mox poſt verminoſam deiectionem. Aſt ſi ſolutis torminibus, adhuc corruptio in inteſtinis maneat, neceſſe eſt tandem, vt articuli intumeſcant cum puſtulis, ſis ſquamulis rubicundis. nam & dyſenteria intempeſtiuè ſuppreſſa abſceſſum facit, & hic aliunde quam ad articulos obrepere nequit, dum tanta adhuc in infimo ventre manet corruptio. exeunt autem puſtuloſæ ſquamulæ rubicundæ, rubeſcuntq. ægrotantes veluti à flagris cæſi, quoniam abſcedentes ſucci corruptellam habent, dicturuſque inferius eſt, quod qui circa articulos rubicundas in ſuperficie puſtulas habent, & inſuper rigent, hi circa ventrem & inguina rubeſiunt, velut ex plagis doloro-

loroſis, & moriuntur. vide Anaxionis hiſtoriam, quia multum ad hanc rem facit.

II.

Qui in longis inteſtinorum leuitatibus cum animalculis torminibus ac doloribus afficiuntur, his ſolutis intumeſcunt, inſuperrigere his malum eſt.

465 QVod eſt ſuperius de leuitate inteſtinorum à dyſenteria relicta verificatum, idem nunc de longis lienterijs. nam longa lienteria, dum ſic in corruptionem abit, vt aſcaridas pariat, ab ſubinde doleat pertinaci affectione, vagiſque cum torminibus venter, (id enim στρόφοισιν ὀδυνώδεσιν ſi hæc deinceps quieuerint, tumefacit articulos nuſquam enim ab Hipp. dictum à lienteria oriri hydrops, quia propter aſſiduam ſuccorum depoſitionem tabeſcit corpus, & venter mollis, ſordidus. & rugoſus fit. flatus quin etiam longis dyſenterijs ſuperaccedentes, dum pariunt ructus, boni quid promittunt, vt ſcriptum eſt 6. Aph. 1. & repetitum 2. in 2. Epid. Demmetæ exemplo. voluit idcirco fortaſſis ex vſu eſſe flatus arte parare. ſi id debita cautione fiat, manſitque Lycia libera à lienteria veratri potione, deceſſit tamen poſtmodum propter lienis inflammationem. datum autem fuit veratrum, quoniam opē fert hi:, quibus eſt fluxio à capite, vt 4. Acut. proditum: ſed quoniam non hæc ſola eſt lienteriæ occaſio, dictumque eſt 4. Aph. in damnoſum eſſe hyberno tempore lientericos ſupra purgare; cum addictione dixit, fortaſſis autem licet etiam arte parare. ſed hæc obiter.

III.

Inteſtinorum leuitates cum lateris punctura, & difficultate ſpirandi, in tabem deſinunt.

466 DIctum, quod à lienteria corpus tabeſcit, quod promptius accidit, dum ſalſuginoſa, & acria à capite depluunt, quæ ſi partes ſpiritales aprehendant ſic, vt anhelitum anguſtient, & latus punctim affligant non pleuritico modo; certa imminentis tabis ſigna dant, promptamque cauſam ſuppeditant. quod enim ſe in cauum pectoris colligit, quum nec latus prorſus inflammet, nec ſputu ſe deplere poſſit, quoniam liquida aluus ſpuitionum libertatem tollit, aggrauat tamen, quia anhelitum anguſtiat, ergo vna cum lienteria tabeſcentem inducit.

Val-

IV.

Valuuloſis vomitus, & ſurditas, malum.

467 QVoniam dum corrupti in lienteria ſucci ad intima penetrant; dolores, & tormina occurrunt: & quoniam ex intempeſtiua à veratro vomitione Lycia deceſſit, neque egerens, neq. migens quicquam, ideo non inconuenit, vt à lienteria voluulus naſcatur. nam lib: de intern. affect. primum voluuli malum ijſdem deſcribitur notis, quibus & lienteria. ſecedunt enim in hoc voluulo ſucci incocti: flatus in toto corpore ſunt; eius color plumbi formis eſt: rigent perpetuò ægri, vt calida affuſa ipſis calida non appareant. optat idcirco Hipp. ad huiuſce mali ſolutionem; vt aluus infernè deijciat pharmacis turbata, deinde ventriculus supernè euomat, ne ſcilicet vomitio primis diebus excitata, corruptos ſurſum euocet humores. eſt & altera voluuloſa paſſio 3. de morb. & lib. de affect. deſcripta, quæ ſummis cum doloribus eſt, ventriſque duritate tanta, vt aluus nihil egerat, aſt ſurſum prorumpunt pituitoſa, biliosa, ac tandem fęculenta ad interitum, vt Mulieri aput Tiſamenum contigiſſe legimus. conſonat autem vt voluuloſa affectio de qua nunc Hipp. ea fit, quæ parum à lienteria abeſt, cuius curatio quum primis diebus vomitionem aborreat, mala vtique erit hæc, ſi ſua ſponte accedat, præſertim cum ſurditate. nam indæ paruæ plerumque ſe attollunt parotides, quæ à plurimis graueolentibus exortæ, rapiunt quam celerimè. erupturis autem parotidibus opinionem præbet ſurditas vomitui ſuperaccedens, quoniam ſupremus ventriculus incaleſcens craſſius euomit, tenuius ſurſum inmittit.

SECTIO VIGESIMAQVARTA.

De Veſicæ morbis.

I.

Veſica dura, & dolentes omnino quidem malæ ſunt, peſſima verò cum febre continua. nam dolores ab ipſis veſicis ad occidendum ſufficiunt, & alui his non valdè egerunt. ſoluit autem hos vrina purulenta prodiens albam, ac leuem hypoſtaſim habens. his verò non ſolutis, neque veſica molleſcente in primis circuitibus, agrum moriturum eſſe timor eſt. fit autem hoc maxime à ſeptem annis, vſque ad decimumquintum.

468 AMPLA eſt vrinariæ veſicæ capacitas deſinens in anguſtum canalem cucurbitularum inſtar, vt per eam figurationem, ait Hipp. lib. de vet. med. humiditates trahat, ac per canalem elongatum ad pudenda vſq; deinceps has demittat foris, dum eius carnea, & viloſa tunica ſeſe conſtringit, ni quid adſit, quod opus hoc impediat. Moratur autem hic exitus vitio tum contentorum, tum meatuum, quippe & arenulæ, & calculi, & grumoſis ſanguis, & purulentus humor, & ſimilia quædam lotium ſupprimunt, perinde ac faciunt ad nata tubercula, ſeu phlegmones in veſicæ ductu eiuſue coalitu, & tumores partium circumiacentium comprimentes. iſtis inquam ex occaſionibus veſica lotio diſtenta dura redditur, & doloroſa fit, vt fermè ſe abſcindat, & exin ſupremæ partes ichore repletæ mala quamplurima patiuntur, præſertim ſi febris ſuperaccedat continua, quæ lotium vndique diffundat. inflammatione enim tunc eius collum laborat, & exin fæces quoque ſupprimuntur ad citum interitum, ni ſuppuratum phlegmon ocyus purulentiam emittat albam, & lenem ſubſidentem in lotio. nam ſi purulentus humor exiens cum libera mictione prauitatem gerat, ſignum præbet, vlcus fuiſſe relictum, quod vtiq. plurimorum malorum author erit. eſt autem ad documentum practicantium notabilis hiſtoria filij Teophorbi, cui tertia die obitus contingit ex temeraria exhibitione pharmaci vrinam violenter cientis, increuit quippe inde inſigniter veſicæ inflammatio. cęterum adoleſcentuli à ſeptennio vſque ad decimumquintum annum affectionem hanc phlegmonoſam promptè ſubeunt, eamque ad citam maturationem ducunt, quoniam tunc & turbulentis

hu-

humiditatibus tument horum repleta corpora, & veſicæ partes carnoſiores meatus anguſtiant, vigetque in intimis calor, qui & ductus adaperit ad promptam ſuccorum alibilium diſtributionem, & multum emandat ſuccorum ad genitalia ſub pubertatis tempore. hinc & ſatyriaſis, & alia morborum ad genitalia ſpectantium genera. in reliquis autem ætatibus, ante ſeptennium quidem anguſti ſunt ductus, & membrorum calor mitis eſt, vtileſque exundant madores: poſt pubertatem vrinarij, genitaleſque meatus pateſcunt, & ipſa veſica membranoſior reddita aut phlegmonem non ſubit, vel illud non promptè maturat, transfertque in crudum, durumque tuberculum, ni protinus rapiat.

II.

Calculoſi ita figurati, vt lapis ad vrinarium meatum non allabatur, facile mingunt.

469 CAlculoſos nunc vocat Hipp. calculum veſicæ laborantes: nam cętera mala, quæ lotium impediunt, quatuor renum morbis fuere ab Hipp. comprehenſa, de quibus ſuo loco, nunc de veſicæ calculo quædam. & quantum ad eius attinet generationem, ſunt hæc Hipp. 3. in 6. Epid. Poſt mictionem, inquit, concretio in pueris præcipuè, num quia calidiores? reciduum ergo calculus eſt eorum, quæ ad veſicam labuntur lotio non eiecta. concreſcunt autem hæc, & in lapidem abeunt à calore, qui quia magis in puerulis, quam cęteris in ætatibus viget, ideo prompta eſt in iſtis calculorum generatio. vocat autem puerilem ætatem Hipp. quæ poſt dentitionem eſt, quia tunc calculi promptè fiunt, vt ſcriptum eſt 3. Aph. 26. calculorum ergo materialis cauſa eſt illud, quod poſt mictionem ſubſidet: formalis ipſa concretio: efficiens caliditas tum partis, tum totius corporis; parata demum ad id ætas puerilis, quia cęteris calidior. cuncta hæc ſint ex ipſo enucleata Hipp. Calculorum itaque materialis cauſa deſumitur tum ab aquis ebibitis, tum à lacte impuro, tum à purulenta mictione, tum ab arenulis, rebuſue ſimilibus à renibus malè affectis deſcendentibus. De aquis quidem ebibitis pulcherrimam habemus narrationem lib. de aer. aq. & loc. nam aquæ ad vſum aſſumptæ tum è fluminibus, tum ex ſtagnis, quia varijs ex locis in vnum confluunt, diuerſam ſubinde redolentes conditionem, non poſſunt non ſibi inuicem diſſidere, & arenoſum, ac limoſum quid contrahere, quod in vrinarios ductus, dum puriſſimum ſecernitur immanet, & coaceruatum concreſcit, prius quidem in exiguam molem, mox additione grandeſcit, quoniam ex vrinæ volutatione quicquid craſſius eſt,

ipſi ſe adaptat, totumque mox in totum concreſcit. De lacte impuro quædam eo loci, ſed plenius 4. de morb. Lac, inquit, quod ad lapidis generationem facit, eſt pituitoſum, & terreum ſuctum à nutrice impura, cuius corpus, ſeu ſtomacon repletum eſt recrementis. puer enim per venas de ventriculo ad veſicam tendentes, (procedit enim potus, inquit paulo poſt, in ventriculo, & vbi expletus eſt, ſplen de ipſo ſuſcipit, & diſtribuit ad venas (quod potionum ſuperfluitat, illuc deponit, terreumque, & cęnoſum ſubſidet, tenuius autem enatat, & mictione excernitur. perinde enim ac in non pura aqua in calice, aut vaſe æneo turbata, & rurſus ſedata fex aceruata fit in medio; idem & in veſica accidit de vrina non pura exiſtente. nam cænoſum in cauum ſubſidens per mictionem non eijcitur, ſed ab accedente pituita concreſcit, quæ glutinis modo coadunat arenoſum, & craſſum, vt deinceps per calorem in lapidoſam, toſaceamue corpulentiam concreſcat. quod ipſum arenulæ à renibus deſcendentes pituitæ glutino ſeſe in vnum, aut plures calculos colligentes faciunt, vt & purulentum quid, dum rariſſimum ſecernit, craſſius infra mergit. Lapideſcunt autem hæc à calore, qui dum in pituitoſum, & cænoſum agit glutinum creat, & purulentum quidem in toſum ducit: lapidoſum verò, & recrementoſum partim liquat, partim indurat: propterea in iuuenili ætate per quam facilè calculi naſcuntur, vt & in alijs ætatibus munere aſcititij caloris. nam ſi naſcantur circa craſſam venam, ait idem lib. de nat. hom. tubercula, quæ ſuppurent, nec ſuppuratum citò proferant, in toſum vertitur pus non eiectum: quod ipſum ardens, & feruida aluus facit, dum veſicæ orificium inflammat. lapis ergo ita concretus pluries ſeſe per veſicam volutans, latera ſic ferit, vt dolorem pariat, & vlcus excitet; vel ad ipſum ſtomacum veſicæ delatus, vrinæ exitum doloroſè ſic quandoque impedit, vt opus ſit, aut è ſtomaco in cauum lapidem impellere: aut corpus ſic figurare, vt ſua ſponte decidat: ſic enim fit, vt ægri facilius mingant, aſt non ea promptitudine, vt dum veſica ſana eſt. num perpetuò mictionis quædam naſcitur difficultas, vel quia veſicæ ſtomacon quadantenus æſtuat, vel quia lapidis pondus, dum veſicæ fundum deorſum trahit; eius anguſtiat orificiū.

III.

Quibus tuberculum eſt circa veſicam, quod mingendi difficultatem inducit, ad omnis generis figuras vexantur. huius autem ſolutio fit pure erumpente.

470 FIunt tubercula tum in ſtomaco ipſius veſicæ, tum circa craſſas venas, quæ niſi optimè matureſcant, & eruptionem faciant; multum exhibent negotij. nam ſi magna ſunt, prorſus vrinarios ductus obſtruunt, & lotij fermè deſperatam ſuppreſſionem faciunt, & hoc plerumque in magnis accidit inflammationibus, quæ ſua etiam vi occidunt. quæ autem ſunt exigua tubercula, ſi quidem in veſicæ ſtomaco iacent, mingendi ſummam difficultatem pariunt, quam ęgri experiuntur ad omnem corporis figurationem, non ſine anxietudine. quod ipſum lapis facit firmiter illuc hærens. hinc Hipp. ſi puero, inquit, anxietas aliqua ab hoc oboriatur, aliàs atque aliàs vbi meiere vult, vrinæ meatum aprehendit. anxiantur ergo ægrotantes ad omnem corporis poſitionem, dum tuberculum eſt ad veſicæ ſtomacum: dum autem circa craſſas venas eſt, tunc potius vrinæ ſtillicidia naſcuntur. porro craſſæ venæ ſunt, quæ 4. Aph. 82. vreteres dicuntur, in quarum altera ſi tuberculum contingat adnaſci, altera ſolùm ſit tumore quadantenus compreſſa; totus non ſurripitur vrinæ exitus, ſed fluit guttatim hæc, quia ardore æſtuans ſtatim veſicæ corpus prorritat, ac plerumque quid cruentum prodit, vt lib. de nat. hom. ſcriptum. ſic fit, vt ex hac vrinæ ſtillatione, cum dolore ad hypogaſtrium, pectinem, & perinæum pertinente dignoſcimus veſicæ loca laborare, eodem atteſtante Hipp. 4. Aph. 80. & hic labor meiendi difficultatem inducens, ſi à tuberculo naſcatur, niſi per huius tolli nequit matureſcentiam, quæ tunc integra facta eſt, & ad ſalutem, quando pus cumulatim prodit, nec prauum vlcus relinquit. etenim ſi tuberculum ſuppuret, ſed pus intus concluſum maneat, toſi fiunt, qui poſtmodum cum vrina foras exeunt non ſine diſcrimine. Quęſitum autem à Gal. 4. Aph. 82. num tubercula hæc ſolùm matureſcant, an etiam digeſtionem ſubeant; voluitque hoc vnum eſſe ſolutionum exemplum, digeri tamen poſſe. dicimus nos, tuberculum hoc, aut ſolùm incipere, aut iam eſſe ad ſuam molem adauctum ſi incipit alijs ſolui poteſt auxilijs, cuiuſmodi ſunt, quæ ab Hipp. 7. Aph. 49. & lib. de affect. ſtrangurioſis, ac dyſuriam patientibus præſcribuntur. dum autem iam adauctum eſt; non poteſt ſine matureſcentia tolli, quæ ſi ocyus contingat, pus optimum exit, vlcus nullum relinquitur, & ægri ſubinde ad integritatem redeunt,

IV.

Quibus vrina clandeſtinè allabitur ad pudendum, exolnuntur deſperati.

471 AD pudendum clam lotium allabitur vitio tum inſtrumentorũ voluntati inſeruientium, tum ipſius vrinæ. quippe dum vrina aut nimia copia premit, aut ſapore prorritat, labitur certè ad pudendum, priuſquam voluntas imperet, quod tam in ſtranguria, quam in diabetica affectione contingit. vitium tamen hoc lotij potius incontinentiam, quam clandeſtinam immiſtionem facit. allabitur enim clam lotium, dum nulla cum voluntate, & ſenſu ſua ſponte abſque ægrotantium animaduerſione effluit, vt accidit ijs, qui ſomni tempore in ſtratis mingunt. hoc autem præſtat exolutio inſtrumentorum voluntati inſeruientium, quæ ſi ſtabilis fuerit, vt vrina clam ſeu ſtillatim, ſeu alio modo effluat, nullam ſanationem recipit. exoluitur namque tunc muſculus conſtrictor, quia eius ſunt prorſus laxatæ, ſeu diſruptæ fibræ, & laxantur quidem à ſideratione natiuo deſtitutæ calore: ruptionem experiuntur ab vlcere, vulnere, quidue ſimile. vtcumque ad deſperatam exolutionem ægri deueniunt, quoniam ſiderata pars difficulter ſuam reaſſumit habitudinem, nec diſruptæ fibrę ſic coaleſcere poſſunt, vt denuò munus ſuum adimpleant, quod haud infrequenter poſt diſruptum tuberculum contingit, & in Letargicis ſic quandoque muſculus conſtrictor exoluitur, vt exin ſphacelum pudenda ſubeant, quemadmodum contigiſſe in quadam peſtilatate 3. in 3. Epid. legimus.

V.

In vrinę ſtillicidio voluulus accedens ſeptima die perimit, ſi non febre accedente vrina aceruatim prodeat.

472 VRinæ ſtillicidij modi, ait Hipp. lib. de affect. multi, & omnigeni ſunt. quippi ſtillatim lotium exit aut clam, aut cum doloris ſenſu, ſummoue cum nixu, aut per quam facilè. inſuper vel aſſiduè ſtillat, aut interpollatis vicibus. quam varietatem præſtat diuerſitas cauſarum, quibus veſica redditur ſeu humida, plena, & etiam diffuſa, ſeu pituitoſa, reſiccata. perfrigerata, ac exinanita. facit enim diſtinctio hæc cauſarum, vt dum humida, plena, & diffuſa eſt, minus doleat, aliàs à ſtillicidio impensè cruciatur. quæ Hipp. doctrina deſtruit quorundam opinatum, exiſtimantium ſtillicidium ſymptoma eſſe veſicæ lotio diſtentæ.

tæ. vt autem breuiter has percurramus cauſas, ſtillicidium vrinæ fit, dum plena eſt veſica, tùm à calculo eius os quadantenus obſtruente: tum à viſcoſo, craſſoque recremento aliquo, quod nec penitus obturet, nec inflammet, ſeu tuberculum creet (inde enim potius dyſuria, quam ſtillatio aduenit, vt aliàs oſtenſum) & ſic veſica humida, plena, & diſtenta ſtillicidium profert, doloroſum quidem, ſed minus, quam ſi vacua eſſet, reſiccata, & rugoſa. ad hunc enim ſtatum deuenit ipſius, aut accedentium vitio. incaleſcens enim caput, dum liquatam pituitam per venas in pudenda mittit, ſi hæc benigna eſt mictionem reddit copioſam cum ſtranguria quadam, vt 2. de morb. ſcriptum; ſin autem gerit prauitatem, ſtillicidium laborioſum facit, & veſica exinanita lotium ſtillatim profert, quoniam craſſius in ſupernis hærens, quod tenuius ad veſicam allabitur, quia ſummè proritat, paucum ſtatim prodit, quod in magnis affectionibus quandoque ad criſim contingere ſuperius enarratum. accidit quin etiam ſtranguria ſed clandeſtina ab exolutione muſculi conſtrictoris à frigore facta, quæ partim indoloroſa eſt; partim etiam cruciatum adfert, dum frigus externis occurrens de cauſis ſe ad vreteras extendit, quoniam tunc veſica ſtillat lotium inardeſcens, quem ardorem concipit etiam ab ipſa æſtuante veſica, cuius ratione reſiccatur, & in rugas ſe contrahit, vt ſic propium vitium habeat, quod in ſeneſcentibus diuturno tempore affligit, in iuuenibus aut deſiſtit promptè, aut rapit quam cælerimè, dum ſcilicet talis eſt veſicæ ardor, vt inteſtina quoque in conſenſionem trahat, eiſque voluuloſam affectionem imperciat, quæ alui prorſus libertatem ſupprimit. nam octaua die Maritus Lechus deceſſit, neque mingens, neque egerens quicquam. aſt quoniam dictum iam eſt lotium æſtuans non cumulatim, ſed ſtillatim deſcendere ad ipſam veſicam, quia à craſſo, compactoue corpore obturati ſunt ductus; propterea, vt abeant hæc præpedimenta, optandum vt febris conſurgat, quæ pondus è ductibus vrinarijs excutit, perinde ac facit in conuulſis membris.

SECTIO VIGESIMAQVINTA.

De Sideratione.

I.

Torpores, & ſenſus ſtupiditates præter morem fientes, futuræ ſiderationis ſignum dant.

473 SIDERATIONIS, ſeu apoplexiæ malum inuenio multiformiter ab Hipp. deſcribi. nam aliàs cerebri notabilis eſt paſſio, ex qua deinceps corpus vniuerſum in offenſionem venit. aliàs læſio prius eſt in membris reliquis, mox venit ad caput. aliàs vniuerſum corpus ſideratur: alias vel dimidium corporis, vel aliquod peculiare membrum. aliàs leuis eſt ſideratio, aliàs fortis. quod diuiduum contingit, quia varia eſt cauſarum conditio, variuſque earumdem poſitus. Porrò ſiderationis idea ſtat in quadam membrorum exolutione, dum ad hæc tranſitus eſt impeditus ſpirituum, quia vaſa hos deferentia ſunt occluſa, quam occluſionem faciunt aut corpulentiores flatus, aut viſcoſa pituita, vel craſſa ſeu atra bilis, vel ſanguis multus, & compactus, vel degrauans aliquod vicinis in partibus iacens pondus, vel coalitus eorundem vaſorum, vel frigus conſtipans. aſt præcipuæ internæ occaſiones morbum ſiderationis edentes, vel hærent concluſæ in cerebri ſinubus, cauitatibuſue: vel deſluunt per ſanguineos ductus in ſubditas: vel ab alijs elatæ membris in ſpirituum vaſa ſe inſinuant. dum noxium in cerebro manet, & acredinem gerit illas ſiderationes parit, de quibus Hipp. 2. & 3. de morb. facit tractationem fortis apoplexiæ nomine inſignitas, quia vllis vix ſaneſcunt auxilijs. ſin autem offendat ſola craſſities hærens, quanquam ſeneſcentes periculosè exoluat, auxiliorum vim non renuit, illudque febris excutit, dum à cerebro ſuum iam non abſtulit tonum, qua in deperditione veræ ſiderationis ſtat idea. cæterum quod à capite defluens fit ſiderationis author, ſi vbertim integra cum corpulentia per iugulares ductus depluit in ſubditum cor, vel protinus ſuffocat dum vndiquaque cor obruit: ſin non omnino, epilepticos edit inſultus, vt lib. de ſacr. morb, ſcriptum legimus. ac dum morſus, & erſionem quandam efficit, conuulſiones dorſique perfrigerationes parat, & ipſum ſic cerebrum ſiderat, vt vaſa reſerata ſanguinem effundant, vt lib. de Glád. proditum. quod ipſumællioſorum cacochymia facit, ſi vera ſunt, quæ

fuere

ſuere in Androthale obſeruata. Lib. quin etiam de Flat. dictum eſt, tales exoriri affectiones à flatibus, quorum præcipuus author melancholicus eſt ſuccus loca ſpirituum inuadēs dictum propterea 7. Aph. 40. quod ſi lingua de repente incontinens fiat, aut pars aliqua corporis attonita, ſtupeat, ſignum eſt melancholicum. hac proinde de cauſa accidit, vt homines à quadrageſimo anno ait Hipp. 6. Aph. 57. vſque ad ſexageſimum apoplexia promptè capiantur, quoniam atra tunc exundat bilis. cæterum ſiderationes quæcumque ſiue vniuerſim totum corpus aprehendant ſiue membrum aliquod ſolùm inuadant, aut repentè, aut ſenſim accedunt. quæ repentinò occurrunt ſolùm ea præmandant communia ſigna quæ huiuſce venturę affectionis neceſſitatem vllam, certamue imponunt per aſſiduos namq. imbres ait Hipp. 3. Aph. 16. ſiderationes aduenıunt, quæ ex tranſmutatione quoque, ait ipſe 7. in 6. Epid. auſtralium, borealium, & niuoſorum membra ſe fatigantia leuiter aprehenderunt. & iſtæ repentinæ ſiderationes, ſi in febribus contingant, pernicioſæ ſunt, vt in Prorrhet. proditum. aſt quæ tractim accedunt, ſua præmandant indicia, horumque præcipua ſunt torpor, ac ſenſuum ſtupiditates præter morem fientes, non ex propia nempe, natiuaq. ſeu aſcititia temperatione, nec alijs ex cauſis membra comprimentibus; ſed ex his quæ repentinò accedentes, intrinſecus totius corporis, aut quarundam partium ſenſus obſtupefaciunt, motumque torpidum reddunt. verendum enim vt deinceps munia hæc omnino pereant ad internectionem, vel ſaltem ad miſerabilem ægrotationem. ſic enim & in ſuperioribus dictum; quibus ſunt capitis dolores, & ſonitus aurium ſinè febre, & vertigo, & vocis tarditas, & manuum torpor, eos aut apoplecticos, aut epilepticos, aut obliuioſos fore expecta.

II.

Sideratis ſi hęmorrhoides accedant, vtile. ſi vero frigiditates, & torpores, pernicioſum.

475 QVoniam parum quid ex hæmorrhoidibus apparens in vertigine, leuem ſiderationem facit. ergo ſanguinis hæc impuritas, inſignem ad hanc edendam paſſionem vim habet, ſi ſurſum obrepens cerebrum, & loca ſpirituum inuadat. vtiliter propterea in ſideratis profluunt hæmorrhoides, quoniam per hanc deiectionem viſcoſior ille ſe deplet ſanguis, qui facit, fouet, & adauget malum: adſunt etenim arteriæ ad ſedem protenſæ, quæ inflammatæ pulſant, & dolent, queque reſeratæ multum cruoris emittunt, nam ad morbi exigentiam oportet, vt hę

vt hæ profundant, alioquin ſupplendum phlebotomia, quæ vtilis in leui ſideratione exorta à non proruptis hæmorrhoidibus, & in his, qui de repente voce capti ſine febre ſunt, vt ſcriptum eſt 5. in 2. Epid. cęterum vt ad vtilitatem ſideratis ſuperaccedunt hæmorrhoides; ſic è diuerſo torpores, & perfrigerationes ad perniciem, quoniam hæc in ea cerebri ſideratione occurrunt, quæ, dum frigus ad cor extendit, die tertia ad ſummum ægrotantem rapit, vt 2. de morb. proditum.

III.

In ſideratis à ſpiritus anguſtia ſudor proruptus, mortiferum. rurſus his ipſis ſi febris accedat, ſolutio fit.

476 EXimium in ſideratis malum eſt ipſa ſpirandi anguſtia, quoniam tunc ſuffocationis occaſiones omnes in necem conſpirant. anguſtiæ autem ſummę ſignum prębet ſudor abſque febre factus. nam ardoris febrilis vi editus ſalutaris eſt, vt in aphonia ſenſim prorumpens: qui autem exit vi ſolius cauſæ offendentis, mortiferus prorſus, acceditq. is de repente in ea cerebri corruptione, quæ tertia die ægrum rapit. cæterum quum in vaſorum interceptionibus febris aduentus vtilis ſit; ſalutaris quoque & commodus erit in hac tanta ſideratorum anguſtia; generoſorum idcirco artificum opus erit febrilem inualeſcentiam opportunis excitare auxilijs, vt per hanc ad incolumitatem aditus pateſcat.

IV.

Siderationes de repente exolutorio modo fientes, inſuper temporis progreſſu accedentes, pernicioſę ſunt.

477 OCcurrunt leues ſiderationes, quæ momento accedunt, ac recedunt exolutorio modo, cum quadam ſcilicet facultatis motricis læſione, curationem licet ægrè ſubeuntes, niſi denuò, ac denuò tractu temporis recurrant. nam pernicioſæ ſic euadunt, quia prauitas adeſt humoris ſuccreſcentis, nec abeſt prompta partium excipientium diſpoſitio. perinde ergo ac qui ſæpè ſine cauſa manifeſta exoluuntur, repentè decedunt; ſic & qui ſiderati exolutorio modo de repente fiunt, inopinanter occumbunt, aut in ſtabilem tandem ſiderationem incidunt, quæ remedio locum non relinquit, vt de exolutoria aphonia catocha iam dictum: ſic enim & qui à comitiali morbo tandem in ſiderationem labuntur, deſperati ſunt, vt exemplo filij Anacheti patet.

SE-

SECTIO VIGESIMASEXTA.

De Melancholia.

I.

Triſtitię cum ſilentio, & hominum auerſiones, leniter eo modo affectos accidunt.

478 SERVANS ſuam naturalem conſtitutionem ater ſuccus ad prudentiam facit, & iucundas riſus excitat. aberrans autem à propia natura, quia copia exundet cor petens pauidos homines reddit, quia vltra modum ſanguinem diluit. nam in pauidis talis exundat ſanguinis conditio, vt ſcriptum eſt 3. in 6. Epid. quæ facit vt tenues, & inalgeſcentes ſpiritus ſegnitiem, & timiditatem inducant, & hę innaturalibus ex occaſionibus factæ Typhlodes ab Hipp. ſeu fatuitates dicuntur, quæ fatuitas ſeruo Attici à quartana permanſit, & di Nicanore dictum, quod is timebat dum noctu tibia canere audiebat, interdiù non, quia nempe ſuccus melancholicus noctu promptius per ſanguinem ſe diffundit. ſed & alias ſuccus is gerit paſſiones, vt innaturales ſunt eius conditiones multiplices. nam ardore æſtuans viſcoſior fit, ac turgens, fermentat ſubinde corporum partes & exedit, ſpirituſque in phanaticam delirationem adigit, ac in ſui conſortium craſſam pituitam aſſumens attonitam ſtoliditatem creat, vt exuſtam habens bilem Typhlomaniam parit, quæ media eſt affectio inter maniam, & fatuitatem, & hæc quidam accidiſſe 4. Epid. proditum, ſoluta ab abſceſſione facta in coxas, & crura. cęterum melancholicus ſuccus innaturalis redditur horum ammixtione, ſed inſuper talis conſurgit & ab exuſta bile flaua, & ab exuſto ſanguine, ſuntque hac de re aperta Hipp. verba lib. de aer. aq. & loc. Quod ſi borealis inquit ſit autumnus, & ſiccus, & neque ſub caniculam, neque ſub arcturi occaſum pluuioſus, confert pituitoſis, & maximè qui natura ſunt humidi, & mulieribus. bilioſis autem infeſtiſſimum eſt tempus hoc. valdè enim exſiccantur, accidunt que eis lippitudines aridæ, & febres acutæ, & diuturnæ, & aliquibus bilis atra. ſi quidem, quod liquidiſſimum, & aquoſiſſimum in bile eſt, conſumitur, denſiſſimum verò, & acerrimum relinquitur. quod idem accidit ſecundum eandem rationem & circa ſanguinem, vnde hi morbi his accidunt. Patet ergo, quod ab exuſta flaua, & ab exuſto ſanguine naſcitur atra, quæ varios morbos

creat pro varietate ſuccorum vſtionem ſubeuntium. nam ab exuſta bile cum tumultu, & feritate delirant homines: ab exuſto vero ſanguine, delirant triſtes, & mæſti. torrida etenim bilis turget, & in inſuctum, inæqualemque motum ſpiritus propellit: craſſus vero ſanguis iam torrefactus degrauat, & ſpirituum promptum impedit circuitum, perinde ac facit naturalis melancholia craſſior iam, & viſcoſior reddita. quippe dum ſua ſola aquoſitate exundat, timiditatem potius, quam mæſtitudinem parit; quia pondus ſpiritibus non addit, ſed frigiditatem ſolam. nam à pondere ſpiritus degrauati triſtantur; dum autem interuenit ardor, non timiditas, ſed audacia, & temeritas adeſt. quandoque tamen mixtim iſtæ turbationes occurrunt, dum inæqualiter iſti ſe exerunt humores; nam in Parmeniſco prius incidebant mæſtitudines, & è vita decidendi cupiditas: deinde letabatur is, & hilaris erat. ergo qui triſtes ſunt cum ſilentio ſub oppreſſione laborant, qua conſtringitur quandoque ſic cor, vt ſe putent excordes, quod ſi inſuper comercia hominum fugiant, tunc ad eam iam peruentus eſt moroſitatem animus, vt conſilia hominum vtilia & ſpernat, & renuat, & hoc præſtat torridus ſanguis, qui opportunè eiectus in muliere moroſa ſanitatem attulit, quod ipſum faciunt varices, & hemorrhoides inſanientibus ſuperaccedentes, vt ſcriptum eſt 6. Aph. 21. Aſt ſi vtiles iſtę non ſe exerunt eiectiones, neceſſe eſt, vt tandem poſt diutinam ægrotationem leniter ægri decedant. leniter inquam, quia oppreſſio iam ſtabilis facta nullam infert violentiam, ſed ſenſim ægrum conficit, vt ex aliàs dictis conſtat.

II.

Qui ex timore cum perfrigeratione mente mouentur, febres cum ſudoribus, & ſomni ſilentes ſoluunt.

479 NOn minus externis quam internis ex occaſionibus timent, & merent homines. nam per ea, quæ de foris terribilia occurſant, ſic turbantur ſpiritus, vt mens ſubuerſa aborreat, ni turbatio deſiſtat. deſiſtit autem tum ſomno, tum ſudore. ſomno inquam ſilente; hoc eſt placido, minimeque turbulento: ſudore verò facto ex adauctione caloris, vt non ſit oppreſſionis, ſed expulſionis opus, quo diſtrahitur quicquid ſe coadunauerat in ſpiritus, & hoc accidit in malis iſtis ab intimis occurſantibus, vt colligere licet ex hiſtoria mulioris moroſæ.

Ex

III.

Ex inſania ad raucedinem cum tuſſi fit abſceſſus.

480 QVod maniacum quid diuerſum à melancholica affectione deſignet, oſtendunt dicta Hipp. 6. Aph. 56. morbis, inquit, melancholicis per hæc tempora ſuſpecti humorum decubitus, vel apoplexiam corporis, vel conuulſionem, vel maniam, vel cæcitatem denunciant. ergo per ἀποσκήψεις melancholicorum verno tempore maniacum quid occurrit, quoniam mania morbus eſt vernalis, & autumnalis etiam, vt ſcriptum eſt 3. Aph. 20. & 22. à ſanguine idcirco in mammis collecto maniacum accedit, perinde ac à melancholicis paſſionibus per additionem furoris, quem gerit torridus ardor immiſſus tum in ſanguinem, tum in vtramque bilem, dum hi præcordijs hærent, obſidentque diaphragma abſque phlegmone. propterea melancholici maniaci fiunt ardoris acceſſu, & ipſi maniaci melancholici euadunt, ſi deferbeat ardor, vel phrenitici fiunt, ſi deinceps inflammationem ſubeat diaphragma cum acuta febre, ergo quia maniæ ſedes eſt ipſum diaphragma, promptè in maniacis raucedo cum tuſſi aduenit, quia & inareſcunt, & exaſperantur vocalia vaſa, pituitoſa ſubinde à capite trahunt, quæ & ipſa acria faciunt, ſeu fouent aſperitatem, & tuſſim.

IV.

In furioſis conuulſio accedens amauroſim adducit.

481 EXtrema mala, quæ ab abſceſſione bilis atræ veniunt, ſunt furores, conuulſiones, & cæcitates, quæ poſtrema mala promptè etiam furioſis occurrunt, quoniam in iſtis nedum intellectiua, ſed & phantaſtica aberrat facultas, ideoque ad ſupremum quoque caloris circuitum vitium ſpectat. aſt quia oculi mobiliſſimi ſuapte natura multum ſpirituum aſſumunt, & expromunt, dum hi nimium ardorem, firmamque ſiccitatem gerunt, & abſumunt oculorum latices, vt ſubinde oculi excauati occultentur ſua in orbita, & optici ſic reſiccantur nerui, vt amplius per eorum cauum perſpicuum nequeant ſuppeditare humorem, ſicque viſio perit nulla viſibili facta in oculo labe, quod eſt amauroſim inducere, quæ promptiſſimè accedit in furioſis conuulſis, vt ex iam dictis compertum.

V.

Taciturnę ecſtaſię non quieſcentes, oculos circumagentes, ſpiritum extra efferentes, pernicioſę ſunt. faciunt autem & leues ſiderationes diuturnas. ſed & ita affecti ad maniam deueniunt. qui verò in ventris turbatione ita exacerbantur, his nigra circa iudicationem prodeunt.

482 DE ecſtaſis ſuperius dictum delirationis exceſſum ſignificantibus, & ad criſin quandoque facientibus, qua de cauſa ſcriptum 4. in 2. Epid. curandum iram inferre, & reuocandi caloris cauſa, & effuſionis ſuccorum. atra enim ſic ad decentia ſe transfert, alioquin periculoſi ſunt huiuſce humoris decubitus, & hi ex ſilenti ecſtaſia imminent, quia dum tacitè ſic extra ſe ſunt ægri, vt cum animi moroſitate tanquam timore perciti oculos circumagant, longamque ducant ſuſpiria, ſeu effractam, & offendentem ſpirationem efferant proximi ſunt, vt conuellantur, & cęcutiant. De Mneſinacte hæc ſunt Hipp. Deambulante verò, inquit, ipſe in foro ſplendores præ oculis ipſi obuerſabantur, & Solem non valdè videbat. quum autem parum diſceſſiſſet, extra ſeipſum erat, & collum conuulſum eſt. poſtquam autem domum deportatus eſt, vix ſuſpexit, & vix ipſe ſui ipſius erat. primùm autem colluſtrabat circumſtantes, & corpus perfrigeratum eſt. vix vero calefactus eſt vtriculis, & fomentis adhibitis. poſtquam autem ipſe intra ſe ipſum eſſet, & exſurgeret, nolebat exire, ſed timere dixit. ſi verò quis de grauibus morbis diſſereret, ſubducebat ſe præ timore. quandoque etiam caliditatem ſibi ad præcordia allabi dixit, & oculorum ſplendores comitari, & alui egeſtio multa, & ſæpè, & ſimilis hyeme contingit. facta eſt venæ ſectio, datum eſt veratrum, bibit lac bubulum, prius autem aſininum contulit, & alui egeſtiones ſedauit. aquæ potus ab initio, deambulationes quoque, & capitis purgationes. hactenus ipſe, cuius narrationis ſeriem totam attulimus, quia non parum ad hanc rem.

SE-

SECTIO VIGESIMASEPTIMA.

De ſignis ab externis partibus deſumptis.

I.

Quibus ſanis hyeme circa lumbos frigiditas, & grauitas leui de cauſa, & aluus ſuppreſſa ſuperno ventriculo probe officium ſuum preſtante, his coxendicum morbus, aut renum dolor, aut vrinę ſtillicidium contingit.

483 A CEREBRO per lumbos in renes & coxas inſignia ſe diſtribuunt vaſa, per quæ & depluentia ad has partes procumbunt, & refluunt, quæ cephalalgica mala & pariunt, & inacuunt. hinc dictum, quod lumbales dolores ſanguiflui ſunt, & à renum paſſionibus magnus venarum cauarum exoritur morbus, qui coxiariam infert paſſionem. quin dum pituita cerebri ardore attenuata per hos ductus in renes depluit, patiuntur homines veluti à ſtillicidijs vrinarum; vt ſubinde mirandum non ſit, cur à pondere, algoreque leui de cauſa hyberno tempore circa lumbos perceptis, ſuſpicandum ne tandem vel coxendi cum malum, vel renum dolor, vel vrinarum ſtillicidia accedant quippe per iam enarratos ductus defertur quid ſuapte conditione & pondere premens, & facultate perfrigerans. & hoc hyeme contingit, quia tunc pituitoſa exundant ad depluitiones edendas externis ex occaſionibus parata. cęterum ad hanc firmandam præſagitionem leues ſint oportet occaſiones iſtæ, vt exinſciamus internas vigere cauſas, quæ leui ex occaſione in motum impelluntur ad hæc mala edenda. ſic fit, vt renales morbos patientes hyberno tempore peius ſe habeant, quia tunc craſſa recrementa in renibus ſe obfirmant, quæ ardore inacenſa & calculis materiam ſuppeditant, & renales alios morbos creant. à quibus & vrinæ ſtillicidia naſcuntur, & coxendicum quoque morbus, vt lib. de int. affect. proditum, quæ cuncta promptius accedunt, dum aluus ſuppreſſa eſt, quia ardore intima æſtuant, & venæ vltra modum ſugunt humiditates exundantes in cauitatibus ventris, inde fit, vt ventriculus ritè munus ſuum adimpleat, abſitque ſuſpicio cruditatum exundantium, à quibus etiam lumborum & perfrigerationes & grauitates aduenient, dum venter non ritè munus ſuum adimplens immittit crudores in vaſa.

Qui-

II.

Quibus infernę partes affliguntur pruritibus antea fortibus obortis, his arenoſa vrina fit, & ſupprimitur. qui vero ex his pernicioſè habent, his mens obtorpeſcit.

484 TVnc circa veſicam labor eſt, inquit Hipp. 4. Aph. 80. quando vrina innaturalis reddita eſt, & dolor in imum ventrem, pectinem, & femen incidit, quod vt de vlceratione, venarumque ruptione; ita de alijs omnibus paſſionibus veritatem habet. nam quoties hæc ſigna occurrunt, forteſque iam præceſſerunt pruritus; arenulæ in veſicam delapſæ ſunt non ſine mictionis labe. qui enim veſicæ calculo laborant, pudenda ſæpe fricant prutitu diuexati, quæ tum vrinæ acredo, tum ſabuli aſperitudo edunt. qui talia ergo patiuntur ſabuloſam vrinam mingunt, quæ deinceps ſupprimitur, quia multum adeſt ſabuli, dum imæ partes leui de cauſa grauantur, & inalgent. Cęterum inſignis eſt in Hipp. difficultas. is enim 4. Aph. 79. Quibus, inquit, in vrinis arenoſa ſubſiſtunt, his veſica laborat calculo. lib. de int. affect. agens de primo renali morbo arenoſa expromente habet hæc verba. Dolor autem incidit in renem, & in lumbos, & in teſtem ſecundum renem ſitum. & frequenter mingit, & adſtringit paulatim, & ſupprimitur vrina, & cum vrina procedit arena. & vbi per vrinæ meatum exit arena, dolorem fortem in meatu exhibet: quum autem ipſam per vrinam eiecerit, dolor remittit, poſtea verò rurſus in iiſdem doloribus iacet. quum autem mingit, etiam colem præ dolore fricat. vulgus autem medicorum, quod non intelligit morbum, vbi videt arenam, putat veſicam à calculo laborare: at non veſica, ſed ren lapide laborat. hic morbus fit à pituita, quum ren ſuſceptam in ſe ipſum non rurſus remiſerit, ſed in ipſo in tofum coaluerit, & fiunt ex ea tenues lapilli, velut arena. hæc ipſe. non ergo perpetuam habet veritatem, quod arenoſum mingentes calculo veſicæ laborent, quum id etiam renibus malè affectis contingat. nullum tamen eſt diſſidium, ſi dicta Hipp. attento animo perpendantur. nam in Aphoriſmis vt calculorum veſicæ ſigna ponuntur arenulæ, quæ in vrina ὑφίσταται hoc eſt ſubſident per depoſitionem ſic, vt matulæ adhęreant, nec in lotio excreto apparent diuulſæ quia craſſò ſunt ammixtæ recremento, quo glutinum inſtar matulæ adhærent, quod ipſum in veſica vrinaria contingit, dum ipſa pituita gluten facta eſt, & hac de cauſa calculo hi veſioę laborant, quoniam tunc, vt ex ſuperius dictis conſtat, omnes calculi adſunt occaſiones. dum autem arenulæ abſque veſicæ vitio veniunt

niunt à renibus malè affectis, tunc, inquit Hipp. cum vrina procedunt, doloremue in meatu vrinario exhibent, quia aſperæ ſunt nullo glutinoſo ſucco lenitæ, ideoque non adhærent matulæ, perinde ac faciunt iam concreti lapilli, quia totam ſuam duritiem ſumpſerunt in renibus, ideoq. alicubi non adhærent, ſed dum procedunt dolorem pariunt, quia plurumque aſperæ, vt duræ ſunt. quod autem de mentis ſtupiditate dictum illis ſuperaccedente, qui ſub his perniciosè laborant hanc habet rationem, quod detentum lotium, dum ſpirituoſum ſanguinem obruit, mentis aliqualem ſtupiditatem creat, perinde ac accidit dum à natali conditione, ignis multa aqua eſt obrutus, vt 1. de Diet. ſcriptum.

III.

Qui circa articulos rubicundas in ſuperficie puſtulas habent, & inſuperrigent, hi circa ventrem, & inguina rubeſiunt velut ex plagis doloroſis, & moriuntur.

485 Ventris paſſiones ſuccorum corruptellam gerentes rubicundas quandoque circa articulos phymata proferunt, vt de lienteria iam dictum. puſtuloſæ autem iſtæ eruptiones vel in articulis firmatæ in inſignem molem aſſurgunt, ac tandem ſuppurant; vel recurrunt ad exitium. firmantur quidem ad matureſcentiam, ſi poſt harum eruptionem febris integrè deſiſtat, quia noxium iam ab intimis totum abſceſſit. recurrunt, ſi rigores inſuper acceſſerint. ſuperrigent enim ægri ab his, quę in viſceribus relicta ſunt non ſine acredine, & corruptione, & hæc rigore quaſſata abſcedunt ad vicinia viſcerum, ad inguina nempe, vt germen proferant viſcerum malè affectarum. quod quidem germen nedum malignum, ſed & prauum eſt, ac mortiferum, dum talem vſtionem profert, ac ruborem, perinde ac ſi ipſa inguina eſſent doloroſis vibicibus afflicta, vt febribus peſtilentibus non rarò euenire conſtat. Dat autem Hipp. exemplum de plagis doloroſis, quoniam Lacones ad tolerantiam ſeſe flagris cedebant, & erat inſuper conſueta multorum delictorum pęna, qui mos aput Turcas adhuc viget.

IV.

Ictero affecti, nec inde admodum quid ſenſientes, oborto ſingultu his alui erumpunt fortaſſis autem & ipſę ſiſtuntur, hi veridanti pallore colorantur.

486 DVm æſtuans bilis tota in cutim erumpit, quia & viſcera vltra modum ſugunt, & ſunt ſtimulis deſtituta inteſtina, aluus pigrat, ſed ipſa cutis ſic abraditur, & ſtimulatur, vt nec tactum, nec leue perferat tegumentum iam cum virore palleſcens: quem ſęuum icterum obſeruauit Hipp. 4. Epid. in ea tempeſtate, per quam icterici catachores redditi pigram aluum habebant, pharmacis etiam obſiſtentem, quod in iſtis peſſimum eſſe ſignum dictum 3, in 1. Epid. Aſt dum non tantam bilis in cutim feritatem gerit, hæc non aſperè lancinata, non admodum ſenſiens euadit, ſed obtorpet quadantenus, quia eius calor aliquantulum à craſſa bile obruitur, & hæc craſſa bilis copia exundans, dum ſingultum parit, alui quoque eruptionem promouet non ſine ictericorum vtilitate. Sed quid ad ictericæ ſolutionem facit ſingultus, quum aliàs dictum, quod ſi in ardentibus icterus, & ſingultus quinta die accedant, lethalitatem promittunt? dicendum ad hæc, quod quum ſuapte natura icterici, vt ſcriptum eſt 5. Aph. 72. non ſint admodum ventoſi; aluus autem eruptura flatuoſas murmurationes præmandet, vtique dum ictericorum aluus profundere debet, neceſſe eſt, vt flatus conſurgant. flatus autem fiunt à craſſo ſucco, dum is attenuatus euaporat, & hoc promptiſſimè fit in partibus ſpiritalibus, vbi fons caloris viget. aſt ſingultus perfrigeratio eſt humoris pulmonum conunctiſſimi facta à flatuoſo ſpiritu, ſi vera ſunt quæ ab Hipp. & Ariſt. de ſingultu proferuntur; ergo dum craſſa bilis nedum cutim imbuens, ſed viſceribus hærens attenuatur ſic, vt multos flatus creet, tunc ad alui profuſionem ſe parat, ſignumque dat per ſingultum, qui & ipſe diſtrahit hæreſcentes humores, & vias ad aluum ducentes parat, & reſerat: hac enim ratione ſuperaccedens torporem, & aphoniam ſoluit. lethalis autem eſt ſingultus in ardentibus cum ictero quinta die factus, quia tunc à ſumma naſcitur viſciditate ſuccorum ante debitum tempus ſe exerentium, ac ſpiritalia membra ad ſingultuoſam febrem adigentium, quod eſſe ſummè pernicioſum in acutis aliàs dictum.

Do-

V.

Dolores iuxta latus in febribus exiliter conſiſtentes citra notas phlebotomia offendit, ſiue cibum auerſentur ægri, ſiue præcordium ſublime habuerint. tum quibus perfrigeratio eſt cum torpore non ſine febre phlebotomia lædit, & putantes ſe melius habere, ij moriuntur.

487 QVacumque ex occaſione laboret latus eius dolor aut acutus, aut exilis eſt. quando acutus eſt, tunc notas exhibet ad claiuiculas, quia dum acutiem gerit, illuc vſque ex neceſſitate ſe extendit, naturſque à vera pleuritæ inflammatione febrem, tuſſim, & ſpirandi difficultatem inducit, quo in caſu opportuna eſt ſanguinis detractio ad doloris lenitionem. aſt ſi mollis eſt cruciatus, tunc notæ illæ ex neceſſitate non ſe promunt, & propterea non omnino tuta eſt phlebotomia, vt 2. Acut. proditum. ratio eſt, quia noxium craſſitie hæret, nec ad ſuperas ſe expandit, ideo quum per reſeratas venas retromeare nequeat, contumacius poſt ſanguinis detractionem infigitur, affectamque partem in ſideratìonem quandoque ducit. vocabulum autem ἰσχνῶς quod in anginoſis faucium attenuationem, nunc doloris quandam gracilitatem, ſeu mollitudinem deſignat, quæ in laterum doloribus cum febre, non poteſt non eſſe ſummè doloſa, ac pernicioſa, vt in ſuperioribus enarratum. ac ſi dolor is ad latus per conſenſionem accedat, quum non acutè ad ſuperas ſe extendat, nec ſalutarem criſim promouet, nec vtilis propterea phlebotomia, quæ nixum naturæ deficientem rependit. vtcumque ergo in iſtis doloribus ad latus exiliter conſiſtentes citra notas veram pleuritidem indicantes, quia vigent craſſa hærentia, quæ impetum non promouent; damnoſa erit phlebotomia, potiſſimum ſi ægri in cibos auerſum habeant animum, eorumque ſint ſublimia præcordia ob redundantiam dictorum ſuccorum. ſtupidam plerunque affectam partem efficientium nam in vniuerſum, in omni torpida perfrigeratione, quanquam febris adſit, adeo damnoſa phlebotomia, vt non non rarò ægri, poſtquam melius ſe habere putauerint, inopinanter decedant, ruantque in præceps, quod ipſum dum pertinaciter ſunt obſtructa viſcera, ſeu in purulentiam adacta non rarò contingit ex medicorum imperitia.

VI.

Caput, & pedes, & manus perfrigerari, aluo & lateribus calidis, malum eſt. optimum autem eſt totum corpus ſimiliter calidum, & molle eſſe.

488 DEuiant à ſua natali habitudine corporum membra, dum nimiũ ſeu calent, ſeu inalgent, iſtaſque mutationes promunt facilius ea, quæ promptè iniurijs ſunt expoſita, qualia ſunt extrema, manus, pedes, & caput, ſtatum viſcerum internarum adamuſſim oſtendentia. nam quibus Lien deorſum vergit, his, ait Hipp. 2. in 6. Epid. pedes, manus, & genua calida ſunt, naſus & aures perpetuò frigeſcunt. quin & tenuior tunc æſtuat ſanguis, quando manus & pedes rubent, quia viſcera incendio flagrant: vt è contra algent hæc, dum à craſſiori ſucco ſpiritus ſic opprimuntur, vt nequeant ſe ad has extremas partes diffundi, quod accidit aut extemporaneè, aut firmiter, aut per vices. extemporaneè quidem tum ab externo frigore congelante, ac compingente, tum internis ex occaſionibus congelationem hanc edentibus, vt in periodicis febribus plerumque, dum inualeſcunt inſultus. firmiter algent membra hæc tum ob morticinium caloris: tum ob præſſionẽ impedientem ſpirituum ad hæc membra expanſionem. per vices demum perfrigeratio occurrit, quoties nunc in intimis euocantur ſpiritus, mox hi ſeſe diffundunt, quia nullum in horum ductibus firmum manet obſtaculum, ideoque promotè & ſe retrahunt, & ſe expandunt. cęterum periodica nec ab externis inlata iniurijs perfrigeratio nunc ad noſtrum propoſitum nihil facit, & quæ viciſſitudinaria eſt ſignum præbet pernicioſarum inflammationum, de qua in ſuperioribus dictum, quæ etiam à morticinio caloris prouenit calorem membrorum immutat, de qua inferius; ergo quæ mala eſt in morbis horum perfrigeratio membrorum naſcitur à pertinaci aliquo obſtaculo impediente, quo minus partes iſtæ ſuapte natura ex carnes aſſidua proinde ſpirituum irradiatione indigæ, incaleſcant ſpirituum comercio prompto: ſic enim & in inſultibus paroxiſmorum algent longo ſeu contracto tempore, vt varia eſt humoris opprimentis natura. ergo ſi hæc firmiter ſic algeant, vt totus ardor ſit circa præcordia, pectuſue, & venter collectus, malè vtique ſe habent ægri, quia vel inflammatio in intimis vrget ipſa depaſcens extrema, vt in ardentibus ad exitium properantibus; vel collectio eſt ſuccorum ardorem totum circa viſcera detinentium, vt lepyriis, quæ licet malæ, non lethales prorſus, quia choleræ acceſſu ſoluuntur.

Con-

VII.

Conuerti autem oportet facile ęgrum, & in exorgendo leuem eſſe. at grauitas totius corporis, & manuum, ac pedum pernicioſa,

489 QVotieſcumque vel dolore corpus affligitur, vel facultates retrices languent, impotentes ad motum ægri redduntur, afflictaque membra tunc, dum conuertuntur, localemq. aliam faciunt motionem; impenſius dolent. ergo ſi ægrotantes facilè ſe conuertunt, & ſunt in exurgendo prompti, eorum membra nec doloribus affliguntur, nec eorum retrices virtutes languent. ſi contrarium eſt virtutes ſeu exoluuntur, ſeu pondere grauantur, aut ipſa membra magnis ſunt à doloribus afflicta ſaltem ab aliqua ex laſſitudinibus, quod ſignum vnum eſt pernicioſarũ affectionum, vt paſſim in Epidimicis extat obſeruatum.

VIII.

Si verò etiam ad grauitatem liuidi fiant digiti, ac vngues mors propinqua eſt: ſi verò penitus nigreſcant, minus pernicioſi ſunt liuidis. ſed alia conſideranda ſunt, ſi enim facilè fert morbum ęger, & ſi ſit aliud præter hęc ſalutem promittens, morbus ad abſceſſum vertitur, & partes corporis nigrefactę decidunt.

490 MEmbra extrema perfrigerata, quæ perniciem denunciant, ſi ad coloris mutationem deueniunt extremam lethalitatem deſignant, ſi nempe aut liuent, aut nigricant, vt adeſſe demonſtrent morticinium caloris, dum non exundant ſeu cruda ſeu atra, liuere, aut nigricare membra facientia, vt in nigro, & liuido morbo. cęterum quum vnguium, digitorumque extrema appulſu crudoris liueſcere nequeant, niſi & reliquum liueat corpus, inde eſt quod certiora ad interitum ſunt ſigna ab iſtis extremis liueſcentibus ſumpta, quam quæ à toto corpore, quoniam liuere hæc nequeunt, niſi à morticinio caloris: nigreſcunt tamen etiam ab exiguo atrabilario ſucco ſuſcepto, & ideo minus malum eſt, vt nigricent, quam vt liueant. vngues etenim perſpicuæ ſuapte natura ab atro ſucco obtenebrantur facilè, & tenerrimæ digitorum carnes ab eodem denigrantur ſucco. monuit idcirco Hipp. reliqua perpendi ſigna in morbo occurſantia, quoniam ſi hæc perniciem promittunt, ipſa quoque digitorum, & vnguium nigrities pernicioſa erit non minus, quam liuiditas. aſt ſi quid boni effulget, ſpes eſt, ad abſceſſionem morbus deueniat licet non lethaliter, horribiliter tamen: partes etenim denigratæ

decidunt corruptæ, vt 3. in 3. Epid. ſcriptum eſt contigiſſe in ea peſtilitate, ſuntq. hac de re Hip. 4. Epid. verba. qui tibia, inquit ſectus, hac parte etiam nigrefactus eſt. erat vlcus magnum in externa tibiæ parte, & retro prodibat. quum purum factum eſſet lateris dolor, & pectoris ſiniſtri è directo. mortuus eſt à febre. à febre inquam non à denigratione, quæ forſitam imperita manu curata fuit. nam tumores euaneſcentes ab vlceribus indebitè, abſceſſiones edunt ad latus, & alia mala faciunt, vt in ſuperioribus enarratum.

IX.

Teſtes, & pudenda reuulſa, malum ſignificant.

491 ARdens febris hyberna, vt ſolutionem habeat, multiplices iudicationes experitur, quæ & ipſe ſuſpectæ quia in pernicioſo morbo occurrunt. tali, inquit Hipp. 4. Acut. ſi non ſanguis è naribus fluxerit, aut abſceſſus circa collum fiat, aut crurum dolor, & ſputa craſſa ſpuerit (hæc autem ſuppreſſa aluo fiunt) aut coxæ dolor, aut pudendi liuor non iudicatur. & teſtis intentus iudicatorium ſignum eſt. cuncta enim hæc licet ſuapte natura mala, in tot diſcriminibus iudicatoria ſunt, dum quid elucet boni, cuiuſmodi eſt promptus craſſorum ſputorum exitus, qui poſt aluum remoratam factus, ſi non tollit malum, alleuiat ſaltem, vigentiſque naturæ ſignum dat; ideoq. quicquid tunc temporis occurrit, iudicatorium eſt, perinde ac ſunt abſceſſiones ad crura in pernicioſis peripneumonijs. quam autem more pectus, & pudenda ſe correſpondeant, declarant hæc Hipp. 1. in 2. Epid. Neque tuſſes, inquit, diuturnæ, quoniam vbi teſtis intumuit, ceſſant. & teſtis tumor à tuſſi ceſſat, & alleuatur. quæ res commonefacit nos communionis pectorum, mammarum, genituræ, vocis. ſic fit, vt quod malum ſuapte natura eſt, commodum euadat, dum ſæuiorem morbum auertit. ergo teſtes, ſeu pudenda reuulſa malum quid deſignant, potiſſimum in pernicioſis, qua de re hæc in Progn. ſcripta leguntur. Si autem teſtes, inquit, & pudenda contrahuntur, dolor vehemens, vel mortis periculum ſignificatur. nam membra hæc contrahuntur, dum eorum vaſa tument calido ſpiritu, ſeu humore, quod in venereo œſtro non ſine quodam dolore eſt, voluptatem ſubinde percipiunt homines, dum tumeſcentia vaſa doplent. in morboſo autem ſtatu, quia contractiones omnes periculoſæ, inde dolores adueniunt, à quibus etiam mors, dum tormentosè affligunt.

Fla-

X.

Flatum ſine ſtrepitu, ac crepitu prodire optimum eſt. melius autem eſt cum ſtrepitu exire, quam iſthic reuolui, & ſi tali modo progreſſus dolorem, & deſipientiam ſignificat, ſi non volens homo vltrò flatum ita emittat.

492 EAdem ratione qua in cerebro ſternutamentum, in infimo ventre crepitus fit. ſunt autem de cauſis ſternutationum hęc Hip. 7. Aph. 52. Sternutamentum, inquit, fit ex capite calefacto cerebro, ac humectato, eo quod in capite inani: aer enim intus contentus extra erumpit. ſonat autem, quia per anguſtum ipſi eſt exitus. interuenit ergo calor, qui in humorem agit, vt eum in flatum eleuet qui per arctos reuolutus ductus, ac prodiens ſonitum facit. eſt autem ſternutamentum res ſacra, non itidem ventris crepitus, tum quia ſternutamentum à ſacratiſſima corporis parte prodit, tum quia exit ſuapte ſponte nullo cum voluntatis imperio, & ideo auguralis res eſt: ventris autem crepitus è cęnoſo vaſe egrediens voluntatis imperijs ſubiacet, nullum idcirco parit augurium. Cęterum exeunt è podice hi flatus cum, aut ſine ſtrepitu, intuſque priuſquam foris prodeant, faciunt murmur, aut iſthic abſque ſonitu reuoluuntur. qui cum crepitu exeunt, per anguſtos ſiccoſq. meatus procedunt, acutè ſubinde ſonant, vt in arctis accidit fiſtulis. è contra qui per humida, laxaq. loca feruntur, aut grauem, aut nullnm ſonitum faciunt. prætereà flatus dum in internis anguſtijs priuſquam erumpant, multis cum obuiantibus contendunt liquoribus; ſonorum intus pariunt ſtrepitum, qui nullus eſt, dum ſe reuoluunt, quoties nempe ſiccus adeſt ardor, qui inferos ductus claudit, & flatus in ſupernas reuoluit plerumque non ſine torminibus. hinc ratio eluceſcit, cur optimum ſit, vt flatus abſque ſtrepitu, aut crepitu exeant, quoniam tunc à calore vigente vndique reſerati ſunt inteſtinales tubuli, ipſique flatus opportunum habent adiunctum humorem, vt integræ iam factæ coctionis ſigna dent. melius tamen eſt, vt cum ſtrepitu exeant, quam iſthic ſeſe reuoluant, quoniam murmura, quæ intus contingunt, plerumq. ad alui profuſionem faciunt, qui autem flatus ſine ſtrepitu ſeſe reuoluunt, vt dictum eſt, quandoq. tormina pariunt, quia à tenuiſſimà, ichoroſaque bile naſcuntur. cęterum obſtrepentes, ac crepentes flatus vel ſua ſponte inuito ægro prorumpunt, aut ipſa voluntate cogente. qui voluntatis arbitrio exeunt, parum ad prognoſticum faciunt; at qui ſua ponte erumpunt, duorum alterum nun-

 ciant,

ciant, aut doloribus vexari, aut delirare ægrum. quicquid enim inteſtina offendens ſtimulat, exit inuito homine: & delirantium mens propio deſtituta arbitratu prodire ſinit, quicquid exundat, & ſtimulat, vt letargicis contingit.

XI.

Vlcus liuidum, & ſiccum, aut cum virore pallidum lethale eſt.

493 Veritatem habet dictum hoc Hipp. de vlceribus, & à morbo fientibus, & ante morbum factis, vt patet per ea quæ ſcripta ſunt 1. Progn. liueſcit autem vlcus à morticinio caloris, pallet ab appulſu bilis tenuiſſimæ, & exuſtæ, qua indoleſcit, & plerumque reſiccatur: vtrumqne non ſine lethalitate. nam ſuapte natura maligna ſunt, ait Hip. 6. Aph. 4. circum glabra vlcera: ergo lethalia, quæ ad hunc ſtatum in morbis deueniunt. quantam autem lethalitatem liuores denuncient in ſuperioribus dictum. Reſicantur vero vlcera tum à ſicco ardore, vt accidit, dum cum virore pallent: tum defectu pabuli, dum liuida quoque ſunt: & quoniam vlceribus pus alimentum eſt, ideo ipſis calidum opem fert, quia ait Hipp. 5. Aph. 22. pus mouet. Non leuis tamen oboritur difficultas, quoniam lib. de vlcer. madefactionem damnat, quia vlcus qua vlcus, ait ipſe ſiccationem optat. ſolutio eſt, quod dum morbideſcit vlcus, puſque iam confectum habet, vt ſaneſcat, ſiccantia requirit, quam ſanationem madefacientia ſubinde impediunt: dum autem crudum, ſiccumque eſt vlcus, tunc calida aqua impoſita iuuat, quia pus mouet. aſt vi morbi ſicceſcens perpetuò lethalitatem gerit, deceſſitque Metrophanti puer vigeſima quarta, quum vlcus erreſiccatum fuiſſet, & Phillis filius obijt nona ex denudatione in fronte facta cum oſſis liuiditate.

XII.

Decubitus optimus eſt, veluti quis ſanus ſolitus fuit. at ſupinum iacere cruribus extentis bonum non eſt. ſi verò etiam delabatur pronus ad pedes, deterius eſt.

494 Deuiant à ſua conſuetudine corpora innaturalibus ex occaſionibus: ſeruant ſuum tenorem per ea, quæ naturalia ſunt: optimus ſubinde in ægrotantibus erit ille decubitus qui naturalem poſitum ſeruat, ſeu non multum ab illo recedit. ſolent autem corpora benè valentium vel in dextero, ſeu in leuo latere cubare, ac molliter poſitum habere corpus, niſi diuerſa ſit quorundam conſuetudo. ergo ſi quis præter

præter conſuetudinem ſupinus cubet manibus, ceruice, ac cruribus extentis, non bonum poſitum ſeruat, quod accidit vel quia languent rectrices virtutes, vel quia cruciantur præcordia, vt ſubinde corpus lateribus incubare nequeat. quocirca in letargicis priori ex occaſione decubitus hic apparet, qui quia naturam inſequitur affectionis, licet malus, non lethalis prorſus. nam & Puella, quæ ex rupe ceciderat, ſupinum habebat decubitum, ſuperuixit tamen. & in Eratolai filio ſupinus erat decubitus, quia ſic venter ad præcordia dolebat, vt ne tantillam conuerſionem perferre poſſet. incolumis quoq. euaſit Nicoxenus in Olintho grauiſſimis preſſus malis, cui decubitus erat ſupinis, & crura diducta ob exolutionem. ceterum dum ſic procidunt ægri, vt ad pedes labantur, tunc impotentia maior adeſt virtutum, quia nequeunt cubans corpus eleuatum detinere, acciditque talis decubitus in lethiferis malis, vt obſeruatum 3. in 3. Epid. extat. quin 1. in 6. eiuſdem malæ ſtatuuntur corporum diſſolutiones, articulorumq. confractiones, quia [illegible] deſignant, plerumque ad interitum, ſi perniciosa alia ſe adiungant ſigna, vt in vxore Theodori.

XIII.

Lethale autem eſt hiare, & dormire ſemper, & crura ſupinè iacentis valde in curuata eſſe, ac complicata.

495 RAtionem redens lib. de Flat. Hipp. cur antequam febris inualeſcat, multus fiat hiatus, habet hæc verba. Hiatus etiam præcedere ſolet febres: ſi quidem multus aer coaceruatus cumulatim ſuperna petens commouet, & diducit os, quum per hoc facilimus ei exitus pateat. quemadmodum enim ab aquis in labete feruentibus multus vapor eleuatur: ſic & corpore calefacto penetrat per os aer conuolutus, & quadam vi erumpens. duæ ergo interueniunt occaſiones, quarum altera multitudo eſt flatuum ſuperna petentium: altera innaturalis ardor intimius agens in humorem, vt inde flatus quam plurimos eleuet, quibus os ſe diducit & expandit, & ita hiatus fit aut momentò adueniens, & recedens: aut ſtabilis manens. prior quidem hiatus pandiculatio eſt, quam ad mirabilis natura, ait Hipp. 5. in 6. Epid quandoque facit, vt morbos tollat, dum per oris dilatationem, thoraciſque conſtrictionem multum flatuum emittit. etenim per horis hiatum nihil humoris attrahere, ait idem lib. de vet. medic. datum eſt, ſed contractis, ac compreſſis labijs attractio fit: oſcitationum idcirco remedium tum potus vini æquale æqualis, tum longa ſpiratio, vt ſcriptum eſt 7. Aph. 57. & repetitum

3. in 2. Epid. ſic enim & flatus per hæc diſtrahuntur, & ardor æſtuans reprimitur. aſt firmus & ſtabilis hiatus nomen ſuum retinet, & hic in ſoporatis, ſtultèque inſanientibus apparet. nam in ſoporatis duplex hiatus interuenit cauſa; vna eſt exolutio, ſeu impotentia quadam muſculorum os conſtringentium, quia nempe carotides venæ craſſo ſunt intercepta ſucco; à muſculis autem temporalibus naſcuntur hi, qui maxillas conſtringunt. altera cauſa eſt flatuum exundantia, quæ à ſpiritalibus elata cerebrum oplet, & nares obturat, vt ſubinde ſpiratio tota ore fiat. & hac de cauſa vigilantes etiam hiatum exhibent, dum eorum mens melancholicis obruta flatibus munus ſuum negligit; hinc hiatus, & ſtultitiæ aput Græcos vocabula conſonant. nam κεχηνὼς hiatus eſt, ſtultus autem κεχηνότι dicitur. ratio ergo hinc innoteſcit, cur lethale ſit hiare, & dormire ſemper, quia adeſt tunc & ſtulta mentis ab alienatio, & comatoſa paſſio, eritque perpetuus hic hiatus lethalitatis inditium, ſi decubitus quoque ſupinus ſit, dum crura ſeſe implicant curuata, quia tunc cruciatus aliquis internus adeſt, ſe exerens ſolùm per eam artuum complexionem, dum mens ſtultè obtorpeſcit.

XIV.

In ventrem autem decumbere, ſi quis non ſit adſuetus, delirium ſignificat, & dolores circa ventrem.

496 ET hic decubitus, dum abeſt à naturali conſuetudine, notat ſeu mens ſeu corpus affligi, aut inſimul ambo. nam delirantium, melancholicorum potiſſimum obſtinata mens, vt ab omnibus adſtantiũ ſe auertat ſtudijs, faciem occultat, pronuatque corpus, vt os, & oculos ab adſtantibus remoueat. qui etiam laborem circa ventrem habent, hunc amant decubitum, quia dum ventrem comprimunt, ſtringunt quoque dolentia membra, ne ingruentes potiſſimùm flatus ipſa ſic dilanient. hinc eſt, quod faſcia caput conſtringunt hi, quibus frequens eſt cephalea.

XV.

At pedes nudos habere, & manus, ſi quis non vehementer calidus ſit, & crura diſiecta, malum eſt. anxietudinem enim ſignificat.

497 HAud abſonum eſt, vt qui ardore æſtuant, ſtragula reijciant, nudóſque pedes proferant, ſeque huc, atque illuc iactent, vt refrigerium quærant. ſed abſonum vtique eſt, vt membra dum ſeu parum

rum cal ent, ſeu omnino perfrigeſcunt, apertum aerem quærant, ac ſeſe diducant. iſtud enim quia & indecorum, & præter morem, ac neceſſitatem, intus oportet habeat occaſiones, quæ anguſtiant, præmuntque virtutes non ſine graui æſtu. quid autem alyſmus ſit in ſuperioribus enarratum, eiuſque præcipua cauſa pondus eſt noxiorum viſcera opprimens, à qua oppreſſione naſcitur ſeu algor, ſeu exigua extimarum incaleſcentia, & voluntarij exin quoque deprauantur motus. ſic Theodori vxor obijt delirans, cui tibiæ è lectulo decidebant, & hoc ipſum vxori Emoptolemi contigiſſe legimus.

XVI.

Cęterum erectum ſedere velle, dum viget morbus, pernicioſum eſt in omnibus acutis, peſſimum vero peripneumonicis, & pleuriticis.

498 QVia per æqualem decubitum thoracis ſuppremæ partes arctantur, dum abdominis muſculi ſeſe diſtendentes infernam eius non deprimunt; inde eſt, quod multa ſpiratione indigi erectum amant decubitum, vt ſubſideant interna abdominis, ſuamque ſic muſculi liberam contractionem faciant, thoraciſq. ſuppremа expandant. dictum propterea ſuperius, quod ortopneam faciunt hydropiformia dura, quoniam abdomen vndique diſtentum actionem hanc muſculorum impedit, oportunuſque tunc erectus decubitus, qui in omnibus morbis hac de cauſa malus, ſed in acutis pernicioſus, quia in iſtis per quam neceſſaria libera, & cumulata ſpiratio, præſertim dum viget acuties; & in ſummo ſunt omnia. nam dum incoat, ſeu decreſcit acuties, talis quandoque occurrit decubitus ſeu à pondere degrauante, quod excutere vires adhuc in incoante morbo robuſtæ poſſunt; ſeu ab imbecilitate virtutum vi morbi contracta, quam ſtudet natura morbo iam profligato reficere. aſt dum acuties ſuo in vigore manet, ſi ſic ſeu pondus premat, ſeu virtutes langueant, nulla ſalus ſperanda, præſertim in peripneumonicis, pleuriticiſque, vt abunde ex ſe conſtat.

Der-

XVII.

Dormire verò oportet noctu, interdiu vigilare: contrarium autem malum eſt. minimè vero lędi ęger poterit, ſi dormiat mane ad tertiam diei partem: verum poſtea ſomni mali ſunt. peſſimum autem eſt non dormire neq. die, neque nocte: aut enim prę dolore, & afflictione vigilarit, aut ab hoc ſigno delirabit.

499 NAturę opera fatali quadam procedunt neceſſitate, quam à materia habent, & per quam in ſuum diriguntur finem. eſt autem ſomnus in animantibus naturale opus, quo corporeæ facultates illud reaſſumunt robur, quod per vigiliam, & exercitamenta amiſerant. naturale inquam opus eſt, quia non voluntatis arbitrio ſumitur, ac deponitur, ſed ipſa cogente natura accedit, & recedit. cęterum quum in vigilantibus ſpiritus ſeſe ad organa ſenſuum, ac motionum expandant, quia nimirum patentes peruijque ſunt ductus; in dormientibus vtiq. vinciuntur hi, quia meatus occluſi, ac reſtricti ſunt, perinde vt accidit ſideratis, ac aphoniam patientibus. ergo ad ſomni neceſſitatem meatuum hæc interuenit occluſio, quam parit, tum frigus conſtipans, tum craſſefactus frigiduſque vapor, tum pituita, pituitoſuſque, ac viſcidus ſanguis, tum atra viſcoſa meatus obfarciens, ſicque ſub diuerſis conditionibus aduenit ſomnus, vt materiales hæ occaſiones ſe habuerint. Porrò vt fatalem ſomni neceſſitatem in animantibus ſolita munia exercentibus percurramus, obſeruare licet, quod quædam animantia interdiù dormiunt, noctu vigilant: alia è contra interdiù vigilant, noctu ſomnum capiunt. illa quę interdiù ſomno vacant debiliſſima oculorum acie prædita luminis ſulgorem aufugiunt, per tenebras autem è letargis erumpunt, vt cibum quærant, quem mox interdiù ſomno concoquunt. cętera autem animantia contrario plerumque modo ſe habent: interdiu enim cibis ſe ſaginant, noctu deinceps quieti ſe dant. & hæc hominum eſt conſuetudo, quorum oculi luminis non perſtricti fulgoribus interdiù ritè ſe habent, caligant in tenebris: obeunt idcirco interdiu ſua munia, corpuſque cibis replent, qui dum à ventriculi calore liquantur, vaporoſum quid efferunt, quod à cerebri frigiditate denſantum vertitur in pituitoſum ſanguinem, & vt vapores vbertim exundant, promptiuſque craſſeſcunt, ſic cerebri vaſa oplent, & ſpirituum meatus occludunt. duplex ergo, vt meatus hi ſe occludant, interuenit cauſa. vna eſt prompta, & copioſa vaporum elatio: altera cerebri frigiditas naturalis, quæ denſat, & craſſefacit hos. eleuantur au-

tem

tem halitus à ventris calore, dum is & viget, & in vberem agit materiam, propterea quia hyeme ventres calidiores ſunt, multum alimenti expetunt, ſomnoſque longiores, ac profundiores faciunt propter hanc halituum vbertatem, quod ipſum Hipp. 3. de Diet. his docuit contingere, qui multo ſucco repleta habent corpora, vt ſubinde interdiu quoque obdormiſcant iam dictis de cauſis. vigilant propterea vltra modum corpora, quæ inedia ſunt conſumpta, aut eorum infimus venter frigiditate torpet, vt melancholicis ſæpè hac ſola accidit de cauſa. ſecunda occaſio, quæ denſat, & vnit ſuſceptos vapores, eſt cerebri naturalis frigiditas, quę nocturnis horis ſe adaugens, ducit in craſſium ſuccum vapores, quo ſpirituum ductus occluduntur ipſo nocturno adiuuante frigore. certū namque quod temporis data paritate aer nocturnis horis frigidior eſt, hinc celebre illud Hipp 4 in 6. Epid. calidis naturis opem ferre ſomnus in frigido contecto. nam ſic craſſeſcunt elati vapores, frigeſcitque ſubinde ſanguis, & meatus, vt eius verbis lib de Flat. vtar, languidiores fiunt, & inde corpora degrauata ſe reclinant. quemadmodum ergo hyeme propter ambientis frigiditatem ventres calidiores ſunt, & cerebrum ſuam adauget frigiditatem, quia promptè iniurijs expoſitum: ita ad tempeſtatis comparationem nocturnis accidit horis, & hæc ratio eſt ex materiæ neceſſitate deſumpta, cur hominum conſuetum ſit interdiu vigilare, noctu dormire: inde enim expetitus ſequitur finis, vt nimirum ventres calidiores redditi integrè cibaria concoquant, ac per ſua vaſa alibilem ſuccum promptè diſtribuant. palam enim, inquit Hipp.4. in 6. Epid. quod vigilans calidior externis partibus, internis autem frigidior eſt, dormiens è contra. cum igitur iſtud à conſueta neceſſitate contingat, optimum idcirco erit, vt ægrotantes noctu dormiant, interdiu vigilent, contrarium ſubinde malum. & quoniam matutinæ horæ nocturnis ſe adiungunt, idcirco ſomnus vſque ad tertiam diei horam factus minime moleſtus erit, vt noctis ſuppleat defectum. habet etenim ſomnus virtutem quam maximam immutandi corpora, vt vigentium ſuccorum varia eſt diſpoſitio, aſt vt per anni tempora, ſic & per diei partes ſuccorum procedunt circuitus, vt deſumere licet ex Hipp. 1. in 2. Epid. dum ait. In autumno acutiſſimi morbi, & maximè lethales: & omnino ſimilitudinem habent, eo quod veſperi exacerbantur. tanquam annus ipſe habeat circuitus morborum. quale eſt diei morbi, quale eſt veſpertinum tempus ad exacerbationem: tale eſt morbi, & cuiuſcumque conſtitutionis inter ſe, vbi non quid in ſuperiori ſpecie fuerit innouatum. ergo quia atra bilis, vt autumnalis tempore ſic veſpertinis ſe exerit horis, damnoſus tunc ſomnus, quemadmodum etiam & meridianis horis, quia tunc flaua effertur bilis. peſſimum

mum atamen omnium eſt nec noctu, nec interdiu dormire, quia ſic pertinaciter vigilant ægri, dum moleſtijs ſummis affliguntur, quæ faciunt vt tandem hi aut delirent, aut conuellantur, vt ſcriptum ab Hipp. legimus 7. Aph. 18. cauſis iam enarratis.

SECTIO VIGESIMOCTAVA.

De Trhomatis, & morbis per ætatem.

I.

Quibus tempora ſecantur, conuulſio incidit è diuerſo partis inciſę.

500 CAPVT ſi non mentis, nobiliſſimorum ſaltem ſenſuum eſt domicilium, propterea vt puriſſimos ſuccos in ſui alimoniam aſſumit, ſic molliſſimis coagmentatur particulis, quę vt ſenſuum organis vtilitatem præbent, ſic promptam labem ab occurſantibus recipiunt, inter quæ deſ. ris accedentia violenta manu impoſita ſummum gerunt diſcrimen, quanquam ſolam cutim offendant, vt ab Hipp. lib. de vuln. capit. proditum. ergo & quæ altius ſe infigunt in os, quammaximè diſcriminoſa erunt, præſertim ſi ſinciput, aut tempora offendant. nam ſincipitis tenerrimum os multum contegit cerebri: data idcirco vulneris paritate certius, ac ocyus decedunt homines ex ſincipitis vulnere, quam ex verticis, poſticarumuè partium offenſione, idque euentus filiæ Nerei comprobauit, quæ lata manu in ſinciput percuſſa vertigine capta, ac ſine ſpiritu degens, nona tandem moritur. temporum quoque os, ait Hipp. debiliſſimum eſt, annectitque inferiorem maxillam caluariæ per commiſuram, eſtque perinde ac in quadam dearticulatione in aſſiduo motu, ac per ipſum os fortis, & caua vena ſe extendit. qua de cauſa ab Hipp. illæ damnantur ſectiones, quæ chyrurga manu fiunt ad inueniendum teli ſedem tum in temporibus, tum ſupra tempora vſque ad extenſionem cauæ venæ, ſecuritatem alioquin habentes in cæteris particulis ipſius capitis. quippe conuulſio, ait ipſe, ſectum corripit, & ſi quidem ſiniſtra tempora ſecta fuerint, dextera conuulſio contingit: ſi verò dextera fuerit inciſa, conuulſio ſiniſtram partem apprehendit. quod ipſum contigere proditum, dum manet in vulnere os fractum, contuſum, aliauè ratione ruptum. nam iſtud in corruptionem abit, ſubditæ-

ditæque ac adiacentes partes ſuppuratum concipiunt, febriſq. ex in corripit hyberno quidem tempore decimaquarta die, æſtiuo autem poſt ſeptimam, & tunc vlcus colorem amittit, & ex ipſo pauca ſanies fluit, & quod ex ipſo inflammatum eſt emoritur, viſcidumque fit, & apparet velut ſalſamentum calore fuluum, ſubliuidum, totumque os corrumpi incipit, & valdè nigrum fit, vt poſtremo pallidum, & valdè album euadat, quum autem iam ſuppuratum fuerit, in lingua puſtulæ oboriuntur, & deſipiens æger moritur, corripitque pleroſque conuulſio in altera corporis parte: ſi quidem in ſiniſtra parte vulnus habeat, in dextera corporis parte conuulſio corripit: ſi vero in dextera capitis parte vlcus habeat, in ſiniſtra parte conuulſio fit. ſunt autem qui & ſiderati fiunt, atque ſi pereunt ante ſeptimam diem in æſtate, aut decimamquartam in hyeme. Hactenus audiuimus loquentem Hipp. vt hinc colligas conuulſionem naſci ex aduerſo partis læſæ, quia ſubtus os diſruptum prauus ſe colligit humor corrumpens & exedens nundum tamen compertum, cur id accidat ex aduerſo. nam præciſio partis læſæ ſi ligamenta cuncta præſcindat, partem ipſam reſoluit: ſin autem inflammet, & prorritet, illud ipſum conuellit membrum, dum ſuam verſus originem ligamenta violenter trahuntur. hęc enim vera eſt conuulſio propia facta tractione, non illa quæ conſecutione quadam fit, dum vna pars violenta hac diducta motione, trahit conſequenter oppoſitam, quæque ſibi conſonat. nam dempto ab affecta parte labore, altera in ſuum ſtatum redit: ſic etiam ſi ſit vna reſoluta pars, altera apparet contrahi, non tamen ipſa reuera conuellitur. quæ ergo ſit huius euentus cauſa nundum compertum, ſed inferius aliqua fortaſſis non inutilia enarrabuntur.

II.

Quibus cerebrum concuſſum fuerit, & doluerit percuſſis, aut aliàs lapſis, hi ſtatim voce priuantur, & neque vident, neque audiunt, & plerumque moriuntur.

501 Concuſſio cerebri internis adueniens de cauſis quandoque ſalutaris euadit in criticis perturbationibus, dum excipitur mox larga hæmorrhagia, vt in ſuperioribus enarratum. aſt quæ externis de cauſis occurrit, ſummè diſcriminoſa eſt, quoniam eximiè violentum eſt, quod forinſecus occurſans tantam in cerebro parit motionem. talia autem forinſecus aduenientia ſunt vel inlata plaga, vel alliſio capitis ad durum corpus: iſtis enim ex occaſionibus intra caluariam ſe turbat, & concutit cerebrum, quia in ipſo ſunt cauitates quæ ob violentas iſtas motiones

nes ſubſident, & ſe coarctant, indeque obmuteſcentes homines redditi, nec vident, nec audiunt, quia ad organa ſenſuum moratur ſpirituum tranſitus, fitq. interceptio venarum iugularium à ſanguine pituitoſo violenter defluxo, vt proinde homines plerumque decedant, ni perquam ocyus cerebrum reſpiret. ſic obijt percuſſus lapide à Macedone, quum tertia die ſine voce eſſet, nihil audiens, nec capiens quicquam. euaſit tamen Puella, quæ à rupe ceciderat aphona reddita, quia multum euomuit ſanguinis, fluxitque is quoque è ſiniſtra nare, quum in ea parte cecidiſſet. hic enim ſanguinis exitus facit, vt cerebrum à concuſſione reſpiret. documentum aureum in iſtis occurrentibus paſſionibus.

III.

Quibus cerebrum vulneratur febris plerumque, ac bilis vomitus accedit, & corporis ſideratio. tales autem pernicioſè ſe habent.

102 NVllum capitis vulnus, ait Hipp. libello huic rei dicato, contemni debet. Sæpè enim cutis ſola contuſa ferro, aut aliqua alia re, ſi non diligenter, & quadam cum cautione curetur, velut ſi ſanguis concretus non expurgetur, aut quid aliud negligatur, vlcus increſceſcens non parum moleſtiæ exhibet, & aliquando etiam febrem inducit, & medico quidem negotio, ægroto verò periculum non minus affert. Exemplum ſumas à filio Metrophantis. teſta hic ab alio puero percuſſus in capite, quem ad duodecimam diem perueniſſet, febricitauit. occaſio autem, inquit, erat, quod quem detegeret partes circas vlcus perfricuit, & perfrigeratus eſt, & labia ſtatim ſunt eleuata. attenuata autem eſt cutis multis locis vlterius ab vlcere. quum autem ſectus eſſet non tardè, neq; pus effluit, neq; alleuatus eſt: iuxta aurem autem videbatur ſuppurari in maxilla ad dexteram. hac enim parte etiam vlcus erat poſtea & hoc non ſuppuratum eſt, ſed humerus dexter ſuppuratus eſt cito. vigeſima quarta circiter deceſſit. Si ergo tot periculis ſubiacet trhoma in cute ſola capitis inflictum, quid dicendum, dum vulnus altius penetrans diſcindit caluariam, lacerat membranas, & cerebri corpus ſecat? lethale vtiq; vulnus hoc, quia ſiue altius penetrauerit, ſiue eius ſuperficiem ſolam poſt membranas attingat, duo hæc neceſſariò ſequuntur mala, febris, & vomitus bilis. Porrò his non aſſenſior, qui diuidium fecerunt inter hæc duo vocabula τρῶσιν, & διακοπὴν ſtatuentes diacopen eximiam eſſe ſectionem ad fundum vſque membri pertingentem: trhoſin autem ſolùm ſuperficie tenus occurrere, & propterea, dicunt iſti,

dum

dum Hipp. in Aphoriſmis dixit, quod à cerebri præciſione neceſſario ſequitur febris, & bilis vomitus, vtitur vocabulo diacope, vt magnum deſignet vulnus. hic autem, quia iſtud plerumque contingere ait, ſumit vocabulum trhoſis, vt notet exiguum vulnus. vana inquam coſideratio hęc: nam 1. de Morb. hæc leguntur. Sin autem, inquit, τρωθῇ neceſſe eſt ſuperuenire & bilis vomitus, & aliquam partem corporis ſideratam fieri, & perire. non minus ergo à diacope, quam à trhoſi hæc ex neceſſitate occurrunt. mendum itaq; hoc irrepſiſſe exiſtimamus, & reponendum loco ἐπὶ τὸ πολὺ eſſe ἐπιγίνεσθαι. nam à cerebro vulnerato vomitus bilis, & febres naſcuntur, quoniam diſectæ ſunt membranæ, per quas & arteriæ, & ſanguinei ſinus diſcurrunt, & hæc vaſa afflicta inflammationum, ac febrium occaſionem tribuunt. dictum propterea, quod dum ſubtus pertuſſum os colliguntur recrementa, quæ in ſaniem abeunt, febres oboriuntur, & alia mala, quia ſunt nempe ipſæ membranæ afflictæ. aliàs ipſa cerebri ſubſtantia multis temerata recrementis exigua cum offenſione manet, niſi ad vaſa, tunicaſq; malum ſe extendat. & quoniam in vulnere quocumque ſiue altius in cerebri ſe infigat ſubſtantia, ſiue eius ſolùm ſuperficiem attingat peræquè ſunt diſſectæ tunicæ, ideo ex neceſſitate perpetuò dicta mala ſuperaccedunt, pernicioſiora tamen pro vulneris ratione. Porrò quod iſti ex neceſſitate febriant, conſtat doloris, inflamationiſque ratione: & quod etiam ſiderentur aliqua in parte non diſſentit à morbo conditione, perinde enim, vt à concuſſione cerebri obmuteſcunt homines, ſic à defluxione à capite vulneris ratione facta ſiderantur, aut vniuerſim, aut particulatim. at cur inde bilis vomitus contingat, nō peræquè cōſtat. cæterū ſi vera sūt, quæ de cerebri œconomia ſuperiori fuere volumine enarrata, compertum iam cerebrum vaporoſum à ventriculo ſumere, trahitq; cucurbitulæ inſtar ab infimo ventre, dum incaleſcit. facit autem tractio hæc, vt ventriculus exinanitus, illud ab alijs partibus trahat, quod ad ipſum promptè accedit.ললioſa autem ſunt, quæ promptè ad ventriculum accedunt, amareſcit ſubinde eius os, dum fames vrget. ergo æſtuans cerebrum à ventriculo trahit, ventriculus exinanitus trahit à fellea veſicula, bilis illuc delata craſſiorem partem vomitu deplet, tenuiorem ſurſum effert, vt malum inicuat: idem enim ex capitis dolore contingere proditum ab Hipp. 2. de morb. vomit autem bilem, inquit, vtpote ipſa in corpore commota. & caput præ caliditate trahit in ſe ipſum, & craſſiſſimum quidem vomit, tenuiſſimum verò in ſe ipſum trahit.

Ex

IV.

Ex ruptis capitis oſſibus difficilima cognitu ſunt ea, quę circa ſuturas rumpuntur. rumpuntur autem maximè à grauibus ac obtuſis telis, tum exaduerſo inlatis, & non ex plano.

503 QVoniam diuariat ſuturarum poſitus in caluaria ex multiplici eius figuratione, vt aureis verbis ab Hipp. lib. de vuln. capit. proditum; ideo dum promptè ſuturas inflictum eſt vulnus, eius inuenire ſedem difficilimum eſt. nam aſperitates ſpecillo perceptæ, & experimenta atramento facta peræquè conueniunt tam in ſede teli, quam in diductis ſuturis, & hæ promptiſſimè ſe abiungunt, dum vulnus propè ipſas in latum eſt obtuſo, grauique telo. quippe oſſa tunc ſeu in latum rupta, ſeu quaſſata ſuturas abiungunt, quod non tam promptè ab acutis, leuibuſque telis contingit. hinc monitum Hipp. vt à vulnerato prius quęramus, per quod vulneratus ſit: deinde quid fecerit, quum vulneratus fuit: ac poſtremo qua in parte vulnus conſiſtat. cęterum perinde ac cognitu difficiles ſunt ſuturarum rupturæ, ſic & ſummè periculoſæ ſi negligantur. fidem huius rei faciant duæ ab Hipp. deſcriptæ hiſtoriæ. Autonomus, inquit in Omilo ex capitis vulnere mortuus eſt decimaſexta. in media æſtate lapide ex manu ictus in ſuturas in medio ſincipite. quare non aduerti ipſum ſecari opus habere. deceperunt enim me ſuturæ habentes in ſeipſis iaculi lęſionem: poſtea vero conſpicuum id fiebat. primò quidem ad claiuculam, poſtea ad latus dolor fortis valdè: & conulſio ad ambas manus venit: in medio enim capitis, & ſincipitis vlcus habebat. ſectus eſt autem die decimaquinta, & pus prodit non multum. membrana verò cerebri imputrefacta apparebat. Altera narratio ſic ſe habet. Famula in Omilo ex capitis vulnere duodecim annos nata moritur in media æſtate decimaquarta die, ianuam quidem ipſi impegerat, & os contuderat, ac ruperat. ſuturæ verò in vlcere erant. quare cognitum eſt rectè ſectione opus habere. ſecta eſt autem non velut oportebat, ſed quantum relictum eſt, pus in ipſo factum eſt. octaua rigor, febris inuaſit. habebat autem non velut oportebat, ſed quantum etiam prioribus diebus, quando febris non tenebat. nona verò die reliquum reſectum eſt, & valde modicum pus cum ſanguine ſubtus apparuit, & membrana cerebri pura erat, & ſomnus quidem occupabat, febris autem non dimittebat, conuulſio verò manum ſiniſtram inuadebat; nam in dextris vlcus magis habebat. Rationem ex iſtis narrationibus colligamus, cur conuulſiones aduenient in vulneribus capitis, quia nempe aut os diſruptum in-

incumbit membranis, aut intus quid colligitur puris premens ipſas membranas, ac prorritans, licet has non corrumpat: nam puræ hæ in Autonomo, & in famula erant. ſed cur oppoſita ſe conuellat pars nundum dictum. credimus nos, quod degrauata membrana à pondere ſeu oſſis ſeu puris trahit partem, quæ ſe maxime expandit: talis autem eſt, quæ ab vno latere per verticem ad alterum procedit, ſicque ex oppoſito conuulſiones occurrunt, quæ in vtroque fiunt latere, dum in medio ſincipitis pondus iacet, vt in Autonomo, cui euulſiones ad ambas manus venerunt quia in medio capitis, & ſincipitis vlcus erat. hæc dixiſſe hac de re ſufficiant, alij meliora quærant. Addit Hipp. rumpi oſſa propè ſuturas plagis ex aduerſo in latis, quoniam impulſio violenta cerebri facit, vt ſuturæ quæ ſunt in ea parte, ad quam cerebrum impingit, ſe abiungant, impingitur autem ad oppoſitam, & ideo illæ ſe abiungunt ſuturæ, ſed hoc potiſſimum accidit ex caſu ab alto, dum caput in loco plano percutit, vt nempe aſperum nullum adſit, quod percuſſam partem diſrumpat: nam ſi fiat diſruptio, non eſt neceſſe, vt oppoſitæ ſuturæ ſe abſcindant, leuis ergo fiat diſpuntio illius particulæ μη, vt verborum genuinus contextus ſit. tum ex aduerſo in latis, & ex plano: ſic enim perſpicua redditur Hipp. ſententia, vt ex dictis conſtat. ſeſe autem abiungi ſuturas à cerebri concuſſione, fidem faciunt, quæ ab Hipp. 2. de morb. de venarum in cerebro ſupercuomitione dicuntur. intumeſcens enim hac de cauſa cerebrum abiungit caluariæ ſuturas ad omnimodam lethalitatem. & hoc ipſum ſubinde violenta facit ad oppoſitam partem cerebri impulſio.

V.

At verò de quibus ambiguum eſt, ruptane ſint, aut non, indicare oportet exhibito ad manducandum in vtramque maxillam aſphodeli caule, aut ferula, ita vt animaduertere iubeas, an os aliquod ipſi ſtrepere videatur. fracta enim ſtrepunt. progreſſu verò temporis fracta partim ſeptima, partim decimaquarta, partim etiam aliter ſignificationem de ſe præbent. nam & carnis ab oſſe diſceſſus fit, & os liuidum, & dolores ſanie effluente. hæc autem ægrè iam auxilium admittunt.

504 Mirandum non eſt ſi falax ſit medicorum præſentio in dignoſcendis ſuturarum fracturis, quum & ipſe Hipp. ſe fuiſſe in Autonomo fateatur deceptum, attamen ad hanc venandam agnitionē ponit experimentum, quod feliciter quandoque procedit, ſed non perpetuam continet veritatem. ſe extendit autem experimentum hoc ad omnia fracta, dummodo multùm à ſuturis non diſtent. quoties enim

ſeſe dentes collidunt, capitis ſuturæ quoque aliqualem motum edunt; quia oſſa capitis ſunt per ſuturas quadantenus articulata. ergo ſi os infra-ctum ſuturis adiacet, quia inæqualitatem continet, dum ſuturæ ex den-tium colliſione ſuam motionem faciunt, ſtrepit aliquantulum. ne autem dentium colliſio ſonitum fractorum oſſium perceptionem impediat, intra dentes ponere expedit molle quid, ac cedens cuiuſmodi eſt caulis Aſpho-deli, ſeu ferula, quæ dentium ſonitum tollunt, vt alter fractorum oſſium exaudiatur. cæterum dum experimentum hoc expetitam hanc agnitio-nem non facit, throma in præceps delapſum tandem eam promit ſigna, quæ has inſequuntur fracturas, & hæc partim ab ipſo vlcere ſumuntur, partim à malis conſequenter occurſantibus, quæ æſtiuo tempore ſepti-ma, hyeme decimaquarta die apparent. ſigna autem hæc occurſantia deſcripta extant in hiſtoria Autonomi. nam huic primò ad clauiculam, mox ad latus dolor irrepſit valde fortis, deinde venerunt conuulſiones ad ambas manus, quia in medio ſincipitis vlcus erat. inditia autem ab ipſo deſumpta vlcere deſcribit nunc Hipp. nam & carnis ab oſſe diſceſſus ſit, dum ipſa, & os in corruptionem abeunt, liueſcit ſubinde, ſeu nigricat os, vt poſtmodum ſummè albeſcat, dum per exceſſum ardoris tendit ad omnimodam tabeſcentiam. pus quoque cum dolore emanat, quia non optimum, ſed prauum eſt.

VI.

Quibus omentum excidit, neceſſe eſt putreſieri.

505 PErinde ac ſubter caluariam extenduntur membranæ à Macro-bio omenta dictæ, quia cerebri operiunt, & tegunt corpus; ſic etiam ſubter abdomen altera viſceribus membrana imponitur omenti, & ipſa verius nomine inſignita, quæ reticuli inſtar exundantes excipit va-pores abeuntes mox in humidam pinguedinem. quocirca pars hæc tor-pet in ſenſu, externiſque promptè offenditur iniurijs, dum foris è vulne-re excidit. nam multi licet ſit venis, & arterijs intexta, plus tamen valent exundantes humiditates, partiſque teneritudo, ad ſubeundam corru-ptionem, quam ad tutelam faciat arteriarum calor. indè eſt, quod in aperto prodiens priuſquam frigeſcat ſtatim reponi debet, ſi illæſum fuerit: ſin noxam habet extra ſeruari debet, vt facta diligenti ligatura ad eui-tandam hæmorrhagiam, quod de ipſo corruptum eſt, chyrurgi perita manus abſcindat.

VII.

Si inteſtinum quoddam ex gracilibus diſſectum fuerit, non coaleſcit. neruus diſſectus, aut genę tenuis pars, aut præputium non coaleſcit quodcumque os in corpore reſectum fuerit, aut cartilago non augeſcit.

506 PArtium coalitus fit per glutem, quod natura in diſſectam partem imponit, vt deperditum redintegret, ac ſubinde abiunctas partes componat. gluten autem hoc præbet ſanguis ad hanc per coctionem adactus virtutem, ac conſiſtentiam, vt reponat quod deficit. aſt quoniam corporum partes diſſident naturis, gluten quoque hoc diuerſis eſt conditionibus præditum, vt adamuſſin membris ſuſcipientibus ſe adaptet. nam quia carnes humidæ, & pingues ſunt, glutino ſubſtentantur humido, & pingui, quod calore craſſeſcens firmiter adhæret. cęteræ verò partes ſeu ſiccæ, ſeu frigore concretæ gluten aut exiguum, aut ſiccum habent, quod tam difficilius cohæret, quantum à pingui humiditate, & à calore recedit. hinc elucet ratio, cur & integrè, & facilè coaleſcat caro, ac ſubinde reliquiæ partes quantum de carne, carniumque conditionibus participant coalitus experiuntur, quem prorſus reſpuunt ab his omnino ſemotæ. tenuia ergo inteſtina quia à carnoſis conditionibus recedunt, humidoque ac liqueſcente ſucco aſſiduè irrorantur, nullam ſui coalitus occaſionem habent, imò quicquid eis glutinis accedit, aſſiduus diluit mador. inſuper, vt coalitus fiat neceſſe eſt vt partes abiunctę ſeſe componant, vnitæque maneant, nec quid alienum his ſe interponat quod alienum eſt à conditione tenuium inteſtinorum, & propterea nulla ratione hæc diſciſſa coaleſcere poſſunt. Neruis quanquam glutinoſam habeat naturam, eius tamen craſis frigida eſt, & ideo gluten appoſitum quum non incaleſcat, nec componere abiunctas partes poteſt. accedit; quod nerui abſciſſi ſe retrahunt, vt faciunt quoque genarum, ac præputij tenues partes. quippe hæ nec os, nec muſculum habent ſubſtractum, quibus adhæreant, & ideo diuiſæ hæ partes ſe retrahunt, nec ſe componi poſſunt, niſi per cicatricis ferruminationem, quæ fit in carnea tunica ſubter poſita, tenuiſſima autem cutis cicatricem non recipit, & ideo generum diſſ ctæ partes cauum relinquunt, faciemque deturpant circuncidunt autem Iudei præputia fęcunditati ſtudentes, ait Philo, quia ſic ſemina recta iaculatione in vteris veniunt, proniores ſubinde ad libidinem, ac populoſiſſima gens euadunt. Quod autem os diſſectum, & cartilago abſciſſa non augeſcant, ſiccitas eſt in cauſa non promens tale

 gluten,

gluten, quod deperditum & reficere, & adaugere valeat. atamen in adoleſcentibus, quia tenerrima oſſa ſunt, naturaliſque viget calor non ſine exundantia vtilium ſuccorum; oſſa, & cartilagines quadantenus augeſcunt, niſi integra ſit facta præciſio, quæ tunc redimi vllo pacto nequit. in reliquis coalitus fit per ferruminationem caloſam, dum os medullaris eſt, ſed nulla horum fit adauctio membrorum.

VIII.

Conuulſio thromati ſuperueniens, malum.

507 HAc de re ſatis in ſuperioribus. lethalis autẽ ibi ſtatuitur conuulſio hęc, quia ipſa cõuulſio talis ſuapte natura. ſed cauſarũ ratione diuerſa eſt eius malitia: nã dũ os caluariæ diſruptũ premit cerebri mẽbranas cõuulſiones adueniunt, quæ ſi protinus, ac recto ordine fiat ſectio, deſiſtunt. vtcumque malæ ſunt, ſi non cauſæ, ſigni ſaltem ratione.

IX.

Ex vulnere bilis vomitus accedens, malum, & maximè in capitis vulneribus.

508 ET hac de re abundè ſuperiùs. non poteſt autem non eſſe turbatio hæc diſcriminoſa in omnibus vulneribus. nam turbata bilis quanquam craſſiorem ſui partem euomat, quod in ipſa tenuius eſt, ad afflictam partem immittit, & exin vlcera quandoque cum virore palleſcunt, vt ſuæ lethalitatis ſignum dent.

X.

Nerui craſſi ſi vulnerentur, claudicationem plerumque inducunt, maximè ſi vulnus obliquè acceperint. idem accidit cęſis capitibus muſculorum, & maxime in femoribus.

509 INſigni magnitudine præditi nerui craſſi ſunt. tales ad infimos artus deſcendentes, vt firmiter vinciant membra validoſe agitantia motu. nam vt craſſi nerui, ſic & craſſæ venæ, & arteriæ conſimiles illuc deſcendunt, vt virtus cunctarum motionum effectrix cumulatim inſluat. perinde autem vt ab interceptione craſſarum venarum obtorpent hæc membra, ſic motus horum prauus euadit, ſi nexus partium vincientium, ac trahentium pereat, vel ipſa configuratio vitioſa fiat. iſtud qui-

dem

dem in luxatis, alterum in thromatis apparet. partium etenim laxitas ſpectat ad interceptionem cauorum vaſorum: nam dum motui deſtinata inſtrumenta ſpiritibus deſtituta languent, perit tractionis opus, pars ſubinde ſuopte decidit pondere interquieſcens à tractionis munere, aut ſaltem languidè ſe habens. claudicant ergo homines firma claudicatione, dum craſſi nerui ſunt vulnerati, præſertim ſi vulnus obliquè acceperint, quia tunc eorum partes denuo ſe componi nequeunt iam dictis de cauſis. quod ipſum accidit, dum muſculorum ſunt præciſa capita. nam muſculi ſe habent vt manus verſus ſua capita membra trahentes: muſculi autẽ femur mouentes, vt prægrandes ac validi, dum ſuis in capitibus eorum diſtrahitur continuitas, neceſſe vtique eſt, vt claudicatio contingat. cæterum nerui rectà per longum vulnerati tantam claudicationis neceſſitatem non imponunt, quoniam ſi ab iſtis inflammatio abſit, quæ plerunq. diſtentionem parit; ſanantur hi per hyperſarcoſin, quæ fieri nequit in neruo obliquè vulnerato, vt ex iam dictis conſtat. tendones autem capita muſculorum nectentes diſciſſi nullum coalitum admittunt, ideoque ex neceſſitate eorum motionis opus perit.

XI.

Moriuntur maximè ex vulneribus, ſi quis cerebrum ſauciatus fuerit, aut ſpinalem medullam, aut hepar, aut ſeptum tranſuerſum, aut cor, aut veſicam, aut venam craſſam.

510 QVàm pernicioſè viſcera ab internis malis affligantur omnibus notum: ſed non minus notum quàm mortiferè ægrotent à violentis cauſis de foris aduenientibus, præſertim ſi viſcera hæc principatum obtineant, principibuſuè inſeruiant. de thromatis autem cerebri in ſuperioribus dictum. medullaris enim eius ſubſtantia coaleſcit promptè, ſi eius vitetur ſphaceliſmum, tegentiumque membranarum phlegmon, quod in alijs vulneribus vix ſperandum, nunquam autem in vulneribus ad ſpinalem medullam attinentibus, quia ſuapte natura neruea diſtentionibus eſt ſubiecta, eſtque narratio hac de re Hipp. talis. Qui percuſſus eſt, inquit acuto telo retrorſum paulo infra collum, vulnus quidem habebat non memorabile aſpectu, neque enim in altum ferebatur, verum non multo tempore poſtea exempto ſpiculo diſtendebatur in poſteriorem partem tractus, ut opiſthotonici, & maxillæ ligatæ erant, & ſi liquorem aliquem in os ſumeret, cumque deglutire conaretur, rurſus relabebatur ad nares, cęteraque ſtatim peiora fiebant, & ſecunda die mortuus eſt. Hepatis autem viſcus, quia ſanguifluas venas continet, ſi

vulnus recipiat ad has pertingens, citum interitum affert. Cui enim iecur percuſſus eſt iaculo, color, ait Hipp. qualis eſt mortuorum per corpus diffuſus eſt, oculi caui, anxietas, moleſtia. deceſſit hic priuſquam concio ſolueretur, quum ſub diei exordium percuſſus fuiſſet: non tam ocyus intereunt, qui vel percuſſionem habent aut vulnus in iecur longè à ſanguiflua vena nam à vulnere empyema tandem fit plerumque cænoſum, & graueolens ad interitum. à plaga phlegmones occurrunt, vt in Puero à mulo percuſſo. hic enim die quarta obijt denſum habens ſpiritum cum febre, nec quicquam intelligens. Quàm præſtans membrum ſit ipſum diaphragma aliàs oſtenſum. quæ autem ab ipſius vulnere contingat monſtrat Tychonis narratio. hic in obſidione, inquit Hipp. circa Datum à catapulta percuſſus in pectus, & paulo poſt riſus erat circa ipſum tumultuoſus. videbatur autem mihi medicus eximens lignum reliquiſſe aliquid de ſpiculo in ſepto tranſuerſo. & quum ipſi videretur ad veſperam infuſum per clyſterem adhibuit, & pharmacum deorſum purgans dedit. noctem primam tranſgredit moleſtè, ſtatim verò vbi dies illuxiſſet, & medico & alijs melius habere videbatur. erat enim quietus. prædictio facta eſt, quod vbi conuulſio fieret, breui eſſet moriturus. ſequenti itaque nocte moleſtè habens, in ſomnis, plerumq. in ventrem decumbens, tertia exoriente die conuellebatur, & tunc mortuus eſt. De corde non eſt, vt aliquid addamus, compertum enim quam cito mortifera ſint eius vulnera. de veſica etiam patet, quod nec coaleſcit eius corpus, perinde ac de inteſtinis tenuibus dictum, nec ſedem vulneris exhibet, quia in abditis iacet. carnoſiorem eius ſtomacon vulnerant litothomi horribiliter quidem, & calamitosè plerumque admirabilis equidem fuit euentus illius, qui iuxta inguen ſagitta percuſſus, conualuit, quia veſica & inteſtina manſerunt illęſa. audiamus Hipp. narrationem. Quidam inquit iuxta inguem ſagitta percuſſus, quem nos vidimus, maxime præter omnem opinionem ſeruatus eſt. neque enim cuſpis exempta eſt; erat enim validè in profundo, neque ſanguinis eruptio vlla memorabilis fiebat, nec inflammatio, neque claudicauit. cęterum cuſpidem inuenimus nos, ipſamque exemimus, quum ſex iam eſſent anni ex quo ſauciatus erat. ſuſpicio autem erat, hæc inter medios neruos cuſpidem occultatam fuiſſe, nullamque venam, aut arteriam diſſectam fuiſſet. craſſarum namque venarum quæ in occulto ſunt diſſectiones, & multum ſanguinis in cauum effundunt, & exhauriunt ſpiritus, certumque proinde interitum afferunt.

Mo-

XII.

Moriuntur etiam ſi in arteriam, & pulmonem valdè magna fiant plagæ, ita vt pulmone percuſſo paucior ſpiritus per os procedat, quam is eſt, qui ex vulnere elabitur.

511 Fiſtuloſum illud corpus, quod à pulmonibus ad laryngem vſque extenſum ſpirationi inſeruit, arteriæ nomine ab Hipp. inſignitur, quia aere ſe replet. iſtud autem corpus ſi fuerit vulneratum, facit, vt ſpiratio ab ore prodiens exigua ſit, quia aeris per vulnus facilior exitus eſt nulla impediente ligula, vt in Epiglottide. cęterum quia maior eſt copia aeris expirati per vulnus quam inſpirati per laryngem, inde eſt, quod cordis calor aeris deſtitutus comercio marceſcit, perinde ac in ſuffocatis. aſt ſi inlatum vulnus exiguum eſt, nec inſignes venas ſauciat, tot ſpiritibus non accedunt incommoda, & ideo nonnunquam conſultò in deſperatis anguinis infligitur, atamen non ſine diſcrimine. quæ autem vulnera altius in pectus immiſſa pulmones ſauciant, diſcriminoſa quam maxime, quia tunc vulnus magis reſpirat, quam inſpiret Epiglottis, & ſic parcior ſpiritus per os procedit, quam ſit is, qui è vulnere elabitur. ſignum tamē hoc non perpetuam ad interitum certitudinem habet: nam multus quandoque exit per vulnus ſpiritus, conualeſcunt tamen vulnerati, dum vulnus ſolùm thoracis parietes diſcindit. hæc enim eſt Hip. narratio. Billo, inquit percuſſo in dorſum, ſpiritus multus per vulnus cum ſtrepitu proceſſit, ſanguis erumpebat. vbi vero medicamentum cruentis vulneribus deſtinatum adhibitum, & deligatum eſſet, ſanatus eſt.

XIII.

Moriuntur etiam qui in inteſtina vulnerati ſunt, ſiue ex tenuibus aliquod, ſiue ex craſſis vulneratum fuerit, ſi per tranſuerſum fiat plaga, & magna. ſi verò parua & recta, quidam euadunt. minimè verò moriuntur vulnerati in partibus corporis vbi hæc non ſunt, aut ab his quàm longiſſimè abſunt.

512 Dictum iam, cur tenuia inteſtina diſciſſa non coaleſcant: mortale ergo horum vulnus, præſertim ſi magnum, & obliquum eſt, vt ſpes omnis pereat coalitus, vt de neruis dictum. aſt inteſtina craſſa, quia carneam habent tunicam, coaleſcunt à paruo rectàque inflicto vulnere: ſtabulantes enim illuc fęces coalitus potius adiuuant, quam impediant, quoniam iſtud ſuo lentore, ac glutino præſtant in externis vlce-

vlceribus. quoruncumque autem inteſtinorum vulnus inſigne citum, certumque affert interitum, quia magna etiam vaſa diſcindit, licet indoloroſum plerumque primis diebus, ſeu horis ſit. De Eniade in Delo iaculo in ſiniſtra parte retro ictus, inquit Hipp. vlcus habuit ſine dolore. tertia verò ventris dolor vehemens, non egerebat. infuſſo verò per clyſterem immiſſo ſtercus prodijt, ad noctem afflictio, intermittebat. ſedes ad ſcrotum extabat. quarta & ad pubem, & ad ventrem dolor irruebat, quieſcere non poterat, biliosa vomuit abundè colorata, oculi quales animi deliquio incidentium. poſt quintam diem mortuus eſt. Lariſſeus quoque vir ſauciatus cominus ex manu per haſtam latam à tergo, & ſummũ eius, ait, penetrauit infra vmbelicum per multum ſpacium; quod liuidum erat, & tumidum. poſtquam autem vulneratus fuit, dolor obtinebat primùm fortis, & venter intumeſcebat. huic poſtridie datum eſt pharmacon deorſum purgans, & egeſſit modicum cruentum. mortuus eſt. videbatur huius inteſtina non eſſe ſana, & venter ſanguine plenus eſſe. Quin & Ariſtippus in ſupernum ventrem violenter, ac grauiter ſagittæ ictu petitus dolebat vehementer, & citò ardebat. deorſum verò non egerebat, anxius erat, biliosa autem hic abundè colorata quum vomuiſſet, melius habere videbatur, ſed paulo poſt dolores rurſus vehementes, & venter velut in voluulis, calores, ſitis, ſeptima tandem interijt. Neapolis ſimiliter percuſſus eadem paſſus eſt. acri infuſſo per clyſterem immiſſo aluus deorſum erupit, color diffuſus eſt tenuis, pallidus, niger oculi ſicci ſtupore rigidi, intus conuerſi intuentes in cor. multa hæc fortaſſis ad ſatietatem exempla attulimus, quia inde cuncta ſumuntur accidentia, quæ iſtis vulneribus ad interitum occurrunt. Addit deinceps Hipp. quod minime intereunt homines à trhomatis occurrentibus reliquis in partibus ab iſtis longè ſemotis, vt ſunt qui in carnoſa muſculi parte infiguntur vlla abſq. læſione venarũ cauarum, ſeu inſigniũ neruorum, nec virus aliquod gerunt, nec cauum aliquod replent ſanguine extra non eiecto, cui diſcrimini ſubiacent vulnera acuto ſtilo inflicta quacumque in parte, ac ne Hippocratico careas exemplo, Sutor, inquit in Pthyo, dum ſoleas veteramentarea faceret, pupugit ſeipſum ſupra genu in femur, & fermè longum digitum imerſit. huic quidem ſanguis nullus effluxit, vulnus autem citò clauſum eſt, femur autem totum in tumorem eleuabatur, & procedebat hic tumor vſque ad inguen, & lateris mollitudinem. hic tertia die mortuus eſt.

XIV.

At vero viſus obſcuratur in thromatibus fientibus in ſupercilium, & paulo altius, prout autem throma recentius eſt, minus eſt hebetudo: cicatrice verò diutius tardante, ac ſeneſcente magis obſcurari contingit.

513 AMauroſim patiuntur oculi, dum vel ductus neruei obturantur ad deſperatam cęcitatẽ, vel quid colligitur in ſinciput, quod premit, vt accidit nonnunquam in criticis perturbationibus, dum proruptura eſt hęmorrhagia, & hæc amauroſis extemporanea eſt, quia dempta cauſa premens oculus in ſuum naturalem ſtatum reddit. aſt quod internis accidit ex occaſionibus, idipſum valent inferre externæ plagæ, quæ dum violenter partes anteriores capitis offendunt, trahunt ad ſinciput ſanguinis vbertatem, quæ niſi confertim, ac largiter ſe depleat, viſionem obtenebrat; iſtudque promptius accidit, poſtquam obducta eſt à vulnere in ſupercilium, & paulo altius, diuturna cicatrix, quia pars debilior reddita, & vbertatem ſanguinis procumbentis ſumit, & hunc in ichorem vertit, quæ amauroſis ſunt occaſiones. adeamus Hipp. in aureo libell. de Viſu. At qui colorem, inquit, inter ceruleum, & marinum medium referunt, ſi quidem puero tales fiant, melius videt magna valde, & ſplendida. & videt quidem procul, ſed non clarè: & ſi quid valdè ad oculum admouerit, etiam hoc videt, aliud autem nihil. confert autem huic capitis purgatio, & capitis vſtio. ſanguinem verò his detrahere non conducit, neque cęruleo, neque maris ſpeciem referenti. & viſus oculorum oculo ſano exiſtente in iunioribus hominibus tũ femellis tum maſculis quicquam faciendo nihil iuueris, quandiù adhuc augeſcit corpus. quum autem non amplius augeſcit, ipſius oculi palpebras intus radendo attenuato, & ſi opus etiam viſum fuerit, ferramentis non admodum candentibus intrinſecus inurito. quum vero palpebras oculi raſeris lana milaſia, criſpa, pura circumfuſa obuoluta radito ipſam oculi coronam vitando, vt ne ad cartilaginem vſque peruras, ſignum autem ſufficiens raſuræ eſt, ſi non amplius ſplendidus ſanguis exit, ſed ſanies cruenta, & aquoſa. tunc vero liquido aliquo medicamento in quo flos æris eſt defricare oportet; poſtea verò vti & raſionis, & vſtionis cruſtæ exciderint, & vlcera purgata fuerint, ac germinauerint, fiſſuram per ſinciput ſecare oportet, & cum ſanguis defluxerit medicamento cruentis vulneribus idoneo illinire. deinde verò & huius, & omnium caput purgare operę prætium eſt. & paulo poſt addit. ſi cui oculi dum ſani ſunt, viſum

cor-

corrumpunt, huic ſectione, & inſuper excoriatione in ſinciput facta, os exſcindere, & aquam auferre oportet, ſicque curare, & ita ſani ſunt. vide ergo quam generoſa ſint Hipp. auxilia, & quam bene morbo ſe adaptent: ſic enim omnis tollitur plenitudo, quæ dum ſinciput grauat, amauroſim creat. notatum ſubinde in hiſtoria illius, qui ad oculum percuſſus eſt, viſionem illęſam manſiſſe, licet ſatis altè à palpebra cuſpis deſcendiſſet, quia cruoris multum profluxit. conualuit etiam Palamedis equiſo percuſſus in frontem ſupra oculum dexterum ab equo, cui vlcus nullius, inquit, cauſa erat, quia hebetudinis periculum omne euanuerat facta opportuna ſectione.

XV.

Fiſtulę difficilima ſunt, quæ in cartilaginoſis, & ex carnibus locis ſunt, & cauę ſunt, & procedunt, ac ſaniem manant ſemper, & caruncula in oſculo ipſis ineſt. curatu autem faciliores ſunt, quę in mollibus, & carnoſis, & non neruoſis exiſtunt.

514 Fiſtuloſum vlcus non minus ſordidum, quam ſanatu difficile, in omnibus ſe prodit particulis, dum ſuæ adſunt occaſiones, quæ præcipuæ ſunt aut trhoma, aut tuberculum aliquod maturęſcens. nam fiſtulæ, quæ propter remigationem aut equitationem podici occurrunt ad has cauſas referuntur, quippe ſanguis ſe colligens in parte contuſa, aut marceſcit, & prodiens fiſtuloſum vlcus relinquit; aut tuberculum efformat, in fiſtulam tandem abiens. cęterum quæ ſanationem huiuſce fiſtuloſi vlceris impediunt, ſunt hæc. tortuoſus, ac ſinuoſus progreſſus, figurationis rotunditas, durities, & ſordida recrementa perenniter ſuccreſcentia, quæ cuncta aliàs extant vbertim enarrata; vnum nunc proſequamur, & eſt ipſa durities, quæ aut naturalis, aut aduentitia eſt. hæc occurrit dum fiſtulæ cauum aut callo obducitur, aut ad natam habet carunculam, quæ plerumque dura, & ſclyroſa eſt. naturalis verò conſtitutio eſt, dum fiſtulata membra cartilaginoſa ſeu excarnia ſunt, quoniam in iſtis ſic conſtitutis particulis difficulter fiſtulæ coaleſcent, præſertim ſi & alia adſint præpedimenta. non augeſcunt enim, nec coaleſcunt amplius membra iſta diſrupta trhomate aliquo, vt ſuperius enarratum, & non quia partes ſpermaticæ ſint, quoniam hac ratione pars quælibet corporis abſciſſa ſeu rupta, auctionem, coalitumque non ſubiret; quum omnes à ſeminali ſignantur corpulentia, & omnes ſanguineo ſucco nutriantur.

tur harum tamen diuerſa eſt ratio quia ſemen etcorogeneum di .erſimode ſe habet in conſtructione partium ſingularum, vt latius in tractatione de ortu, & interitu rerum. Ergo fiſtulæ, quæ in mollibus, carnoſis, & non neruoſis partibus occurrunt, ſanatu faciliores ſunt, quoniam licet multam inuehant corruptionem, coaleſcunt tamen facile ob earum natiuam glutinoſitatem, quæ calore craſſeſcens abiunctas partes integrè committit, dum abſunt, quæ tale opus impediunt. quantam autem fiſtulæ in mollibus particulis occurrentes inuehant corruptionem, oſtendit natratio hæc. Dinij puerulo, inquit, in Abderis vulnerato mediocriter vmbelico exigua fiſtula relicta eſt, & aliquando per eundem locum venit lumbricus magnus, & dicebat, quum febricitaret, biliofa ipſa per hanc partem exire. procidebat etiam inteſtinum, & corroſum erat, vt ipſa fiſtula, & rumpebatur, & tuſſiculæ prohibebant permanere. fiſtula ergo huic inteſtina forſitam craſſa inuadebat, & in molliſſima partem corruptionem multam inuehebat, cui corruptioni obuiam iturus Hipp. libel. aur. de fiſtul. monuit, vt in his, quæ in ſede occurrunt, primum hoc ſit opus. Si verò, inquit, iam ægrotantem ex fiſtula aſſumpſeris, allij caulem recentem accipe, & homine ſupino reclinato diductis cruribus altero huc, altero illuc caulem immitte, donec offendas, & impingas, & fiſtulæ profunditatem per caulem metire. & ſeſelis radicem tenuiſſimè tritam aqua affuſa ad dies quatuor macerato, eamq; aquam trium cyatorum menſura melle ammixto æger bibat ieiunus. cum hac etiam aſcaridas purgato. quicumq; verò relicti fuerint non curati, moriuntur, &c. tollenda ergo prius omnis corruptio, vt deinceps curatio ritè procedat, quæ in carnoſis, ac tenerimis particulis facilima, in reliquis non ſine magnis difficultatibus.

XVI.

De morbis per ætatem.

Morbi hi ante pubertatem non fiunt: peripneumonia, pleuritis, podagra, nephritis, varix circa tibiam, fluxus ſanguineus, cancer non congenitus, leuce non innata, catarrhus dorſalis, hæmorrhois, cordapſus non cognatus, horum morborum nullum ante pubertatem forè expectandum.

515 EX cauſis morbum inuehentibus vna eſt, ſi non purgetur corpus: quod enim intus inopportunè manet, ſuum diſtendit, & aggrauat receptaculum, decubituſq; ad alia membra facit per defluxum,

aut

aut refluxum. morbi autem inde emanantes correſpondet & naturis morborum vigentium, & corporum diſpoſitionibus. à natura quippe ſuccorum procedit vniuerſalis idea vnius humoris vigentis. à diſpoſitione corporum naſcitur locorum affectorum poſitus, & ex ambobus prodit morbi ſpecies. cuncta idcirco hæc neceſſariò occurrunt, vt morbi ſpecies aliqua in corporibus adueniat (à cauſis inquam intrinſecus enatis, ac intrinſecus offendentibus. nam de illis, quæ de foris adueniunt, alia eſt ratio, huic tamen analoga) quorum ſi alterum defecerit, perit vnius aut alterius morbi neceſſitas. nam ſi, exempli gratia, detenta bilis refluat in venas, non parit icterum, niſi cutis hanc expenſam recipiat: nec erit icterus, ſi carnes alba pituita ſe repleant. ergo adſit bilis oportet, quæ ſe diffundat per cutim, vt ſpecies hæc morbi inſurgat, alioquin bilis refluens locorũ excipientiũ mala conſona edit. parantur autem loca ad excipiendũ humorem vigentẽ, dum eorum meatus pateſcunt, ſiue natura, ſiue innaturalibus ex occaſionibus hiſcant ſic, vt eorum capacitas aditum præbeat humoribus defluentibus, quantum horum exigit corpulentia. Morbi itaq; naſcuntur internis ex occaſionibus, ſi corpora non depurgentur, ſpecies autem morbi inſurgit ex natura humorum vigentium, & inſimul ex obductione meatuum, ſi morbus fiat à defluxu, ſeu refluxu humorum detentorum. nam mala quæ in humorum receptaculis naſcuntur occluſione fiunt, qua detinentur, ne erumpi queant. Quo poſito fundamento ratio innoteſcit, cur ante pubertatem non fiant enumerati morbi. nam vt promptè puerulí augeſcant, exundant humido tum calore tum ſanguine, venæ ſubinde, corporumque cauitates aliæ alimentoſo ſucco perpetuò diſtentæ nouis fluxionibus aditum haud præbent: nec humida alioquin corpora, quum fluidam aluum habeant acria colligunt recrementa, & ideo iam enumeratis morbis minime obnoxia ſiunt, niſi in materno vterò quorundam horum incoamenta contraxerint ex ſeminum, ſuccorumque alibilium vitioſitate. iſtis enim interuenientibus occaſionibus morboſi naſcuntur pueri, quam morbidam conſtitutionem, ni per ætatem deponant, connutriunt eam toto ſuæ vitæ curriculo, vt 3. Aph. 28. proditum.

Verùm

XVII.

Verùm ab anno decimoquarto vſque ad quadrageſimum ſecundum natura corporis morborum omnis generis ferax eſt. rurſus ab hac ætate vſque ad annos ſexagintatres non fiunt ſtrumę, neque lapis in veſica, niſi prius exiſtat, neque defluxus medullę ſpinalis, neque nephritis, niſi ex alia ętate committentur, neque hęmorrhoides, neque fluxus ſanguineus, niſi prius fuerit. hi vſque ad ſenectam abſunt morbi.

516 A Secunda annorum hebdomada vſque ad ſextam, quum parum increſcant corpora, ac poſt vigorem deinceps decreſcere incipiant, ſuique iuris tunc homines redditi, ac voluptatibus deliniti omnibus iniurijs ſe exponant, corpora habent hi omnibus ſubiecta malis. quippe meatus tunc pateſcunt, vigetque acrium ſuccorum vbertas, ac ipſimet homines morbis anſam lubentes præbent. ab hac autem integra ætate vſque ad ſexageſimumtertium annum corpora iam ſeneſcunt, vires ſubinde decreſcunt, meatuſque obducuntur propterea enumeratis malis minimè obnoxia fiunt, quorum occaſiones pendent à vigentia virtutum, ſanguinis vbertate, & æſtu, meatuumque pateſcentia. nunquam ergo in hac ætate nouiter morbi iſti accedunt, ſed ſi iam facti ſunt, tunc vtique ſæuiter affligunt. longam autem facere ſingulorum morborum iſtis in ætatibus occurrentium narrationem ſuperuacaneum, quum innoteſcant ex iam dictis.

SECTIO VIGESIMANONA.

De mulierum paſſionibus.

I.

In menſibus muliebribus, qui quoſi ante partum prodeunt, mali ſunt.

517 E T formatur in vtero ex aſſumptis ſeminibus, & creſcit fętus puriſſimo alimento, quod ei ſumminiſtrant vteri vaſa, quibus fętus pendet, perinde ac faciunt fructus ſtipitibus alligati. porrò alimenta hæc, quibus concepta ſe nutriunt corpora, partim ſuopte curſu procedunt, & per vaſa fętus propia in vniuerſitatem mem-

membrorum protinus ſe diſtribuunt: partim ſuctione per os aſſumuntur, vt illa facient membra, quæ venis à caua ductis deſtituta, omni eſſent viduata alimento, ſi iſtud periret ſuctionis munus. Cæterum quia membra hæc parum ignis, multum ſortita ſunt humoris; inde eſt, quod alimentum ore aſſumptum tunc ſolùm opportunum eſt, quando cauiora iam iſta membra reddita aliam optant alimoniam, vt adauctum ſuum expleant calorem. Sugit propterea per quoſdam ſurculos fętus è mammis lac tertio, aut quarto menſe, & tunc natura lac in mammas expromit, quod in corruptelam vtiq; abiret, eaq; pareret mala, quæ experimento conſtat à ſtagnante lacte euenire, ni hæc adeſſet ſuctio, quæ facit, vt lac puriſſimum in mammis ſeruetur, dum aſſiduam hanc habet motionem, vitioſumq; apparet, dum ob fętus imbecillitatem ſtagnat. Aſt licet puriſſima ſint hæc alimenta, ſua tamen tum aquoſa tum craſſa recrementa deponunt, quæ ſuis deprompta ductibus ſeſe in membranas fętus veſtictes coadunant, quia nullum aliunde habent exitum, manetque illuc vſq; ad parturitionis tempus, ſuis non carentia commodis. perinde enim ac in calenti balneo enatant, vt ſic tenerima manens elegantius membra ſe configurent, faciliuſq; augeſcant. ergo ſi ante parturitionis tempus debitum calentes iſti ſe promunt liquores, nil boni præſagiendum, quia & perit in vteris fętus, & abortus fiunt, qui ſuapte natura grauiores quã partus ſunt. non enim, inquit Hipp. 1. de morb. mul. fieri poteſt, vt citra violentiam fętus corrumpatur aut pharmaco, aut potu, aut cibo, aut ſubditijs medicamentis, aut aliqua alia re. violentia autem malum eſt: in huiuſmodi enim periculum eſt, ne vteri exulcerentur, aut inflammentur. hoc autem eſt periculoſum. neceſſitatem autem hanc aborſionis facit membranarum fętus continentium diſruptio, quia tunc ſuopte pondere ad infima vteri delabitur fętus, nec amplius illuc manere poteſt vitalis, ideoq; ſeu deciſſus, ſeu mox corruptus prodit. cæterum non talem aborſionis neceſſitatem gerunt illæ purgationes, quæ geſtationis tempore quandoq; è venis vteri erumpunt, licet ſummam alimenti deſignent malitiam, qua fętus ſi non corrumpitur, morbideſcit ſaltem, vt accidit quoque ſi laudabilis ſanguinis ante enixionem inopportunè erumpat, niſi tãta ſit huius vbertas, vt exundans ſolùm ſe exoneret, quod multis fęminis ſalubriter accidit nedum primis geſtationis, ſed & poſtremis menſibus. & iſtæ propriè ſunt muliebres purgationes, quæ ſi ante partum aquoſæ è uenis uteri prodeant, malæ ſunt, quia nec ſana tunc eſt mulier, nec fętus ualet.

Ora

II.

Ora feruido aphta vlcere affecta vtero geſtantibus non ſunt bona. num & alui humectantur?

518 APhtæ vlcuſcula ſunt in interna oris ſuperficie enata, quorum generationis author acris ſeu ſalitatio ſeu nimia maſis eſt è ventriculo elata, dum is cibaria in cremorem ſeu liquat, ſeu componit. nam dum ventriculus rite ſuo fungitur munere, vtiles in caput vapores efferuntur: ergo ſi hi prauitatem gerunt, ventriculus non ritè in ſuo munere ſe habet, vel aſſumptorum vel caloris agentis vitio. acria enim quę in ventriculo aſſumuntur, ſi modum, & proportionem excedunt ſuę malitiei ſigna in os proferunt, vt faciunt, quæ in corruptionem abeunt, idq. ſæpè puerulis euenire conſtat lactis vſu vitioſitatem hanc præſeferentis, quæ vitioſitas promptè ſe in oris tenerrima puerorum carne impingit, quod ipſum acris ardor ventriculi facit, dum prauam in alimentis corruptionem inducit. acor etenim alimenta fermentat, & ſanguinem in pus ducit, ſi ipſis innaturaliter accedat, aliàs coctioni inſeruit: in peſtilenti idcirco conſtitutione 3. in 3. Epid. deſcripta aphtæ aderant, quia atra recrementa vigebant ventriculum obſidentia ſeſe mox per vaporem, aut ſaliuationem ad os vſque eleuantia. mirandum igitur non eſt, ſi grauidis aphtæ ſuperaccedant, quum pleræque cibaria non benè concoquant, innaturaleſque appetitiones habeant, quia ab atra exundans ſanguis in fermentum quadantenus abit. bonæ igitur in iſtis non erunt aphtæ, quia huiuſce acoris vigentiam deſignant, quæ facit vt dum ſuccos incommodat, perdat fętum, aut ſaltem eum morboſum reddat. perdit autem non ſolum ſuapte malitia, ſed quia aluum profuſiorem reddit, dum turbat, quæ in corpore ſunt.

III.

Dolores ex laterum mollitudinē ad inteſtinum tenue tranſeuntes in morbis longis ex corruptione fętus non valdè purgata, pernicioſi ſunt.

519 PVrgationes vberiores fiunt ex abortu, quam ex ſtata parturitione. fęminæ enim poſtquam mulieraſcunt, abundant ſanguine, quem deplent geſtationis tempore tum in alitionem fętus, tum in lactis gignitionem. inde eſt, quod dum iſta deficit vbertas, fętus iam grandior redditus, decidit ex vtero, quia cotyledones ſunt quadantenus reſicca-

tæ. dum ergo completum eſt geſtationis tempus, vbertim quidem collecta ſunt in tunicis recrementa, ſed ſanguineus deficit ſuccus, quia eius copia partim aſſumpta eſt, & quod remanet, in lactis conſiſtentiam ſe componit, & ideo is ſolus tunc ſanguis emanat qui in venis vteri collectus profluit ex diſruptis vaſis. Aſt dum interuenit abortus è diuerſo minor ſit oportet recrementorum vbertas, ſed ſanguinis copioſior exitus, quoniam adhuc venæ omnes ſanguine ad fetus nutritionem parato tument, ideoque facta aborſionis violentia totus in vteris confluit, vbertimque emanat, quia nec in lactis conſiſtentiam abit. & hæc eſt cauſa, cur fęminæ ex abortu copioſius depurgentur, laborantque impensè ſi ab hac deficiant profuſione. quippe turbatus, & non eiectus ſanguis in corruptionem abit, vterorumque diuturna mala creat, vt eſt ab Hipp. aureis de morb. mul. libris proditum. ceterum pernicioſi oportet ſint illi dolores, qui è mollitudine laterum ad tenuia, tranſeunt inteſtina, quoniam adueniunt hi, aut à bilioſo ichore ex inueteratis morbis emergente, quia viſcera æſtuant, aut ab ichoroſa immiſſa ſanie, quæ dum inaniter inteſtina torquet, nil laudabile molitur; propterea dolores iſti aut poſt diutinam afflictionem rapiunt non ſine tabe, aut ſiccum, tormentoſumque hydropen creant.

IV.

Quæ ex partu, ac fetus corruptione multa repente concitata ſupprimuntur, difficilia ſunt. rigor his infeſtus eſt, & alui turbatio, tum aliàs, tum ſi pręcordia doleant.

520 Effluentia à partu, ſeu aborſione purgamenta, aut repente, & cumulatim, aut debito tempore ſenſim prodeunt, quod poſtremum quia naturale eſt, ea adfert commoda, quæ à neceſſarijs eiectionibus ſuo tempore, & modo ſolutis emanant. reliqua purgamenta non poſſunt non eſſe diſcriminoſa, quoniam tunc vel magna adeſt craſſarum venarum diſruptio, vel conferta irruentis ſanguinis multitudo. & vt prior occaſio plerumque internectionem affert; ſic altera non leuia mala edit, ſiue deinceps purgamenta properent, ſiue repentinò deſiſtant: nam ſi decurrant vires proſtractæ, ſi non rapiunt, ducunt ſaltem viſcera in malam habitudinem: ſi repentinò deſiſtant aliò curſum flectunt, ac ni vtilem aliam eiectionem integrè defectum hunc rependentem faciant, ea edunt mala, quæ neceſſario à pondere & æſtu ſanguinis non eiecti proueniunt, potiſſimum dum ſecum & alia exundantia recrementa deferunt. nam inde & moleſti rigores adueniunt, qui à non facta ſanguinis profuſione,

ſeu

ſeu conuulſiones præſagiunt adfuturas, ſeu ſtabilem ac diuturnam præcordiorũ afflictionẽ inducunt, id enim ἄλλως τε καὶ ὑποχονδρίου ὀδυνῶδες deſignare aliàs oſtenſum.

V.

Vterum geſtantibus dolores capitis ſoporoſi cum grauitate fientes, ac conuulſione plerumque mali.

521 Plerumque at non perpetuò mali ſunt ſoporoſi capitis dolores cum grauitate, ac conuulſione fientes, quoniam à ſuccorum plenitudine editi, dum abeſt febris, deſiſtunt tandem, quia fetus ſua aſſidua ſuctione plenitudinem ipſam ſoluit. faciles namque ſunt conuulſiones ex vtero ſine febre factæ, ac in geſtantibus præſtat, vt corpora ſuccorum potius vbertate tumeant, quam tabeſcant.

VI.

Quibus dolores pertinaces ex menſibus circa ſuperiam partem & inteſtinum tenue, aluos humectant. his circa iudicationem delationes in ſomnum fiunt, & impotentes ex capitis dolore exſudant, ac perfrigerantur. tales recidiuæ pleniſque fientes poſt remiſionem citò occidunt.

522 Soporoſæ illæ capitis grauitates, quæ vterum gerentibus adueniunt, etſi conuulſionem afferant; non inſignem promittunt malitiam, dum abſque febre fiunt, & ſolam plenitudinem habent pro cauſa, quæ decreſcit ad fetus adductionem. aſt ſi cum febre fiant, ſitque earum author ſuppreſſio menſtrualium purgationum; tunc equidem inſigniter offendunt, ducuntque plerumque ægram in perniciosam criſim, quoniam dum ab vterinis remoratis purgationibus ſic ſuperæ grauantur partes, vt pondus illuc conſiſtens præcordia affligat, dolorem ipſum ad tenue vſque inteſtinum extendens, neceſſe eſt, vt aluus turbata tandem perniciosè profluat, dum nempe malum recens eſt. nam in inueteratis affectionibus, quia nulla expectanda eſt criſis inania occurrunt tormina, quæ ſiccum hydropen pariunt in diuturnis ad perniciem. ergo in nupera menſtrualium purgationum ſuppreſſione, ſi pertinaciter ſupremæ ad hypochondria ſpectantes partes laborent, & exin malum ad tenue inteſtinum ſe extendat, expectanda vtique criſis aliqua, quæ quum eſſe nequeat menſtrualium purgationum, quia nec lumbi grauantur, nec ſpina

 ardet;

ardet; reliquum, vt quia tenuia inteſtina torquet, aluos perturbet, cru-daque & biliosa ſe deijciant. notabilis atamen eſt hiſtoria vxoris Olitoris in Helide, cui infra vmbelicum erat quid durum, & ſublimius altero, acuti aderant dolores, qui nullis miteſcentes pharmacis tandem ſoluti ſunt ſola digitorum oleo intinctorum tractatione, & compreſſione, inde enim factum, vt ſanguis deorſum copiosè fluxerit. cęterum dum vice harum vtilium purgationum prodeunt ex aluo bilioſa, & cruda, malum ex remoratis purgationibus inuectum non tolitur, imò ſanguinolenta ipſa non eiecta ſurſum ſe efferentia ſoporem pariunt cum ſudoroſa cephalalgia membrorumque inalgeſcentia. & hæc licet circa iudicationem, quam edit alui profuſio quadanteuus miteſcant, quia criſis hæc cauſis vigentibus non conſonat; recrudeſcunt ad exitium. quam enim inſidioſa ſit alui deiectio etiam circa iudicationem facta in iſtis mulieribus, oſtendunt ea, quæ ab Hipp. in muliere degente aput Pentimedem fuere obſeruata.

VII.

Spiritus, qui cum ſuſpirÿs extra feruntur, & colliquatio pręter rationem in vterum geſtantibus, abortum faciunt. dolor ventris poſt partum in his purulenta purgat.

523 CVr abortiant mulieres ſuſpiria promentes, ac liquationem habentes palàm facit euentus, qui poſt partum occurrit. ſi namque puerpere iſtæ ventrem doleant, purulenta deinceps promunt. ergo aborſionis cauſa ſanguinis fuit corruptella, quam ſtagnans is contraxit, fecitque vt fætus perierit, nec ſana mulier extiterit: perit enim fętus, (de cauſis ſolùm internis nunc loquimur) quia pabulum aut deficit, aut vitioſum eſt. nam & ſtato tempore exit fetus, quia alimenta deficiunt, & propterea pabuli deſiderio ſe iactans, diſrumpit membranas, & occaſionem matri dat, vt ſe exoneret. inde eſt, quod ſi in prægnantibus mammæ de repente gracileſcunt, ait Hipp. 5. Aph. 37. inditium habemus, quod vterus malè ſit affectus, ex qua afflictione promptè contingunt abortus, potiſſimum ſi aliqua interueniat acredo, quæ non aliunde eiecta pertinaciter fętus affligat. nam hæc ſunt Hipp. in ead. ſect. Aph. 53. Quæ corrupturæ ſunt fętus, inquit, his mammæ extenuantur. ſi vero rurſus duræ fiant, dolor aut mammas, aut coxas, aut oculos, aut genua infeſtabit, & non corrumpent, quia ſcilicet prauus humor ad has partes abſcedit tormentoſè. hinc etiam patet, quod colliquatio omnis in vtero gerentibus præter rationem facta, aborſionis opinionem præbet ratione pabuli tum deficientis, tum aberrantis à debitis conditionibus. ſuſpiria

autem

autem quæ cum ſpiratione efferuntur, & aggrauationem, & diſtentionem vteti adeſſe arguunt. iſtis enim de cauſis ſegniter, ac non niſi coactè in ſpirationis munere agunt abdominis muſculi, ex qua coacta actione ſuſpirioſus anhelitus fit. inde eſt, quod mulieres parum à partu diſtantes crebram ſpirationem edunt, quia aluus tunc quammaximè degrauata eſt. ſi ergo in prægnantibus aderunt duo hæc, ea nempe grauitas ventris quæ ſuſpirioſum facit anhelitum, & colliquatio ſeu totius corporis, ſeu mammarum, & partium ad vterum ſpectantium, neceſſe eſt, pereat conceptus. pabuli ſeu deficientia, ſeu prauitate. ſolus autem in cauſa erit defectus, dum poſt abortum alia non ſuccedunt mala: dum verò à partu venter indoleſcit, ſignum eſt, laboraſſe mulieris vterum vitioſitate ſuccorum alibilium, quam contraxit ſanguis potiſſimum in venis vteri ſtagnans, vt purulentiam indipiſcatur. ergo quia mala hæc geſtationis tempore accedunt, neceſſe eſt fętus corruptionem ſubeat: nam vitales partus ſunt, ait Hipp. 3. in 2. Epid. quibus nihil intra conſtitutum tempus accidit, accidunt autem labores, ait ipſe, per quoſdam circuitus, quoniam & menſtrualium purgationum circuitus eſt, & per hæc purgamenta labores accedunt, ex quorum obſeruatione abortionis tempora prænoſcuntur, dum id ab internis occaſionibus occurrit. Aſt enarratione digna ſunt hæc eiuſdem Hipp. loc. cit. Labores, inquit, circa quinquageſimum tertium diem, & circa centeſimum ſextum menſtruales ſecundo, & quarto, quæ noſce oportet ad ſeptimetrem. aut à menſium fluxu numerandi ſunt nouem menſes, aut à conceptione, & ad ſeptuaginta, & ducentos dies Græci menſes fiunt, & ſi quid amplius vltra hos eſt, aut maſculis, aut etiam fęmellis hæc fiunt, aut contraria. Facit Hipp. dierum ac menſium enumerationem duplicem, quarum altera ſpectat ad labores fętui occurrentes: altera ad debitum parturitionis tempus. prior, quia ad morboſum attinet ſtatum, per medicam affectionum ſupputationem procedit. nam, vt ſuperiori volumine oſtenſum, quum medica ſupputatio non aſſumat integros dies, duo menſes continent dies quinquaginta tres, & quatuor menſes numerum adimplent dierum ſex vltra centum & hoc ordine dierum procedit ſeries, quantum attinet ad criſes vſque ad centeſimam vigeſimam, vltra quem numerum tam naturalia, quam innaturalia corporibus occurſantia numerantur diſiunctis hebdomadis, & integris menſibus, quia nullum tunc interuenit violentum, quod naturæ progreſſionem ſubuertat. quia ergo per rectam naturæ progreſſionem maſculus ſuam dearticulationem recipit trigeſima die; debitum eius parturitionis tempus in nouies reuoluta trigenaria progreſſione in die nempe ducenteſima & ſeptuageſima cadit. ergo quantum attinet ad labores

occurrentes in fętu, periculoſiſſimi illi ſunt, ait Hipp. qui ſecundo iam completo menſe accidunt, die nempe quinquageſimatertia, quo tempore ſi non contingat abortus, progreditur malum ad diem ſextam vltra centeſimam quatuor explentem menſes, tuncque abortiunt mulieres. aſt ſi labores quarto hoc occurrant menſe ſine aborſione, ſeptimeſtris erit fętus. cętera quæ ad hanc rem faciunt aliàs enarrabuntur. obiter enim hæc, vt videant ſtudioſi, an ab alijs pro dignitate.

VIII.

Torpidę, & præſertim in motibus cum impotentia fractę circa iudicationem vexatę, anxioſę, multum exudant. alui his humectę malum.

524 PRoſequitur narrationem malorum occurrentium ex aborſione, dum purulenta emanant cum ventris dolore. ſuppurationis nãque inditium præbent dolores, qui in pectem incidunt cum magnis pulſationibus tactum haud admittentes: quæ mala cuncta tolluntur ſi menſes erumpant ad pudenda, procedatque purulentus cruor ad ſeptem, octo, aut nouem dies, nullumque exin maneat. in vteris vlcus, quod totum eſt ab Hipp. lib. 1. de morb. mul. proditum. aſt ſi non cumulatim purulentus ſanguis ſic procedat, alia inſurgunt mala, quæ à ſtagnante, & ad alias partes diffuſo pure naſcuntur. torpidæ etenim mulieres præſertim ad motum fiunt, quia ab vteri diſtenſione comprimuntur & muſculi crura mouentes, & vaſa ſanguinem, ac ſpiritum deferentia, vt fieri à renum quoque paſſionibus aliàs dictum. fiunt etiam cum infractione impotentes, quia grauiter cruciantur, & ideo manent in ventrem incuruatæ, perinde ac accidit in coli, ileiuè cruciatibus. quia ergo purulentus humor liberum ab vteris non habet exitum, oportet aliò ſe conuertat, vt criſim faciat. ſed quoniam habet prauitatem indemptam, excipientia loca affligit, anxietudinemque parit, vt exin ſudores erumpant, quos excitat tenuiſſima ſanies ſe per corporis vaſa diffundens, non ad integram morbi ſolutionem, quia ſoli erumpunt ichores, abſceduntque craſſiores ſucci ad aluos mox, vt ſuam deſignent malitiam; ſed non ad lethalitatem, vt in reliquis ſuppuratis. nam Teniada iudicata eſt quarta die ex abortu cum alui liqueſcentia, & linguæ exuſtione. ſudore quoq. conualuit Archeloi vxor, quum horrida eſſet.

Men-

IX.

Menſes non ſupprimi commodum eſt, ex talibus comitiales morbi fiunt, vt arbitror. quibuſdam verò ventris ſubdutiones diuturnæ, quibuſdam hemorrhoides.

525 NAtura fatorum lege innixa, quum fęminas ad fętus geſtationem, ac nutritionem deſtinaſſet, vt ipſi ad hæc munia fabrefecit opportuna inſtrumenta; ſic eis tantam ſanguinis indidit vbertatem, quæ ſatis & ad ipſius mulieris, & ad fętus ſubſtentationem ſit. molliſſima etenim mulieres præditæ carne, deſidemque vitam agentes, ac copioſius ob amplitudinem abdominis & potitantes & eſitantes multum habent cruoris, quem non tam promptè demittunt per cutis ſpiracula iam dictis de cauſis. inde factum, vt poſtquam earum corpora ſuam expleuerint adauctionem, ac pubeſcentia ad conceptionem parantur, reſiduum ſuccorum alibilium aſſumunt venæ vteri iam per vbertatem pateſcentes, illudque ſi genitura concepta eſt, diſtribuunt in illius alimoniam: ſin minus reſeratæ pondus è pudendis excutiunt. remeare enim amplius ille ſanguis non debet, quia ſitum ex mora contraxit, nec etiam pabulum vteris præbere poteſt, quia inſuper copia exundat. habent porrò iſta purgamenta menſtrualem circuitum, quoniam ad vterorum loca ſenſim, ac guttatim cruor procedit, vt ſenſim quoque conceptis genituris nutrimentum præbeat, ne ſuffocentur copia. menſe autem iam tranſacto genituris integra membrorum contingit expreſſio, quia vitales formatores ſpiritus complectum tunc peregerunt circuitum, deincepſque conceptæ fæturæ vberiori ſunt alimento indigæ, vt molem grandiorem aſſumant. hinc factum, vt natura nullo edocta magiſtro ſingulo quoque menſe plus ad vteros cruoris impellit, vterique exin venæ iam diſtentæ reſerantur, menſtruaque ſic purgatio erumpit, vt nimirum ſe exoneret, quod erat in alitionem fętus faceſſurum. hæc pauca obiter, fortaſſis non inutilia, ſi æquo librentur animo. vt ergo ſuam ſeruent mulieres incolumitatem, parataque ad genituræ ſuſceptionem loca habeant, commodum eſt, vt ſuo debito tempore purgamenta iſta decurrant, quoniam & ſteriloſcunt immenſtruatæ, & morbos patiuntur ab vtero: hæc enim ſunt Hipp. lib. de nat. puer. vterum non geſtantibus, inquit, vbi menſes non prodierint propterea dolor oboritur. primùm ſanguis in corpore ſingulis menſibus turbatur ab huiuſmodi neceſſitate, quod menſis à menſe multum differt, & ſecundum caliditatem, & frigiditatem, atq. hoc percipit mulieris corpus: humidius enim eſt, quam virile. vbi autem turba-

tus eſt ſanguis, & venas impleuit, ab ipſo deſcendit, qualis ab initio naturæ fuit. ſed ſi turbatus ac ſecretus foras non procedit à ſanguine diutius immorante vteri concaleſcentes reliquo corpori calorem tranſmittunt, quandoque etiam ſanguinem in venas diſtribuunt, vt & venæ repletæ doleant, & tumores laxos producant. quandoque etiam periculum eſt, ne claudicatio inducatur. aliquando & veſicam obſident, premuntque, & claudunt, & vrinæ ſtillicidium inducunt. aliquando etiam pleni ſanguinis exiſtentes vteri procidunt aut ad coxendices, aut ad lumbos, & dolorem exhibent. aliquando vbi ſanguis quinque, aut ſex menſes in vteris moram traxerit, putrefactus pus fit, & quibuſdam pus per pudendum exit. ſunt etiam quibus circa inguem veluti tuberculum fit, illicque ſuppuratum exit. ſed & alia multa huiuſmodi mala mulieribus fiunt, vbi mẽſtruales purgationes non procedunt, inter quæ numeranda quoque ſunt, quæ nunc ab Hipp. proponuntur. hæ namque ſi non perpetuò, quandoque ſaltem occurrunt conditione ſanguinis peccantis, dum is ad loca inopportuna accedit. nam & ab vtero hyſtericæ conuulſiones fiunt, & à ſuppreſſa menſtruali purgatione epileptico modo ægrę quandoque decedunt, aliique præterea occurrunt paſſiones, vt ex ſuperius dictis conſtat, quibus autem de cauſis menſtruæ purgationes deſiſtant, in propia hac de re tractatione palam fiet. tantis enim, totque fęminæ propijs ſubiacent malis, vt Hipp. opportunum viſum plena hac de re conſcribere volumina. nam, vt 5. Aph. 57. ſcriptum, non minus ab vtero morbi adueniunt, ſi non fiant menſtruales purgationes, quam ſi copioſius, quam par eſt, decurrant.

X.

Pręgnantibus pręcordij dolor, malum, & alui his ſubeuntes, malum, & inſuper rigere his, malum. dolor ventris in talibus minus malum ſi limoſa purgentur. quę ex talibus facilè pariunt, poſt partum vehementer moleſtantur.

256 DIctum iam, quæ mala præcordiorum dolores promittunt tũ in immenſtruatis fęminis, tum in his, quæ ſunt iam fętum enixæ. nam præcordiorum dolores ad aborſionis faciunt diſcrimen, potiſſimum ſi congeſtio adſit ſuccorum liquidam aluum facientium, & inſuper rigorem adferentium. nam inferius dicturus eſt, quod periculoſum eſt ante partum rigere, idque tum cauſæ tum ſigni ratione. à præcordio etenim dolente ichor exit acrimoniam gerens, qui in ſpirituoſum ſan-

ſanguinem inruens rigorem facit, fętumque perdit tum ſua acrimonia, tum rigoris obquaſſationem. vnum ſolùm eſt, quod aborſionis malum auctere poteſt, ſi nimirum ex dolente aluo limoſa profluant, quoniam extemporaneus hic fluor demittit, quod & præcordia moleſtat, & ſanguinem ſpirituoſum inficit, & aluos turbat, & affligit, mulieres ſubinde ſic depurgatæ facilè pariunt, ſed à partu deinceps moleſtantur inſigniter. facilè inquam pariunt, quia noxium ſe depleuit, & ſalubriter quidem, dum abeſt febris. dicturus namque inferius, quod quæ ante partum iuxta modum bilis ſurſum, ac deorſum erumpentis doluerunt facile quidem pariunt, verum ſi febricitant, malignè habent. febricitant autem, dum vexantur rigoribus: ergo poſt partum moleſtabuntur, à purulentis inquam purgationibus non ſine moleſtia. quod enim abundat in corpus noxiorum fętus per ſuctionem allicit in vteros, malè ſubinde hi affecti poſt enixionem, purulenta promunt, quoniam limoſa quoque erant, quæ ex aluo ſe exonerarunt.

XI.

Prægnantibus tabeſcentibus, quibus rubor in facie fit, ſtillationes de naribus fientes, hunc auertunt.

527 Vexari ab acuto morbo prægnantes periculoſum: hoc autem iam tabeſcentibus contingere exitioſum certè, vtpotè viribus deſtitutæ, ac fętum ſubinde ferre nequeuntes vtilibus alimonijs depletæ. atamen, quia tabeſcentes moleſtantur etiam ab exigua noxa partibus ſpiritalibus inuecta, exiguo pariter ſubleuantur auxilio, dum malum non ſtabiliter hæret. aſt floreſcunt in faciem rubores, dum pulmones æſtuant, quod in tabidis promptè contingit, præſertim ſi vlcus in ipſis eſt: ergo in iſtis ſtillationes aduenientes è pulmonibus ardorem tollunt, quoniam in peripneumonicis vtiliter profluunt hæmorrhagiæ: in tabeſcentibus autem, & vterum gerentibus cùm vberes ſanguinis effuſiones ſint damnoſæ & quandoque lethales; ergo ſtillationes vtiles erunt, quia ſureptum in pulmonibus ardorem demunt, nec aborſionis periculum afferunt. ſubtrahit quin etiam fętus occaſionem ne altius malum ſe inſinuet, quia trahit, & exhaurit exundantes ſuccos, leui propterea hoc auxilio à natura comparato timoroſi illi faciei rubores deſiſtunt.

Qui-

XII.

Quibus ex partu prodeunt alba, his vero ſuppreſſis cum febre ſurditas, & dolor acutus ad latus ſit, mente mouentur, & perniciose habent.

528 MEnſtruales purgationes ſtatis erumpentes circuitibus cruentæ ſunt, florentque ſi mulier ſana eſt. aſt ſi mala in corpus recrementa exundent varijs conſpurcatæ ſubſtantijs, & coloribus prodeunt non minus poſt enixionem, quam ſtatis circuitibus. quippe puerpera ſana purgationes emittit cruentas & floridas: morboſa verò pleriſque albas profert gerentes naturam crudoris, albæque pituitæ liquatæ. caput enim ſuam pituitoſorum plenitudinē per venas ad pudenda demittit, non rarò ſalubriter, dum poſt eiectionem integram prauorum veteri reſiccantur, quod non ſemel à partu contigiſſe compertum. cęterum ſi hæc immeritò fluere deſiſtant purgamenta, vtpotè à morboſis cauſis caput potiſſimum affligentibus profecta; non poſſunt non edere ea mala, quæ tum partis primitus affectæ tum humoris offendentis ſunt propia. procedunt autem à capite in vteros pituitoſa partim per ſinus ſe ad lumbos extendentes: partim per iugulares in mammas, mox in pudenda, qui poſtremus frequentior, ac commodior eſt tranſitus, quia anteriores partes, vtpotè calidiores, ampliora vaſa habent: per hos tamen ductus refluere nequeunt delapſi humores, quoniam valuulæ, quæ in iugularibus ſunt, aſcenſum impediunt. ergo quotieſcumque albæ purgationes ſupprimuntur immeritò, tunc liquata pituita, quæ vnà cum ſanguine ad vteros defluebat, colligitur partim in cerebro, partim in illis ductibus per quos deſcendit, & hinc cerebri partes ad aures ſpectantes aggrauatæ ſurditatem exhibent, perinde ac faciunt remoratæ alui purgationes ſuum iam à capite initium trahentes. quæ autem tardantur in ductibus lateri per quam facilè adhærent, partemque illam dolore fatigant, ſeque in mammas colligentes, mentem ſubuertunt. ſcriptum enim 5. Aph. 40. Quibuſcumque mulieribus ad mammas ſanguis colligitur, furorem ſignificat, quod accidit propter vicinitatem diaphragmatis, ex cuius afflictione naſcitur delirium: hæc enim ſunt Hipp. lib. de Virg morb. Quum ſanguis, inquit, ex vtero non habuerit exitum, reſilit ad cor, & ad ſeptum tranſuerſum, quæ loca, quum repleta fuerint, cor fatuum fit; deinde ex fatuitate torpor, poſtea ex torpore delirium aprehendit. ſubdit mox. ex corde, & ſeptro tranſuerſo tardè refluit ſanguis: venæ enim obliquæ ſunt, & locus periculoſus ad delirium, ac inſaniam paratus. mala ita-

la itaque hæc occurrunt ex ſuppreſſis à partu albis purgamentis, quæ ſanè & ſuapte natura, & cum febre pernicioſa ſunt. nam ſi aquoſa inde, & bilioſa alui occurrat deiectio, alioquin vtilis; malum quid præſagiendum, quia originem trahit ab iſtis ſuppreſſis purgamentis malitiam gerentibus.

XIII.

In grauidis ſalſuginoſa ſignificant poſt partum moleſtias ex albis mordacibus. tales purgationes indurant, & vteros plicant, inde ſingultus pernicioſè accedit, & necat.

529 ACris à capite depluens pituita, vt eſt plurimorum malorum effetrix, ſic in grauidis aborſionis diſcrimen promouet, dum aluus ad profuſionem liquidorum prorritat. ſed & eaſdem mulieres in diſcrimen adducit, licet debitum geſtationis tempus adimpleant, quoniam labitur ad vterorum loca, dum per enixionem turbantur cuncta, quæ in corpore ſunt, indeque accidit, vt alba tunc ſe exonerent mordacia non ſine moleſtijs, quia praua ſunt, & vt talia exulcerationes inducunt, duritiaſque ad carcinomatis conditionem. hoc enim eſt indurari, & plicari à mordacibus, quoniam vteri reſiccantur, indureſcunt, & corrugantur, dum in hanc prauam incidunt affectionem. vtitur propterea Hipp. ad hanc plicationem deſignandam vocabulo πτύξις, à quo fortaſſis alterum deſumitur πτυξαγρεις, quod eſt cancri epitheton. à tam ſæua autem affectione pectoris communione ſingultus aduenit, qui pernicioſis editus de cauſis, pernicioſus, & ſingultuoſam febrem parit.

XIV.

Ad pedes, & ad lumbos diſtentiones ex menſium abundantia ſuppurationem inducunt, itemque ea, quę ab aluo viſcoſa graueolentia cum dolore prodeunt. ſtrangulationes quoque ex pręſcriptis ſuppurationes faciunt.

530 NOn minus quam à ſublatis menſtrualibus purgationibus; ab ijſdem profuſius quam par eſt decurrentibus morboſæ ſunt mulieres, vt ſcriptum eſt 5. Aph. 57. dum enim indebitè profluunt, & lumbi dolent, & pedes tument, & alui malè afficiuntur, vt à cæteris hæmorrhagis vltra modum profluentibus euenire compertum. abundant autem menſtruæ iſtæ purgationes, vel quia vnica vice maiori quam conueniat in quantitate effluunt: vel quia per plures quam conſueuerant dies decur-

decurrunt: vel demum quia non ſtatis circuitibus, ſed erroneo modo vnico in circuitu pluries erumpunt. vtcumque lumbalia vaſa laborantia ſeu defectu ſeu exceſſu caloris vbertatem defluentis ſanguinis excipiunt, quā ſi non diſtribuant, ducunt in ſuppuratum. non diſtribuunt autem, dum ſic lumbi, & pedes laborant: nam cauæ per lumbos in pedes ductæ venæ tument ſanguine repletæ, perinde ac accidit à renum paſſionibus. ergo quotieſcumque ex menſium vbertate diſtentiones & ad lumbos, & ad pedes occurrunt, ex ſanguine in lumbis ſtagnante expectanda eſt ſuppuratio, quam etiam promittit frequens horror in ſanis alioquin corporibus. ſed hanc eandem iam factam purulentiam demonſtrant graueolentia, & viſcoſa ab aluo cum dolore erumpentia, quia hæc ſe diſtrahunt à lumbalibus venis, ideoque cum dolore penetrant, quia viſcoſa ſunt, & corrupta. & hæc ſi ſtrangulatum quoque faciant, vt exin vteri arctati nil amplius demittant, tunc omnes aderunt ſuppurationum occaſiones, vt in tractatu de lumborum affectionibus enarratum. non multum enim hæc ab illa diſſidet ſententia.

XV.

Hyſtericę in aluo duritates admodum doloroſę, acutè pernicioſę.

531 MOleſtias ſubeunt mulieres ex albis mordacibus, quia purgamenta hæc indurant vteri corpus ad carcinomatis vſq. naturam. accidit autem malum hoc quandoque ſolùm ad os vteri, vbi etiam frequenter exulcerationes occurrunt ex albis mordacibus: quandoque verò totum vteri corpus, ſeu maior eius pars aprehendit, & tunc malum non ſolùm ad pudenda attinet, ſed etiam doloroſè admodum ſe extendit ad totam aluum, celeriſque tunc adeſt pernicies, quia in conſenſionem à tam ſæua vteri afflictione trahitur vniuerſum corpus, decedunt que plerumq. ægrotantes mulieres ſeptima die, vt Oecęti, & Theodori vxoribus contigiſſe ſcriptum. Porrò, quæ huic paſſioni mala ſe adiungunt, ſunt hæc ab Hipp. 2. de morb. mul. deſcripta. ſi vero, inquit, inflammati fuerint, menſes obtorquentur, & ceruix multis tenuibus venulis ad telarum araneæ ſimilitudinem variegatur, & febris eſt acuta, & mentem percellens, & menſes praui, & pauci ipſi comparent, & quum ieiuna fuerit, vomitus quidam ipſi ſuperuenit: quum verò quid comederit, reuomit. & dolor occupat imum ventrem, & lumbos, & animo linquitur, & per totum corpus perfrigeratur. venter autem nunc durus, nunc mollis eſt, & incenditur, & attolitur, & putat ſe in ventrem habere. quandoque vero ventris moles vacua apparet, & aluus aqua imple-

tur,

tur, & vmbelicus prominet, & oſculum gracile fit, & de repentè apparent menſes ſtridentes pauci, & praui, attenuatur itidem circa clauiculas, & collum, pedes autem tument, præſertim eorum extremitates.

XVI.

Vterum iam geſtantibus fluxiones aphtiferę doloroſę, prauę, hęmorrhois his peſſimum.

532 APhtæ quæ feruida ſunt oris vlcera, ſerpunt & ad alias partes nam hæc ſunt Hipp. 2. de morb. Si ex feruido vlcere, inquit aphta appellato pulmonis fiſtula laborarit, febris debilis tenet, & dolor medium pectus occupat, pruritus corporis adeſt, & vox raucoſa, & ſaliuam liquidam, & tenuem ſpuit, quandoque etiam craſſam, velut ptiſanæ ſuccum. & in ore odor oboritur ipſi grauis, velut à piſcibus crudis & aliàs atque aliàs in ſaliua apparent dura, veluti fungus ab vlcere, & ſupernæ partes attenuantur, atque adeo homo totus, & circuli faciei rubeſcunt, & progreſſu temporis vngues contrahuntur, & aridi, & cum vitore pallidi fiunt. moritur autem ſtatim, ſi non curatus fuerit ſanguinem, & pus ſpuens. poſtea etiam febres vehementes accedentes ipſum perimunt. ſi verò curetur; effugit ex hac tabe. prauæ ergo erunt in grauidis aphtiferæ fluxiones, quia tales ſunt ſuapte natura, & quia in grauidis difficilius curantur. quia enim fętus aſſiduam facit ſuctionem, fluxio hæc promptè ad infimum ventrem deſcendit, & exin ſi nulla alia ingens oboritur inflammatio, ſaltem aut alui humeſcunt, aut hęmorrhoides cruciabiliter incenduntur, quod peſſimum eſſe ex aliàs dictis conſtat.

XVII.

Quibus aluo tumefacta ad pudendum rubor deuenit, menſibus albis humidis de repente progreſſis in longis febribus, moriuntur.

533 DE repente prorumpunt in longis febribus menſtruales purgationes albæ humidæ, ſeu aquoſæ ab vteri labore trahentis in ſe quicquid crudoris non ſine acrimonia in venis exundat. ſic enim de repentè recrementa hæc profluunt, quia ſtimuli adſunt, quem autem vteri ſubeunt laborem, eſt ſumma cruditatum repletio cum inflammatione: ſic enim aluus ex vteri diſtentione tumefacta attolitur, & ad pudenda rubóres ſe exhibent, quia vterorum intima ardent. & quoniam tales inflammationes ſunt acutè pernicioſæ, mortiferæ quoque erunt, ſi longis ſuperaccedant febribus, dum crudores exundant.

XVIII.

Conuulſionis, ſi menſes à principio apparuerint febre non accedente, ſolutio fit. vrinę tenues cum aliquantula nubecula in medio conſiſtente, rigorem ſignificat. ſi à quarta die fluxus ſanguinis fiat, diuturnitatem ſignificat, & aluus erumpit, & crura intumeſcunt.

534 QVanquam imminentia à conuulſionibus mala quamplurima ſint; in fęminis nihilominus promptè conuulſiones ſoluuntur, quoniam plerumque hæ ab vtero natæ, ſolutionem habent, dum purgamenta debito modo decurrunt. atamen illud in iſtis peculiariter contingit, quod neceſſe eſt, vt abſit febris, alioquin in viris vtilitatem adferens, ſiue ſuperaccedat, ſiue ingraueſcat. ratio diſcriminis eſt, quoniam dum febris vrget, per quam raro prodeunt purgamenta, turbatuſque ſanguis ſuam plenitudinem demittit ad membra conuulſa, quæ pondere preſſa, grauius ſubinde affliguntur. ergo expedit, vt mulieres conuulſionibus preſſæ ſint ſine febre, quia ſic promptè purgamenta effluunt, quæ ſi à principio appareant, integram ſolutionem afferunt. aliàs ſi ſua tardent effluuia, in diuturnam ægrèque ſanabilem affectionem mulieres incidunt. nam & liqueſcunt alui, & crura intumeſcunt, quoniam craſſities ſuccorum viget non ſine acredine, dum in conuulſis menſtruæ purgationes iam remoratæ non ſtatim decurrunt. ſignum autem huiuſce abſceſſionis præbet vrinarum tenuitas cum quadam in medio innatante nubecula, quoniam dum menſtrua purgamenta profluere debent, lotium & turbatur, & craſſeſcit. ergo ſi tenuis eſt vrina cum nubecula, inſtat rigor, qui & febrium auſpex, & abſceſſionum in hoc rerum ſtatu prænuncius.

XIX.

Vterum gerentibus capitis dolores ſoporoſi cum grauitate fientes, mali ſunt fortaſſis autem his etiam conuulſionum quid pati contingit.

535 MAli equidem ſunt in vterum gerentibus dolores capitis ſoporoſim cum grauitate, quoniam nedum plenitudinem adeſſe partium ſuperarum arguunt, ſed etiam quoniam cõuulſorium q uid habent ratione ſoporis, qui conuulſi ficus eſt. aſt dubitanter poſitus hic

euentus,

euentus, quoniam ſanguis quandoque ſuppuratum concipit; proditque poſt enixionem purulentus, ni grauiora alia mala ante parturitionem rapiant.

XX.

Quę ante partum in cholerę modum doluerunt, facile quidem pariunt, verum ſi febricitent, malignè habent tum aliàs, tum ſi circa fauces quid vexet, aut aliquod ſignum malignum in febre appareat.

536 QVod grauiter ſub enixionis tempores mulieres affligit, eſt recrementorum cumulus bilioſorum in viſceribus ſtabulans, quoniam tunc exundantia hæc promptè rapitur in venas cauiores, & ex in ea conſurgunt mala, quæ ſi non rapiunt, in magnum ſaltem diſcrimen ægram ducunt. expeditque ergo vt ante enixionem ab hac grauidæ ſe exonerent ſarcina, vt exin & partus facilius prodeant, & ea vitentur mala, quæ imminent ab hoc recrementorum cumulo. erit idcirco commodum ſi ſint choleræ in commodum ante partum vexatæ, vt ſic bilioſa ſupernè & infernè ſe exonerent, & hoc vtiliter his accidit, dum abeſt febris, aliàs ſi febricitauerint, non poſſumus non præſagire cacoethiam, quamquam faciliter exin fuerit abſoluta enixio. quippe quod turbatum in vaſis remanet, inſolita edit ſymptomata partus non ex neceſſitate, ſed conditionem reduntantis humoris in ſequentia. malignitas ergo adeſt, quam manifeſtat irritamentum circa fauces exortum, vt opinionem de mox aſſurgentibus parotidibus præbeat, quæ à plurimis graueolentibus exortæ mortiferæ ſunt.

XXI.

Aquoſa ante partum erumpentia, inutilia.

537 Φλυῶδες vocabulum ſæpè repetitum vile quid, nullius vtilitatis, & nulliuſuè momenti deſignat. ergo quæ φλυηρα ſunt, licet bona, notabile tamen non adferunt incommodum, cuiuſmodi ſunt aquoſa ante partum erumpentia, dummodo prodeunt parum ante enixionis tempus, & ſit purgatio hæc illarum humiditatum, quæ in capacitate vteri colliguntur ex crudore è venis eiecto. & hic prorumpens aquoſus crudor ante parturitionis tempus fallit nonnunquam obſtetrices, & prægnantes, partum inſtare exiſtimantes, quum nihilominus adhuc per plures dies maneat in vteris fętus vlla abſque notabili læſione, licet ſi ſint de-

tentæ

tentæ ad enixionem commodiorem faciunt, quia lubricitatem vteris impertiunt. aſt ſi ἐν αὐτῷ legas vt faciunt aliqui, erunt aquoſa ante partum erumpentia eo nomine mala, quia vteri aliqualem deſignat hiatum non ſine cruditatum exundantia, quæ ſunt occaſiones & abortus, & vt fętus morboſus ſit, non ſine diſcrimine ipſarum mulierum, vt de aquoſis purgationibus ante partum erumpentibus ſuperius dictum.

XXII.

Grauidis fluxio ſalſugineſa in fauces praua.

538 A Salſuginoſis fluxionibus nedum poſt enixionem ex albis mordacibus moleſtantur puerperæ; ſed etiam ſi geſtationis tempore fauces ab iiſdem ſint moleſtatæ, inſignia imminent mala, quoniam promptè in ſpiritalia membra labuntur, eduntque ea incommoda, quæ ſi non mortifera, ſummè ſaltem diſcriminoſa ſunt, præſertim in vterum gerentibus, in quibus acuties quælibet praua.

XXIII.

Crebrò ante partum rigere, & indolenter partu leuari, periculoſum.

539 ESſe in prægnantibus ſuper rigere malum, ſuperius oſtenſum. nam & vigens febris, & recrementa plerumque ſanioſa exundantia quamplurima mala edunt, ac poſt enixionem ſaltem ab his, quæ in venis manent, haud leuiter moleſtantur, licet ipſa per quam facilis fuerit enixio. Porrò indolenter partu leuari contingit, vel quia mens delirat, vel quia corpus totum obtorpeſcit, vel quia fętus ipſe torpet, vel quia laxitas adeſt ſumma oris vuluæ, quæ duæ poſtremæ ſunt ad id occurrentes occaſiones, de quibus nunc quædam. ergo dum oſſa pubis, vel iam ſunt, diducta, vel facilè diducuntur tantam faciunt oris vuluæ laxitatem, vt exin cita, & indoloroſa euadat enixio, eſtque maior harum mulierum labor in panificio, quam in parturitione. torpidus etiam fętus illaborioſam reddit enixionem, quoniam ab ea violentia naſcitur labor, quam exitum quærens calcitrando edit fętus: facit enim calcitratio hæc, vt vterus labem inſignem experiatur, ſubeatque inflammationem, dum magna ac violenta eſt fętus commotio. Porrò occaſiône iſtæ indoloroſam enixionem facientes à rigore quod adueniunt, quoniam rigor crebriter occurrens, dum membra quatit, perinde ac faciunt ſturnutamenta, oſſa diducit, & ipſe rigoribus humor in vênas delatus, ſi opportunas habeat ad id conditiones cotyledones laxat, vterique corpus torpidum

ſic

ſic reddit, vt eam labem non perſentiat, quam aliàs inferret calcitrando fętus. periculo ergo talis carere non poteſt enixio, quoniam deinceps debita purgamenta aut non profluunt, aut nimium quam par eſt cumulatim decurrunt, vtrumque non ſine diſcrimine.

XXIV.

Grauidis fluxiones aphtiferæ, prauę. conuulſę, vel exolutę poſtquam perfrixerint, acutè incaleſcunt.

540 TOt ſunt mala ab Aphtis exorta, vt pluries de ipſis Hipp. quoniam enim ab acri euaporatione præſertim ſurſum elata naſcuntur, multorum malorum occaſionem tribuunt, quoniam infimus venter primariò laborat, & in conſenſionem per elatos vapores venit cerebrum, à quo fluxione deinceps emanant, quæ & ſpiritales, & vniuerſum corpus tormentosè plerumque ſua acredine affligunt. delabuntur autem fluxiones iſtæ in grauidis promptè ad vteri partes, quæ inflammatione preſſę, membra ſeu conuellunt ob ſuccorum acredinem, ſeu exoluunt ob ſpirituum motioni inſeruientium diſſipationem momentaneam, id enim eclyſis nomen, vt aliàs oſtenſum. inde inalgent ægrę, deinceps acutè inardeſcunt ab emicante flamma, vt de Puerpera, & Theodori vxorę iam dictum.

XXV.

Sed difficiles fiunt pragnantibus tumores circa tenue inteſtinum, quales circa eminentias oſculi vteri fiunt ortopneam inducentes. nùm tales tumores gemelorum partum ſignificant? nùm & conuulſiones tales tumores faciunt? qua ſuſpirioſum efferunt ſpiritum in febribus abortiunt.

541 AB eadem aphtifera fluxione tumores circa tenue inteſtinum fiunt, ſiue quia ſunt repleta vaſa vteri craſſo humore vi caloris abeunte in flatus: ſiue quia vteri corpus totum phlegmone laborat vtcumque quia impeditur motus muſculorum abdominis ſpiratio ſic difficilis redditur, vt non niſi erecta ceruice fiat. ſpirationes autem impeditę, & ſuſpirioſæ redditæ aborſionis occaſionem præbent. ergo quotieſcunque occurrent tales circa tenue inteſtinum tumores ortopneam inducentes, difficile quid adeſt non ſine diſcrimine, quoniam quæ ſuſpirioſum efferunt ſpiritum in febribus abortiunt, & ventris elationes præter rationem factæ conuulſificæ ſunt. cæterum ne nos horum tumorum ad

Ii me-

mediam hypogaſtrij regionem ſpectantium fallat præſentio, videndum: num grauidæ geminos partus ferant. nam quum vteri ſinus in duas ſe expandat eminentias, quæ cornua dicuntur, in iſtis creditum geminos contineri fetus, ideoque diſparati tunc in ventre apparent tumores, quia cornua illa vtrinque paruum angulum faciunt, quæ diſtenta viſu diſcriminatim ſe offerunt, & iſtæ mulieres geminos ferentes pondere, ac diſtētione ventris aggrauatæ difficulter ſpirant. quæſitum ergo num tumores, qui in prægnantibus circa tenue inteſtinum apparent, perinde ac vteri ſunt cornua, ſi ortopneam inducant, ſeu geminorum ſignificent geſtationem, ſeu ad futuras conuulſiones, ſi in illa cornua vbi ſeminalia vaſa ſe inſinuant, craſſum quid ſe colligat, quod in flatum à calore habeat, vel partem vteri inflammet. vtcumque tamen à ſuſpirioſo anhelitu in febribus malum aborſionis imminet, vt in ſuperioribus oſtenſum. vide ergo num hæc ſint eteorogenea, omni carentia fundamento, & in his inſudare ſit orcum proluce afferre, vanitatem pro veritate, vt aliqui crediderunt.

XXVI.

Horrorem habentibus, laſſitudine affectis, capite grauatis, menſes erumpunt.

542 Conſtat ex aliàs dictis, quod hæc in mulieribus ſigna ſunt, & multitudinem ſanguinis, & eius ad vteros prolapſum indicantia, potiſſimùm ſi lumbi cum ardore doleant, & corpora ſint à laſſitudinibus afflicta.

XXVII.

Quæ ad manum torpidę ſunt aridę, ſitis expertas, menſes multos emittentes ſuppuratæ fiunt.

543 Suppuratum in venis vteri concipiunt mulieres etiam dum cruoris multum emittunt, ſed craſſum quid in vaſis adhuc manet, commodum, vt ſuppuret. tale autem eſt, quod ſic mulieres torpidas reddit, vt ad manus impoſitionem eorum ſenſus quadantenus exolutus ſtupeſcat. Sic enim aliàs πρὸς χεῖρα ſumus interpretati: & hoc facit ſaniei ad atrabilariam vergentibus naturam per venas corporis diffuſio. qua de cauſa cutis quoque inareſcit. Suppuratæ ergo euadunt mulieres multos menſes emittentes, quando ad tactum torpidæ ſunt, & aridæ, quia adhuc ſubeſt non emiſſi ſanguinis multitudo, quæ & craſſitie hæret,

vnde

vnde torpor, & a rdore in pus vergit vnde ariditas. Additur autem non ſine ratione ſitis carentia, quoniam dum torpent obrutę à ſanguinis multitudine, licet ex ſiccentur extima, viſcera tamen ab exundanti humore madent, & ideo non ſitiunt mulieres quanquam earum vteri phlegmone laborēt, quod annotatū in hiſtoria vxoris Theodori, quę & ipſa ad manū torpida erat cum exilitione. Aſt ſi menſtrua ſic vbertim profluant, vt exin reſiccati vteri inflammentur, tunc ſiticuloſæ quam maxime fiunt mulieres, nec in iſtis vlla eſt expectanda ſuppuratio. ſic ſiticuloſæ erant & Oecæti vxor, & mulier aput Pentimedem, quia laborarunt ex abortu.

XXVIII.

Alba de repente ex abortu decurrentia, ſi aliquantum riguerit, & in femur impetus ſit, in his tremor difficilis eſt.

544 CVm ſanæ ſunt puerperæ, purgamenta exeunt cruenta, ac iuxta gradus receſſionis ab his, mala euadunt. aquoſa enim crudorem deſignant: variegata corruptionem, ac multiplicium recrementorum exundantiam: alba demum mucoris, pituitæque præſentia. iergo in naturale erit ex abortu alba repentè fluere, quia mucoris iſti iam n cotyledones collecti erant, & hi abortionis anſam dederunt. Scriptum amque 5. Aph. 45. quod quæ cum ſint mediocriter corpulentæ, abortum faciunt ſecundo, aut tertio menſe ſine cauſa manifeſta, his cotyledones mucoris ſunt plenæ: fętum idcirco continere nequeunt, ſed decidit is ante tempus vinculis diſruptis. & hic eſt ille mucor, qui vt abortionem facit, ſic indoloroſum partum reddit, dum modo abſit acrimonia: nam ſi talem habuerit acorem, vt repente & cumulatim ex abortu profluit, ſic plurimorum malorum fit author. quippe in vaſa ſe inſinuans ſuperrigentiam à partu facit, inruitque in lumbos, & ad femur non ſine cruciatu, vt ſubinde ad cerebrum vſque decurrat, vt ex aliàs dictis conſtat. in his autem inquit tremor difficilis eſt. nam tremoris exorientis ab aggrauante plenitudine conſectarius eſſe ſolet aut ſudor, aut fluor ſanguinis. horum autem exitum impedit mucoſa ſuccorum hæreſcentium craſſities. difficilis ergo erit tremor, verendumque ne conuulſiones accedant, quæ mortiferæ in puerperis cum febre.

XXIX.

Ora aphtoſa grauidis aluos humectant.

545 QVod ſuperius quæſitum, nunc aſſeueranter poſitum, quoniam re verà ſi mulierum ora multum ſint aphtoſa, neceſſe

eſt, vt alui humectæ fiant, propter illam corruptionem, quam ad acorem in ſtomaco ſubeunt cibaria. elati enim inde vapores ora aphtoſa reddunt, & à cerebro citant defluuia, quæ & ipſa in cauſa ſunt, vt alui humeſcant.

XXX.

Prægnantes præ ægrotantes, ante partum inſuperrigent.

546 QVod particulatim de grauidis ora aphtoſa habentibus, idem vniuerſim in omnibus vtero gerentibus, nempe quod ſi interna aliqua ex occaſione ante enixionis tempus ægrotauerint, ipſo inſtante partu obrigent. etenim editur fœtus, quia calcitrando his vincula abrumpit; dum quærit pabulum: huiuſce autem deficientiæ ratione fit, vt quicquid in vniuerſum corpus exundat, confluit ad vteros, & exin purgationes in puerperijs emanant, vt ab aggrauante multitudine vteri venæ ſe exonerent. aſt quoniam obrigent homines ob inſolitam alieni humoris in ſpirituoſum ſanguinem tranſfuſionem; accidit idcirco, vt malè ſe habentes ante partum, ipſo initante obrigeant, quum promptam habeant rigoris occaſiones tum ratione recrementorum innaturalium, quibus corpus ægrotat: tum ratione iſtius tractionis, quæ ante partum conſpicua fit. & hoc potiſſimum accidit his, quæ humidam aluum habent ex defluxione acrium ſuccorum, cibariorumuè corruptione. paratæ enim ſunt vt rigeant, quia ante partum celeriter reſpirant ob confluxum ſanguinis ad membra ſpiritalia. eſt autem in iudicatorius hic rigor, quia non eſt vtilium excretionum prænuncius, ſed auerſator, quum & menſtrualia purgamenta impediat, & febres promoueat.

XXXI.

Torpefactoriæ exolutiones difficiles quidem ex partibus contingunt, & mentem emouent; non tamen ſunt pernicioſæ, ſed menſium copiam præſignificant.

547 EX lochijs à partu rigoris potiſſimum occaſione ſuppreſſis, nunc enarrata contingunt mala. dum enim venæ copia ac hæreſcentia ſanguinis ſunt interceptæ, motrix facultas torpidè munus ſuum adimplet, indeque torpefactoriæ exolutiones contingunt, quæ licet extemporaneè, dum calore & copia ſanguinis non ſe promptè excernentis obruitur diaphragma & cor, mentem ſubuertant; difficiles quidem ſunt, ſed non pernicioſæ, quum à partu aduenientes cum paracceſſi multitudi-

nem adeſſe arguant menſium exitum non habentium. ergo ſi non phlebotomia, quæ ſuſpecta eſt in torpore, alijs ſaltem auxilijs datum his promptum parare exitum, vt mala hæc deinceps momentò euaneſcant, quod in praui non ſemel contigiſſe conſtat adſtantium cum admiratione.

XXXII.

Quæ in partu os ventriculi dolent, paulo poſt pariunt.

548 Conflictantur, & in maximum diſcrimen ducuntur mulieres enixionis tempore, dum fętus difficulter prodit. occaſiones autem huiuſce difficultatis ab Hipp. lib. de morb. mul. deſcribuntur. ſi vero, inquit, in ventrem habenti tempus partus iam affuerit, & dolor partus tenuerit, & ad multum tempus mulier puerum edere non poterit, omnino obliquus, aut in pedes procedit: vtile eſt autem in caput procedere. & ſi obliquus procedat, difficilis fit affectio. ſicut enim ſi quis in vas olearium anguſtioris nucleum immittat, non procliue eſt ipſum extrahere obliquatum, ſic ſanè etiam mulieri grauis affectio eſt, vbi fętus fuerit obliquatus, difficile eſt enim ipſum exire. graue autem eſt etiam ſi in pedes proceſſerit, & ſæpè aut matres pereunt, aut pueri, aut ambo. eſt autem & hæc magna cauſa, vt non facilè exeat, ſi mortuus, aut ſyderatus, aut duplicatus fuerit. neceſſe itaque eſt, vt fętus ſe in caput obuoluat, ſi facilis, & tuta debet eſſe fętura. hoc autem in motu calcitrando & vterum, & os ſtomaci affligit. hactenus ipſe: ſed hoc poſtremum accidit ob conſenſionem, quæ interuenit inter vterum & diaphragma; cui adiacet ventriculi os, vt ex aliàs dictis conſtat. hac ergo de cauſa, quæ in laboribus ſunt fętationis, ſi cor doleant, mox fętum eijciunt, quoniam paulò poſt eodem lib. ſubdit hæc Hipp. Aſſero porrò, inquit, mulierem, vbi pariet frequentem ſpiritum emittere, & ſi purgatio inceperit, venter plenus eſt, & calore preſſus. maximè vero frequenter reſpirat, vbi partus apropinquat, & tunc maximè lumbos dolet: nam lumbi à fętu colliduntur. dolet autem ſtomacum, ſiue ventriculi oſculum in intermedio tempore aliàs atque aliàs, vtpotè dum venter, maximè verò vterus circumfætum obuoluitur. non eſt itaque ſtabilis hic ſtomaci dolor, ſed aliàs, aliàs impetit ante partum, dum fętus in vtero circumuoluitur, vt exitum quærat, & vincula ſe hac calcitratione diſrumpant.

XXXIII.

Horrores laſſitudines, capitis aggrauationes, colli dolores menſes extrudunt. circa iudicationem tale fiens cum tuſſicula rigorem inſuper inducit.

549 DIctum in ſuperibus de prima huiuſce ſententiæ parte. remanet, vt verè, & appoſitè alteram demonſtremus, ne indiſciplinalibus, vt aliqui voluerunt, maneat. certum vtique eſt, quod priora ſigna vbertatem ſanguinis defluentis à capite oſtendunt: hæc autem vbertas per ceruicis. ac dorſi venas delapſa, mox in lumbos ſe inſinuat, vt tandem per vteri vaſa exeat, ſi non remoretur. certum etiam eſt, quod tuſſiculæ parotidas ſubmouent, quia curſum retardant humorum ſurſum reptantium, detrahunturque per eam concuſſionem à capite, quod pone aures erupturum erat. tuſſiculæ autem iſtæ accedunt, dum ſpiritales partes, & potiſſimum diaphragma prorritantur ab acredine aliqua, quæ dum exundans ſpirituoſum inficit ſanguinem, rigorem vtique parit. videant ergo an ἀκοδαρινδατον ſit, quod mulieres inſuperrigeant, dũ inſtant menſtrua purgamenta ex vbertate ſanguinis defluentis à capite, dum tuſſiculæ accedunt.

XXXIV.

Quibus puellis ortopnea contingit vterum gerentibus, his mammę ſuppurantur. menſes apparere in principio, malum.

550 ET moleſtè gerunt, & tormentosè pariunt primi paræ, potiſſimum ſi puellæ ſint, quoniam, nec tantam habent ſanguinis vbertatem, & earum carnes & oſſa tenerrima facilè affliguntur. cæterum quum in grauidis operis, materiæque neceſſitate contingat, vt tertio, quartoue à conceptione menſe lac in mammis fiat: & illud quoque veriſſimum ſit, quod fluxiones noxiorum promptè ad eam partem fiunt vbi fuit aut adhuc manet affectio aliqua; accidit idcirco iſtis de cauſis, quod puellarum prægnantium mammæ ſuppuratum concipiunt, ſi tunc, & antea ortopnea laborauerint. pectoris namque labor facit, vt collectum in mammis lac grumeſcat, ac ſubinde æſtu inardeſcens in pus abeat, præſertim quia in hac rerum conditione non poſſunt non habere prauitatem aliquam accedentes ſucci. inde eſt, quod menſtrualia purgamenta, quæ vtiliter in primi paris quandoque apparent primis grauiditatis menſibus ad deplendam ſanguinis ad vteros confluentis vbertatem, ne copia con-

ceptus

ceptus obrutus pereat, in iſtis mala euadunt, quia prauam ſecum deferentes facultatem, eam vteris quoque impertiunt, indeque abortus & alia contingunt mala. Harpalidæ tamen ſoror ortopnea vexata conualuit,& peperit fęmellam debito tẽpore ſine mammarum ſuppuratione. Fabis, inquit Hipp. melle ammixto vſa, & eclemate ex melle, & cùm bibiſſet æthiopicum cuminum melius habuit, poſtea tuſſiens excreauit multa cocta, pituitoſa, alba: ſpiratio ceſſauit.

XXXV.

Inſaniam febres acutę turbulentę cum cardiogmo non bilioſo ſoluunt.

551 QVoniam in mammis collectus ſanguis furorem ſignificat; inde eſt, quod puellæ prægnantes difficilem ſpirationem habentes, dum ſuppuratum in ipſis mammis concipiunt, facilè in furorem incidunt ob vicinitatem cordis, & diaphragmatis: maniacis autem auxilium affert ecſtaſis, vt aliàs dictum. ergo in grauidis noxioſum quid in mammis collectum habentibus, inſanientibus ſubinde, auxilium afferunt acutæ, & turbulentæ febres diſtrahentes quod in venis diaphragmatis pertinaciter hæret: eſt enim tarachis tranſitus ſignum. cęterum quoniam febres in grauidis & ad difficilem enixionem, & ad abortum faciunt expectanda igitur fętura, cuius inditium præbet ſtomaci labor non bilioſus. nam, vt ſuperius dictum, in difficili parturitione ſtomaci dolor accedens, enixionem paulo poſt futuram promittit. ſit autem cardiogmus non bilioſus oportet, vt eius cauſa ſolùm vteri ſit complicatio, quam calcitrando parit fętum exitum quærens: nam aliàs bilioſa cholera ſolùm ad facilem parturitionem facit.

XXXVI.

In ſterilibus ſanguinis vomitus ad concipiendum prodeſt.

552 PRæcipua ſterilitatis occaſio eſt mẽſtrualium purgationum ſuppreſſio, quam facit vitioſitas ſeu vteri ſeu ſanguinis, qua de re plenius ſuo loco; nunc quod ad noſtram enarrationem facit, eſt, quod à ſuppreſſis menſtrualibus purgationibus cruentus accedit vomitus, qui deſiſtit, ſi menſtrua eruperint, vt ſcriptum eſt 5. Aph. 32. quippe ſanguis erupturus per vteri venas, dum ſuam eiectionem tardat, & lumbales, & mammarias venas, ac ſubinde pulmonum vaſa diſtendens, cruentam hanc vomitionem facit, quæ deſiſtit, ſi ſe dehiſcant vterorum venæ mul-

titudinem ſanguinis vtiliter exonerantes. prodeſt autẽ in ſterilibus cruenta vomitio hæc, quia non rarò accidit, vt ſe fuerit è ſupernis partibus vbertas ſanguinis dempta, deinceps natura ſuum munus peragit, reſeratque ductus vterorum, vt eos ad conceptionem diſponat. accedit, quòd dum pectora premuntur, anhelatio fit, quæ, vt fętum perdit, ſic conceptionem impedit: tollitur autem pondus hoc ſanguinis degrauans commodiſſimè hac vomitione, ergo ad conceptionem prodeſt, ſi deinceps menſtrua ſuum ſeruent ordinem. ſunt enim hæc Hipp. 2. Prorrhet. Si febris, inquit corripiat concipere non potentem, & attenuata ſit muliercula, interrogare oportet, an vteri vlcus aliquod habeant, aut aliud quippiam ex malis, de quibus ſcripſi. ſi enim in hoc loco nihil mali ſubeſſe apparuerit, quod cauſa ſit attenuationis, & quod concipere non poſſit ſanguinem vomituram eſſe mulierem expectandum eſt, menſes autem tali neceſſariò euanuerunt. ſi verò febris ſoluta fuerit à ſanguinis eruptione, & menſes comparuerint, in vtero concipiet.

XXXVII.

Caligines menſibus multis comparentibus ſoluuntur.

553 SI menſtruæ purgationes nõ eant, hæmorrhagia ſuperaccedens vtilitatẽ affert, ait Hip. 5. Aph. 33. hæmorrhagię autẽ ſeu adfuturæ, ſeu denegatę anteſignana, ſeu pediſſequa eſt tenebricoſa vertigo, quę viſionẽ caliginoſã reddit. ergo ſi caliginoſa vertigo apparuerit, ad ſui ſolutionem requirit, vt collecta in anteriores capitis partes multitudo cruoris ſe exoneret aut hæmorrhagia, aut menſtrualibus purgamentis denuò profluentibus. oportet autem profluant hæc purgamenta ad ſoluendam caliginem, quoniam nedum vicinæ vteri, ſed & diſtantes partes ſe deplere debent, quod facere equidem nequit niſi inſignis copia eiecta, ergo menſibus multis comparentibus ſoluuntur caligines, quia ſic omnis deponitur plenitudo.

XXXVIII.

Quibus mulieribus ex febribus dolor mammarum fit, ſputatio cruenta non fęculenta omnem laborem exoluit.

554 QVum ſæpè contingat, vt tuſſes diuturnæ ceſſent, vbi teſtes intumuerunt, & viciſſim à tuſſi teſtium ſe deprimat tumiditas, id profectò nos commonefacit, ait Hipp. 1. in 2. Epid. communionis pectorum, mammarum, genitalium, & vocis. inde eſt, quòd à

ſup-

ſuppreſſis menſtrualibus purgationibus mammæ intumeſcunt, quæ ſi in phlegmonem abeant, inſaniam pariunt communione pectorum. quoties autem ad hanc ſeuam collectionem mammæ tendunt, æſtuosè cum febre indoleſcunt, quia ſanguis inardenſcens ille eſt, qui hanc facit collectionem. vt ergo propter hanc conſenſionem venarum ſpiritales partes mentem ad inſaniam turbant; ſic accidit, vt hæc deſiſtant mala, ſi ſanguis priuſquam in corruptellam abeat, ſe exerit per vicinos pulmonum ductus. cruenta idcirco ſputio omnem laborem exoluit, quia vicem gerit hæmorrhagię immenſtruatis mulieribus opem ferentis. ſit autem ſputio hæc oportet non fęculenta, vt omnis abſit corruptio, quæ ſi adfuerit non commodè, nec vtiliter, nec integrè per has ſputiones ſe promit. expedit propterea, vt protinus appareant ſputiones. iſtæ priuſquam mammæ ſuppuratum concipiant, vt ſic integrè & dolor, & eius tollantur occaſiones.

XXXIX.

Quę hyſtericis fiunt ſine febre conuulſiones facile ſunt, velut Dorcadi.

555 EX dictis in ſuperioribus conſtat, cur in hyſtericis ſoluta faciles ſint conuulſiones, quæ ſine febre occurrunt. vt enim miris modis quandoque ſe exagitant mulieres, dum ab vtero premuntur; ſic ad integritatem facilè redeunt, dum abſunt cauſæ firmam ſtabilitatem inducentes. adſunt autem, dum malum aut ſæpè ingruit, aut febrem excitat, quæ ab vterinis exorta paſſionibus malitiam gerit, quia noxium penitius per vaſa diſtribuit, & exitum menſtrualium purgationum impedit; & quod ſæpè ingruit, firmam, ſtabilemque habet radicem, ex qua malum ſæpè germinat, vt aliàs oſtenſum. ergo ſolutu faciles erunt illæ conuulſiones, quæ in præfocatis mulieribus accedunt ſine febre, quia earum cauſa momentanea, & ſolutu facilis eſt.

XL.

Quibus à rigore febris eſt laborioſa, menſes promouentur. ceruix his doloroſa hæmorrhagiam inducit.

556 QVoniam in mulieribus rigores à lumbis incepti diſcurrunt mox ad caput; inde eſt, quod ſi à rigore laſſitudinoſa febris adueniat, quum in vaſis lumbalibus plenitudo maneat; ſperandum, vt muliebria erumpant, ea nempe quæ ſeu inſtabant ſuis erumpi temporibus, ſeu iam ſuppreſſa erant, ſeu alijs ex occaſionibus copia exundant.

aſt

aſt ſi à rigore ſola ceruix grauetur, tunc plenitudo tota circa ſinuum fontem ſe colligit, ideoque ſperandum, ut exin hemorrhagia prorumpat, quæ bona & ipſa eſt, dum muliebria deficiunt: ſunt etenim 1. in 6. Epid. hæc. Quibuſcunque, inquit, ex corruptione circa uterum, & tumoribus in capitis grauitatem uertitur, & ſecundum ſinciput dolores, & quicumque alij ab uteris, his in octo, aut decem menſibus in coxam finitur. quotieſcumque nempe hæmorrhagia non profluxerit, quæ partem repletam exoneret, ac deinceps faciat, ut muliebria decurrant: aliàs tandem fluxio in coxas deſcendit: conſenſus enim & genitalium & capitis & coxæ inde apparet, quod à fluxione ex capite coxa indoleſcit, & abuſtione uenarum quæ ponè aures ſunt, genitalia ſterileſcunt.

SECTIO TRIGESIMA.

De Vomitu, & Sudore.

I.

Vomitus minime moleſtus eſt ex pituita & bile permixtus. verùm ne valdè multus vomatur, & meraciores vomitus deteriores ſunt.

557 VENTRICVLVS ſuum ritè munus defungens nunquam ſupernè ſe exonerat, quoniam eius opus eſt cibaria in vtilem cremorem ducere, quem mox abiectis inutilibus venæ ſugunt in membrorum nutritionem, & adauctionem: quod autem inutile eſt partim per veſicam, partim per inferam aluum ſe deplet; quapropter nihil ventriculus ſuapte natura è ſupernis partibus promit, ſed ſiue eructet, ſiue euomat innaturaliter ſe habet. vitium autem quod moleſtiam ei infert, vel ad eius attinet corpus, vel ad ea quæ accedunt. quod eius corpus infeſtat, eſt ſeu congreſſio quam adiacentes faciunt partes præſertim mucronata cartilago, quæ dum innaturaliter ipſi incumbit facit, vt aſſumpta cibaria retinere nequeat, vt abunde ab eruditiſſimo ſeptalio tam benè de medica republ. merito aureo huic rei dicato libello extat enarratum: ſeu amiſſio eius tenoris, dum aut laxatur ſupernum eius os, aut adaugeſcit eius calor: nam quoties laxatur ſupernum eius os incocta manent cibaria, & exin ventriculi ſupinationes accedunt, quæ vt ructus promouent, ſic ad vomitionem ſtomacum parant,

quod

quod potiſſimum ebrioſis, ac ſæpè data opera euomentibus contingit: æſtuoſus quin etiam ſuperni oris ardor vomitionum occaſionem tribuit, quia inde pituitoſa, ac bilioſa trahuntur, quæ ſi acredinem aliqualem habeant promptè vomitum excitant. amareſcit ſubinde picrocolis, os, dum ventriculus exinanitus æſtuat: quod ipſum conſenſione quoque, ſeu diaphragmatis, ſeu iocinoris, ſeu lienis, aut cerebri contingit: ſi namque hæ ſimileſuè partes æſtuauerint ſputatores prius homines euadunt, mox euomunt bilioſa pituitoſa, ſeu atra, vt aliàs abundè enarratum. Vitium ab accedentibus naſcitur ab ea quæ tum ingeruntur, tum intrinſecus illuc accedunt. quæ ingeruntur, ſi ſint nutritioni inepta; plerumq; vomitum creant, ſiue quia recrementa è corpore attrahunt, vt faciunt valida vomitoria calorem in ſtomaco inducentia: ſiue quia ſubuertunt cibaria, quæ in ſtomaco ſunt, vt faciunt leuia vomitoria poſt epulas aſſumpta: ſiue quia eadem cibaria ingeſta ſuapte, ventriculiuè malitia in corruptionem abeunt, ac ſubinde ſtomacum turbant, vt grauidis, maliciamque patientibus nonnunquam contingit. Quæ ab intimis in ſtomacum veniunt, alia ductuum, materiæuè neceſſitate, alia ſuopte impetu illuc accedunt, neceſſitate namque ductuum fit, vt quoties pertinaciter in fera aluus fuerit ſuppreſſa, ventriculus ſupernam exonerationem faciat, vt in voluulis ad mollium vſque fęcum excretionem, quod Entychidi contigiſſe proditum, obſeruatumque legimus de Sorore Hymene cui aluus primùm ſuppreſſa erat, & tunc, inquit Hipp. vomebat, deinceps non amplius, quia aluus multa viſcoſa & bilioſa egerebat. Conditione etiam materiæ accidit ex neceſſitate vomitus, dum ſupremi ventres recrementa in ſe ſuo alliciunt calore: nam quod tenue eſt efferrunt; craſſius euomunt, vt in ardentibus vſu venire conſtat propter hanc materiæ neceſſitatem. Demum ſuopte orgaſmo illuc appellunt ſucci, quia ſeu copia exundant, ſeu qualitate noxia peccant, vt in choleris, ſimilibuſue contingit affectionibus. quacumque autem vomitus contingat ratione & ſalutaris, & noxius eſt, vt cætera quæ in progreſſu enarrabuntur ſe habuerint. cęterum ab ipſa motus quaſſatione vtilitas ſeu damnum pendet: etenim vomitus minori cum moleſtia factus vtilitatem plerumque affert; vt non poteſt non eſſe damnoſus, qui ſummo cum nixu editur. quippe minus moleſtus eſt ille vomitus, qui neque quantitate, neq; qualitate infeſtat; iſtud enim in omnibus comparatum excretionibus, vt quæ ad æqualitatem iam ſunt adacta, minus moleſta ſint; quare commodiſſimus ille vomitus erit, qui bilem profert & pituitam adamuſim permixtas. nam bilis ſuo amarore pituitam detergit, & ipſa pituita vincit, & coercet bilis effrenem naturam, & hac de cauſa in bilioſis tum naturis,

tum

tum paſſionibus aceti laudatur vſus, quia fluam bilem ſurſum effert, eamque pituitoſiorem reddit per ammixtionem, quæ ad commodam vomitionem nunc expetitur, harumque abſcente naturarum miſcella vomitiones non bonæ euadunt. quæ enim meraca ſunt vel ſua acrimonia vellicant, vel ſuapte craſſitie hærent, ideoque aut inopportunè ſe exerunt, aut indebitè hærent. non ſunt tamen prorſus lethales perinde, vt quæ deinceps enarrabuntur, quoniam emendationem facilè ſubeunt, quam plerumque edit noua vomitio arte procurata: vomitus namque ſolutio, ait Hipp. 5. in 2. Epid. per aquam è potam calidam, vt nouiis inde fiat vomitus, quod annotatum etiam in vxore Temenis. & quandoque, inquit, facilius hæc ſpirabat, quia ſupra malum vomitum vomuerat. eſtque nobile illud Hipp. monitum 5. Epid. ſuper purgare, inquit, ventres oportet in morbis, quum concocti fuerint, alios quidem deorſum cum concidiſſe videris: ſignum ſi neque anxij, aut capite grauati fuerint, & cum febres mitiſſimæ, aut eum ceſſarint poſt paroxiſmos. alios autem ſurſum in paroxiſmis. tunc enim ſua ſponte ſubleuantur, quum anxij, & capite grauati fuerint, & ſe iactarint, licet ergo bilis tunc ſua infeſtet virtute, vtiliter tamen vomitu ſe deplet, quia morbus ad ſalutem tendit per coctionem ſuccorum alibilium, quapropter licet vomitiones meraciores deteriores ſint his, quæ commixtæ apparent; ſuo tamen non carent fructu ſi tempore, & modo accedant. tempus eſt ad criſim præfinitum pro morbi circuitu. nam Hermophili filio vomitus atræ bilis vndecima die arte comparatus ſolutionem attulit grauiſſimorum ſymptomatum. modus eſt, vt debitam quantitatem ſeruet, ne paucitate morbo, multitudine viribus ſit impar. de paucitate mox, de multitudine extat exemplum in Hegetoridæ filio, cui vomitus plures propè obitum.

II.

Praſinus autem vomitus, & niger, & liuidus, prauus. Si vero omnes calores idem vomuerit, perniciosum. celerimam autem mortem ſignificat liuidus; & malè olens: eſt etiam lethalis ruber, præcipuè ſi ægrè vomatur.

558 SVcci omnes noſtra corpora replentes ſuum genuinum habent colorem, quem naturaliter ſe habentes ſeruant; recedentes autem à debita conſtitutione varios exhibent colores, vt modi, graduſuè receſſionis ſunt diuerſi. nam, vt debile loquamur, quæ omnium frequentius vt offendit, ſic Protæi inſtar varias aſſumit effigies. hæc inquam flaua ſuapte natura dum ſincera eſt, per aduſtionem æruginoſum contrahit

colo-

colorem, rubeſcit etiam, ac tandem ad rigorem tranſit per gradus exuſtionum. Sin autem ſeu aqueo ſucco, ſeu pituita ſe ammiſcet, diuerſimode ſe habet. nam ſi hæc ei ſe ammiſcentia ſuum naturalem ſeruant tenorem, palleſcit, vertitque ſuum colorem in ſubflauum, ac citrinum: aſt diuerſimodè ſe habet, dum appoſita & ipſa ſunt conditionibus innaturalibus prædita. quippe pituita iam corrupta, omnique deſtituta calore, licet, liueſcereque & ipſam bilem facit non ſine craſſitie. aſt ſi ipſa pituita non ſit ad omnimodam corruptionem peruenta, tunc porraceus inſurgit color, qui fit ex admixtione flaui & albi iam ad liuorem per corruptionem ſendentis, & hac ratione bilis craſſa porracea & liuida euadit per hos corruptionis gradus, dum in ſui comercium pituitam aſſumit. Sin autem tenuis eſt, nunquam liuet, quia à ſola pituita naſcitur hic color; Sed nigricat benè ammixtione aquei humoris nigricanti, vt craſſa nigrorem contrahit per ſolam aduſtionem obſeruare idcirco licet, quod nigricantia ſputa, aut inæqualiter ſuperficie tenuiſue nigrore ſunt tincta, dum atra exuſta ei ſe adiungit: aut ſunt multa aquoſitate diluta, quæ quũ ſuapte natura nigredinem contrahat, pituitæ quoque nigrorem impertit. etenim aquoſus ſuccus, qui dum ſuam ſeruat naturam, aqueam reuera conſiſtentiam habet, ſuum ſeruans colorem in naturalibus ex occaſionibus viſcoſſimus euadit, ſed vlterius in corruptionem procedens porraceus fit, rubens, aut niger, vt obſeruare in aquis ſtagnantibus licet. ergo dum porracea, rubeſcentia, ſeu nigra ſe proferunt liquida, & aquea ab hoc vtique ſucco emanant: quæ autem æruginoſa, rubeſcentia, ſeu nigra ſunt corpulentiora à bile flaua in innaturalem ſtatum per ardorem abeunte proueniunt: quæ verò craſſa porracea, ſeu liuida, naſcuntur ex commixtione bilis, & pituitæ corruptellam ſubeuntis, nec excretum aliquod liuidum apparet, quod non à pituita emanet. Quibus ſic ſtantibus enarremus nunc dicta Hipp. Praſinus ergo, vireſcens, ſeu porraceus vomitus ſiue craſſioris, ſiue tenuioris ſit humoris non poteſt non prauitatem ſignare, dum internis ab occaſionibus tales conditiones aſciſcit, quoniam tunc viget corrumpens ardor, qui dum aut in melancholicum, aut pituitoſum, & biliosum mixti ſuccum agit, porraceum colorem profert; idcirco vomitus is, & conuulſionis, & mortis eſt prænuncius, potiſſimum ſi ſit humorum tenuium. de ea etenim muliere, quæ vigeſimum ætatis agens annum pharmacum corruptorium biberat hæc ſcripta ſunt. vomitus bilioſorum, inquit, multum, pallidorum, & porraceorum. cum bibiſſet conuulſio tenebat, linguam mandebat, quum ad quartam veniſſet, & ipſa lingua magna erat, nigra, oculorum autem alba rubra, inſomnis. quarta die mortua eſt ad noctem. non ſemel atamen in praxi compertũ

factas

factas fuiſſe pingues, & viridantes vomitiones, quæ licet diſcriminibus plenæ, ſanitatem attulerunt, quia cætera in bonum conſenſiebant, ac poſt prauas has vomitiones ſe exonerarunt, quæ opportuna, ac vtilia erant, & hoc eſt quod ab Hipp. de vxore Temenis dictum, quod hæc facilius ſpirabat, quia ſupra prauum vomitum vomuerat: vomuerat inquam quę ſalutem promittunt, quod veritatem habet, dum prauæ vomitiones ad extremam non ſunt peruentæ lethalitatem, ſolamque exundantis humoris conditionem, non autem ſtabilem vim effetricis cauſæ inſequuntur. Sic enim fit, vt nigra quoque ad vtilem criſim mox ad futuram ſe exonerent, dum niger redundat humor cum virium conſtantia, quia illa excretio eſt potius naturæ opus noxium ſe cernentis, quam humoris ſuo orgaſmo impetentis; & ideo vomitiones iſtæ vtiliter prodeunt tranſacto iam acutorum termino. nam Epicratis vxor quum vigeſima nigra vomuiſſet, conualuit octuageſima. aſt qui à cęna incaluit, prima die vomuit pauca, birioſa, nigra, vndecima deceſſit. ratio iſtius euentus eſt, quia humores in acutis ad talem adacti labem, vim inſequuntur cauſæ efficientis, quæ nequit non eſſe ſummè violenta, dum protinus ſic ſuccorum naturam immutat. at dum iam eſt acuties depoſita, prompta ad id ſuccorum accedit diſpoſitio, quam poteſt emendare natura ſecernens noxium, quod præſtare nequit, dum viget acuties: obijt idcirco mulier in mendacium foro degens decimaquarta, quum per tres anteactos dies nigra vomuiſſet. hinc catholicum illud 4. Aph. 22. pernicioſum eſſe in morbis quibuſuis incipientibus, ſi atra ſurſum, aut deorſum exeat. Idipſum de liuidis dicendum vomitibus; qui tamen pernicioſiores ſunt, qui morticinium extremum ſeu ſuccorum, ſeu partium ſolidarum deſignant. poſtremum quidem hoc ad certum interitū ocyus ad futurum, ſi liuida vomitio etiam graueolens ſit, vt iſtud ſolidarum partium morticinium notet: nam ſi quod exit ſubputre, & graueolens ſit abſque liuiditate, quanquam malitiam deſignet, celerrimum tamen non promittit interitum, quoniam id etiam à corruptis accidit in ſtomaco cibarijs, non quidem ſine noxa, ſed non cum omnimoda pernicie. conſtat inſuper ex dictis quam pernicioſum ſit omnes colores vomere, præſertim ſi mutuò propè ſe conſequantur, vt in Prorrhet. ſcriptum eſt. nam tunc offendens cauſa diuerſimode agit, propter varietatem ſuccorum quos immutat, quod & ad perniciem, & ad ſanationis difficultatem facit. Reſtat vt de rubra vomitione aliquid dicamus. eſt autem rubra vomitio talis aut à ſanguine, aut à bile in ruborem exuſta, aut ab aqua in hunc colorem corrupta. vomitiones quæ à ſanguine rubent, quanquam diſcriminibus plenæ, quandoque vtilitatem afferunt, vt de ſterilibus dictum. at ſi exiguum quid prodeat cruo-

ris

ris violentis ex occaſionibus, pernicioſum vtique, at non prorſus lethale: vt conſtat ex hiſtoria illius mulieris, quæ quum ſana & craſſa eſſet accepto catapotio concipiendi gratia dolorem habebat ventris, & tormen- in inteſtino cum intumeſcentia ſpiritus enim, inquit, huic ſiſtebatur, & perplexitas cum dolore, & ſanguinem vomuit non multum, & exanimata eſt quinquies, vt mortua eſſe videretur, & neque vomitu facta ab aqua frigida laxabatur, neque dolor preſens, neque ſpiratio. Superfuſæ autem illi ſuper corpus eſt aquæ frigidæ amphoræ circiter triginta, & ſanè videbatur hoc ſolum prodeſſe, & poſtea deorſum exit bilis copioſa. quum autem dolor eam teneret, nihil poterat ſecedere, & vixit. Sanguineus ergo hic vomitus à voluuloſa manauit afflictione ſoluta mox copioſa- deiectione bilis. Aſt ruber vomitus conditione ſuccorum ſuam immutantium naturam vtique pernicioſus eſt, & ſummè lethalis, quia & à cauſa editur recedente quam maximè à naturali ſtatu, & grauiſſima ſuapte natura ſymptomata parit, deceſſitque Eutychides voluuloſus ex choleris euomens per tres dies & noctes bilem prærubram non ſine impotentia, & anxietudine.

III.

Qui anxioſi citra vomitum exacerbantur, moleſtè habent. item qui lancinantur ſine vomitu.

559 INtellectus horum verborum pendet à vocabulorum ſignificatione. ἀσώδεις enim ſunt qui inquietantur ab æſtuoſa viſcerum aggrauatione, quod tritæophijs febribus ad earum deſignandam malitiã. ſæpè contingere aliàs oſtenſum, dum nempe inde ſalutares non ſe promunt eiectiones, quæ poſt moleſtam anxietudinem vomitu plerumque fiunt. malè ergo ſe habent anxioſi, qui citra vomitum exacerbantur, quia intus manet quod premit, & aggrauat, quamuis ſe exagitet, vt malum exacerbet. malignæ enim ſunt tritæophiæ febres cum anxietudine: & in acutis motus, iactatio, & ſomnus turbulentus quibuſdam conuulſionem ſignificat. σπαραγμώδεες ſunt, qui cũ lancinatione, conuulſioneuè aliqua inquietantur, & hoc facit oris ventriculi labor quidam, quem infert acris humor exigua in quantitate illuc delatus. Si enim copia exundaret, ſubuerteret ad vomitionem ventriculum. quia ergo & in intimis viſceribus manet pondus, & quid à os ventriculi ſe propagat, ideoque prorritatio hæc ſine vomitu mala eſt.

IV.

Exigui vomitus bilioſi ſunt, tum aliàs, tum ſi vigilauerint.

560 IN Prorrhet. hæc leguntur. Exigui vomitus bilioſi, mali tum aliàs, tum ſi vigilauerint. mutilatam idcirco hanc eſſe ſententiam exiſtimarunt nonnulli. ſed cum venia tantorum virorum vtraque lectio ſuam veritatem habet: nam ſi ſint bilioſi vomitus præſertim in vigilantibus exigui, eam gerunt malitiam quam exhibent ſtillationes effluentes vice hæmorrhagiæ. in vigilantibus enim calidi plerumq. exundant humores ſupremas partes affligentes, qui ni confertim ſe exonerent, malum non deſiſtit. malæ ergo ſunt vomitiones bilioſæ exiguæ, quoniam craſſius ſe vomitione prompturum, aut hæret ſuapte craſſitie, aut ſurſum effertur ob indemptam tenuitatem. Quod autem exigui vomitus tum aliàs, tum in vigilantibus à bile proueniant ipſa ſuadet ratio. nam pituita niſi copia exundet, vomitum excitare nequit: ergo vomitus omnis qui fit à pituita cum vbertate erumpit, ſi ipſa ſolitaria ſit. accidit namque vt exiguum quid pituitoſum vomitu prodeat, ratione non quidem pituitæ, ſed bilis accedentis exigua in quantitate, cuius virtute ſtimulatum ventriculi os pituitoſum hæreſcens à bile diſtractum promit. ſic puella Egeſipolis prope obitum euomuit exiguum, tardius, pituitoſum, vt putaret, inquit, quiſpiam eſſe genituram, quia nempe aluus ei ardebat, & circa corroſum vmbelicum dolorem habebat. quare non ſola erat pituita vomitum ciens, ſed tenuiſſimi quoq. inardeſcentes aderant ſucci, qui ſua acrimonia pituitoſum diſtraxerant. Aquoſi quoque ſucci, dum os ventriculi ſubuertunt, aut copia exundant, aut à bile acrimoniam nanciſcuntur, vt exiguam ſui quantitatem promant. omnis ergo exiguus vomitus ſuam à bile occaſionem agnoſcit, licet quod ſe exerit alienum ſit à bilis natura. & hoc potiſſimum veritatem habet in his, qui infeſtantur vigilijs. nam tunc tenuiſſima & acris ſurſum irrepens bilis, dum quadantenus os ventriculi affligit vomitionem excitat impellens in motu, quicquid illuc hæret ſiue paucum, ſiue multum ſit. & hoc magnum eſt in medica diſciplina arcanum, ſi ei firmum adhibeamus animum.

V.

In nigris vomitibus ſurditas non nocet.

561 QVoniam multa in ſuperioribus fuere enarrata damna in acutis, magniſque affectionibus à ſurditate occurrentia, (nam hæc & aluum ſiſtit, & furioſum quid habet, & in cephalalgia cum vigilijs & æruginoſis vomitibus citò inſaniam excitat) ne tamen exiſtimemus iſtud perpetuam veritatem habere, addit nunc Hipp. quod in nigris vomitibus ipſa ſurditas non nocet. ac ſi dicat, non eſt vt in nigris vomitibus ea à ſurditate expectemus mala, quæ alias à ſurditate accedunt. nam in nigris vomitibus non nocet hæc ſurditas: ratio eſt, quoniam niger ſuccus, qui ſe in ventriculum deponit, quum ſuapte natura ponderoſus ſit, & omni timiamate deſtitutus, nequit ſe efferri in ſuperas, & propterea ab hac vomitione, ea non inſurgunt mala, quæ imminent ab eruginoſo, qui craſſiorem noxij partem profert, tenuiorem efferri ſua leuitate ſinit. ergo ſurditas, quæ in vomitibus nigris occurrit, non à propagatione editur nigrorum in ſuperas; ſed à cauſis iam in cerebro ſtabulantibus, quę ab ea concuſſione agitata ſurditatem creant, quum in omni vomitu partes ad aures ſpectantes laborent propter maxillæ adnexionem. hac ergo ratione non nocet ipſa ſurditas in nigris vomitibus, quia nihil addit his, quæ à nigris vomitionibus promittuntur, vtpotè alijs ex occaſionibus facta. non iuuat tamen, quoniam nec nigrorum vomitionem ſiſtit, nec alias vtiles adſuturas criſes denunciat, quoniam hæc ſunt à tali præpedita vomitione.

VI.

Pauci fientes, celeres, bilioſi, meraci vomitus mali ſunt in alui ſubductione vberiore, & pertinaci lumborum dolore.

562 SIſtit vomitus ventrem magis quam oportet egerentem, ſi copioſus eſt, & ſuccorum miteſcentiam gerit, ne quid in aluo maneat deinceps prorritans. ergo pauci fientes vomitus in ventris vberi ſubductione, eam minime vtilitatem afferunt, quam aluus inde remorata præſtat, quum haud pares ſint humoribus ex aluo profluentibus; nec miteſcentiam gerunt, dum bilioſi & meraci ſunt. quin mordacitatem afferentes vomitionem celerem faciunt, ſed paucum quid promentem, quia manet adhuc in aluo quod eam liquat, exeuntque meraca à lumbis dolentibus ob aſſiduam horum ſuccretionem. mali ergo ſunt

pauci fientes celeres. biliosi meraci vomitus in alui ſubductione, & pertinaci lumborum dolore, quia firmam lumbalium partium adeſſe afflictionem deſignant, quæ tollitur, vel ſaltem miteſcit ab vberi vomitione ſpumoſorum veratro procurata, vt in ſuperioribus enarratum.

VII.

Ex vomitibus anxietudines, clangores, oculi concretionem lanuginoſam habentes, furioſum. acutè inſania correpti aphoni moriuntur.

563 A Praua bilioſorum exuſtorum vomitione naſcuntur ſymptomata hæc, dum craſſius nempe euomitur, tenuius ad cerebrum vſque ſe propagat. nam anxietudines à vomitu relictæ deſignant adhuc premi viſcera ſarcina noxiorum, & prauum eſſe, quod in ſuperas tendit. nam clangoſa vox editur ab hypochondrijs retractione, reſiccationeque ſpiritalium partium diaphragmatis potiſſimum, & exin oculi inareſcentes concretionem albicantem lanuginis inſtar proferunt, quæ cuncta inſtantis ſunt furoris certa præſagia, vt ex aliàs dictis conſtat. ad hanc autem maniacam delirationem ſi ægri acutè ex ardenti febre ſeu ex phrenitide deueniant, aphoni moriuntur. atra namque maniæ effetrix penitius ob ardorem febrilem in ſpiritalibus membris ſe inſinuans tandē & craſſitie hærens, & æſtu ferbens vaſa omnino intercipit vocalia, obmuteſcenteſque homines ad interitum reddit.

VIII.

In vomitu ſi quis ſiticuloſus ſit, & ſitis expers fiat, malum eſt anxioſis vigilantibus. abſceſſus iuxta aurem maxime fiunt anxioſis. aluo turbata ſuppreſſa breui veluti culicum punctura erumpunt, & ad oculos lacrymoſus abſceſſus deuenit.

564 QVæ vomuntur ſunt vt plurimum aut dulcia ſeu inſipida: aut ſalſuginoſa ſeu amara. quæ dulcia ſeu inſipida ſunt nec ſiticuloſam vomitionem faciunt, nec ſitim ex neceſſitate poſt vomitionem inducunt, niſi ventriculus vndique exinanitus ſicceſcat. quæ autem ſalſa ſeu amara ſunt, ſuapte conditione ſiticuloſum vomitum excitant, & inexplicabilem poſt ſe bibendi cupiditatem relinquunt. aſt ſi poſt horum vomitionem in ſiticuloſi homines euadant, accidit hoc, quia deinceps ad ventriculum pituitoſa, & inſipida accedunt, quæ ſitim occaſionem

tol-

tollunt, ſed hoc immeritò in iſtis vomitionibus contingit, præſertim dum ægri anxioſè vigilant. viget enim adhuc ſitiſera cauſa, bilioſus nempe humor author vigiliarum, & anxietudinum. vtcumque malè ſe habent hi ægrotantes, quoniam ſi ab accedente crudore ſitis naſcatur carentia, tunc expectandi ſunt abſceſſus ponè aures in vigilantibus anxioſis. quippe excipientis prompta adeſt partis diſpoſitio ratione vigiliarum: præſto eſt materia ratione crudoris, ſe ammiſcentis his, quæ in cerebrum euaporant; nec deeſt effetrix cauſa, anxietudo nempe parotidum in bilioſis auſpex, vt aliàs enarratum. Aſt ſi ſitis hæc carentia poſt ſiticuloſam vomitionem contingat in aluo turbata, quæ deinde moretur, cædéque occurrant anxietudines, & vigiliæ; tunc vice parotidum efflореſcent in cutim aſperitudines culicum morſibus haud abſimiles, quia tenue eſt, ſed mordax, quod ſe expandit per corporis vniuerſitatem, perinde ac accidit ex ſuppreſſione ſputorum ſalſedinem præſeferentium. tenuis quoque ſuccus euaporans ab aluo ſuppreſſa abſceſſum facit lacrymoſum ad oculos, quoniam & viſcera inardeſcentia ſuam perquam facilè malitiam oculis impertiunt, vt alias oſtenſum.

IX.

In meris vomitibus ſingultus malus: mala etiam conuulſio. ſimiliter etiam in nimijs purgationibus ex pharmacis.

565 Meracus humor eſt, qui nec ſero diluitur, nec alijs ſe ammiſcet humoribus: vtiles autem vomitiones ſunt, qui bilem & pituitam adamuſim permixtas habent. ergo moleſtæ erunt euiuſcumque humoris vomitiones meracæ. nam ſincera pituita exiens & ſua craſſitie hæret, & ſua frigiditate tum ventriculi os, tum adiacentes partes offendit. itidem aqueus humor, & acore ſtipat, & ſua frigiditate motum ſpirituum tardat. bilis demum flaua impermixta & referat indebite ductus, & reſiccat, & inflammat, dum vſtionem ſubit. non poſſunt igitur citra moleſtiam euomi hos ſuccos, quia & ſtomacum, & ſpiritalia membra, & cerebrum, & ſpinalem medullam, lumbaleſque partes offendunt, naſcunturque exin tum conuulſionum, tum ſingultus mala, ſi vera ſunt, quæ aliàs de iſtis affectionibus fuere enarrata. malus autem eſt ſingultus, & mala conuulſio in meris vomitibus, non tamen ad ſalutis deſperationem, quum ſymptomata hæc naturam vigentis humoris inſequantur, & non ſint affectionis ſtabiliter hæreſcentis germina, inde eſt, quod ſi ad æqualitatem adactus fuerit humor, mala ſingultus, & conuulſionum deſiſtunt, quod non tam promptè accidit, dum ſtabilis eſt affectio. &

quod dictum de vomitibus meris ſua ſponte erumpentibus, idem dicendum de nimijs purgationibus à pharmacis, dum id deleteria veratri non faciat facultas, quoniam hinc ſingultire, & conuelli exitioſum eſt, vt deinceps apparebit.

X.

Qui vomituri ſunt, antea ptyaliſmo patiuntur.

566 CErtum inſtantium vomitionum eſt ſignum hoc. quippe aduomendum interuenit irritamentum, ſupernunque os ventriculi caleſcens prius liquatas humiditates promit, deinde maioribus concitatum ſtimulis contentum euomit, dum tum eius os, tum accedentes ſucci ſunt ad hanc eiectionem parati. nam quandoque accidit, vt nullus à ſaliuatione vomitus ſequatur, quia vel os ventriculi durum obſtat, vel noxij humores pertinaciter hærent, inde phrenitici ſputatores quoque euadunt, qui deinceps nigra quandoque euomunt. ergo qui vomituri ſunt, ſaliuant antea, ſed non omnes ſaliuantes deinceps ac protinus euomunt.

XI.

A veratro conuulſio pernicioſa. in omni purgatione redundante frigiditas cum ſudore pernicioſa eſt, & qui inſuper vomunt ſiticuloſi in his malum, anxioſis, lumbos dolentes aluo humectantur. purgationes valde rubicundorum, nigrorum à veratro praua, & in talibus exolutio mala. à veratro vomere rubicunda, ſpumoſa, pauca prodeſt: facit autem duritias, & ſuppurationes magnas abducit, ſunt autem qui talia vomunt aliàs, & pectus doloroſi, & in rigoribus exſudantes, & teſtes intumeſcunt; quod ſi contingerit inſuperrigent, & gracileſcunt.

567 OMnia hæc vnitim enarranda ſumpſimus, quoniam ſunt germina eorum, quæ à validis naſcuntur purgationibus virulentiam aliqualem præſeferentibus, vt ſubinde praua liquamenta defluāt, de quibus hæc ſunt Hipp. 4. Acut. Quum dolores, inquit accesserint atrę bilis, & acrium fluxionum affluxus fiunt. dolent autem partes internæ, dum mordentur: conuerſæ verò, & valde ſiccatæ ferentes venæ intenduntur, & inflammatæ affluentia attrahunt, vnde corrupto ſanguine, & ſpiritibus non potentibus naturales in ipſo vias permeare, perfrigerationes fiunt ex ſtatione, & vertigines, & vocis interceptiones, & capitis grauitas,

grauitas, & conuulſiones ſi iam ad cor, aut hepar, aut ad venam deuenerint. ſic ergo ab acrium depluitione conuelluntur ægri, quod externis de cauſis pari accidit ratione, potiſſimum à pharmacis acredinem habentibus modo ac tempore non debito adminiſtratis. cęterum dum pharmacum hypercatharſim facit, accedatque exin frigiditas cum ſudore, pernicies adeſt, quoniam exoluuntur virtutes, dum viſcera ſeu grauantur pondere, ſeu æſtu ardent. ergo ſi deinceps ab hac purgatione inſuper vomant ſiticuloſi ægrotantes, malè vtique ſe habent, quoniam ſitis ſignū eſt integræ iam factæ purgationis: aſt talis non eſt, dum inſuper euomunt ægri. ergo quid adhuc turbatur, quod vomitionem diſcriminoſam poſt vberem deiectionem promouet. quod ſi anxioſi adhuc lumboſque dolentes ſunt, aluus denuò humeſcet, quia anxietudo, & lumborum fractio huiuſce humeſcentiæ ſunt ſigna, quod vtique pernicioſum erit in perfrigeratione ſudoroſa ex vberi purgatione prognata. ſic ergo res ſe habet de hypercatharſi à pharmacorum acrium violenta tractione turbata. ſed in conſiderationem deinceps veniunt exeuntium conditiones, malaque à veratro ex aluo prodeuntia ſtatuuntur, quæ valdè rubra, aut nigra ſunt. quæ enim ſincera, & exuſta ſunt, non poſſunt non diſcriminoſa eſſe tum ſigno tum cauſa. quippe in omni eiectione conducit, vt commixta ſint recrementa, quoniam minor tunc fit in corporibus turbatio. hinc eſt, quod à talibus meracis purgationibus plerunq. exolutiones occurrunt, quæ & ipſe talibus ex occaſionibus editæ non poſſunt non eſſe malæ. illud tamen ſingulare eſt in vomitu à veratro excitato, quod ſi rubicunda, & ſpumoſa, ſed pauca ſe exonerant; proſunt, quia magnas ſuppurationes auertunt, dum promunt, quod in intimis hærens paratum erat, vt ſuppuratum conciperet. & hoc eſt, quod 2. Acut. monuit Hipp. dandum eſſe in pleuritide veratrum, quia ad iudicationem prodeſt. hoc eſt abducit ſuppurationes, quæ aliàs euenire poſſunt, dum ſucci in parte quadantenus inflammata hærent. facit tamen vomitio hæc σκληρύσματα duritias nempe, quæ in ſputu, & aluo remorata apparent propter reſiccationem, quam inducit horum vomitio. ſubdit deinceps qui nam ſint illi; qui opem experiuntur ab hac vomitione, & ait, quod talia vomentes ſunt illi, qui aliàs & pectus dolent, quales ſunt ſpuriam pleuritidem patientes; & in rigoribus exſudant, quia occultam in viſceribus ſuppurationem habent. ſic enim in ſuperioribus dictum, quod frequenter exſudantes, ac inſuper rigentes pernicioſè ſe habent, quoniā in finē ſuppuratū habere comperiuntur, ventreſq. turbatos. quin etiā vomitus is opē illis fert, qui teſtes tumidos habent, hi enim poſtquā hæ vomuerint, inſuper rigēt, gracileſcūtq. tandē facta palyndrome ſuccorū tumeſcentiā edentiū,

XII.

Frequentes per eadem recidiua vomitoria circa indicationem nigrorum vomitum faciunt, ſunt etiam tremorifica.

568 Abundè in ſuperioribus, vbi poſita hæc ſententia occaſione criſeos imperfectarum in eundem morbum relabentium; hic quia de vomitu ſermonem inſtituerat.

XIII.

De ſudore.

Sudor optimus quidem eſt, qui febrem in die indicatoria ſoluit. commodus item, qui & alleuiat. frigidum vero, & circa caput ſolum, ac collum fiens, vilis nam & temporis diuturnitatem, & periculum ſignificat. at frigidus in febre quidem acuta lethalis: in mitiore verò diuturnitatem, ſignificat.

569 De ſudore pauca num Hipp. & nos abundè in primo huius operis libro. conſiderandum nunc eius euentus, qualitas eiuſdem, & modus quo erumpit. de euentu ait, quod ſudor optimus eſt, qui febrem in die iudicatoria ſoluit: commodus etiam, qui febrem alleuiat. quaſi dicat, quacumque ſit conditione præditus ſudor, dum in die iudicatoria morbi circuitui conſonans febrem ſoluit, optimus eſt. compertum etenim febriles quandoque ſolui inſultus ſudore preſeferente aliqualem inalgeſcentiam, tetrumque odorem. Sic etiam & exigui ſudores febres tollunt, ſi aliæ prius vtiles factæ ſint excretiones, vt deinceps venulæ exiguo ſe expient ſudore, dummodo is iudicatoria die erumpens febrem omnino tollat. Pari quoque ratione commodus eſt, qui febrem alleuiat, quia eſt opus naturæ in bonum tendentis, dum excludit noxiũ. Sic ergo ab euentu de ſudore decernimus, nec ratione caret hic euentus, quoniam per ſtatos procedit circuitus à natura ſeu vitrice prorſus, ſeu ad victoriam tendente. illud porrò in frigidis ac circa caput & collum fientibus peculiariter contingit, quod hi πλαιρος vides ſæpe, & nullius vtilitatis ſunt: nam ſucci febrire facientes per corporis vniuerſitatem ſe diſpergunt, propterea vniuerſo ex corpore, aut plurimis eius ſaltem ex partibus erumpere ſudores debent ad vtilitatem. Si itaque circa caput ſolum & ceruicem ſe oſtendunt, poſſunt quidem opportunitatem ſeruantes aliquod afferre illi parti leuamen, nequeunt autem vniuerſalem morbum

bum tollere, quia caput in morbis ſuam malitiam toto corpori impertit, non autem ſuam bonitatem; quippe non rarò ægri perniciosè ſe habent, & incolumen habent caput; aſt dum caput laborat languent & cætera membra, quod accidit a diſtributa corporis œconomia, de qua in ſuperiori volumine. inutiles ergo ſunt in febribus iſti ſudores, quia diuturnitatem in mitiori febre deſignant, dum caput degrauatum multitudinem craſſorum diſtribuit in ſubditas venas, ex quorum præſentia tarditas, ac diuturnitas naſcitur affectionum. in acuta autem febre pericula denunciant, quoniam in acutis ſupremæ partes ſic opprimi prauum.

XIV.

Sudor vnà cum febre fiens in acuto morbo, nullius vtilitatis.

370 SVdoris eruptio triplici contingit ratione. vna eſt, dum laxa cutis ſpiracula ſua deſtituta calore tenuiſſimum ſuccum membra irrorantem effluere ſinunt, quod ipſum eadem de cauſa frigiditas facit per expreſſionem, & in acutis mortiferum eſt hoc, in exolutionibus periculoſum. alia ſudoris ratio eſt, dum liquantur ſucci in ſolidis contenti, qui ſi in tenuiſſimum abeant liquorem, ſintque a calore venarum adaperta oſcula protinus liquamenta hæc ſudore exeunt, quod corporibus quidem ſanis. tum ab aere æſtuante, tum ab exercitamentis: valetudinarijs vero ad morboſum ſtatum adhuc non adactis a nimia ſuccorum plenitudine: morbidis autem iam a maraſmodico accidit ardore liquante. laxatur enim in iſtis prius cutis, deinde circumtenditur, & dureſcit. Poſtrema ratio eſt, dum ichores collecti ſeu a liquato ſucco, ſeu ab aſſumptis effluunt è cutis ſpiraculis diductis ab ipſo impellente ardore, quæ ratio partim ſalutaris, dum opus interuenit naturæ ſecernentis prius, mox inutile expellentis: partim damnoſa eſt, dum natura affluentium obruta copia regimen cedit. prima ergo ratio perpetuò aut ſummè periculoſa, aut mortifera: ſecunda ſuapte natura inutilis, ex euentu damnoſa ſeu ſalutaris: nam in acutis ſudor vnà cum febre emanans, quanquam non ſit naturę ſecernentis, ſed morbifici humoris liquantis opus, accidit nihilominus, vt licet morbum non tollat, dum tempus crudoris viget; occaſionem ſaltem demit, ne liquatus humor in intimis ſe colligens morbum adaugeat, & propterea malus eſt tanquam ſignum hic ſudor, ſed aliàs non prorſus inutilis, dum morbi cauſam exhaurit; nullius ergo conſiderationis, quoniam ſigni malitia aliquali cauſæ vtilitate compenſatur. loquitur autem de ſudore calido erumpente ſeu è toto corpore, ſeu particulatim ex aliquibus membris: nam de frigidis iam dictũ quod in acutis lethales.

SECTIO TRIGESIMA PRIMA.

De Vrinis.

I.

Vrina in febre albam habens, & leuem hypoſtaſim conſtantem celerem demiſſionem ſignificat. celerem etiam quę ex indiſcreta pinguendinem quandam habens exaqueſcit.

571 DVm ad alitionem ſucci parantur recrementa duorum generum ſecernuntur: quorum alterum tenuem & aqueam fluxibilitatem habens per venas diſcurrit, vt ſit pro vehiculo ſuccorum, ſe ad alitionem diſtribuentium. quod munus poſtquam adimpleuit, deinceps in vrinariam veſicam ſe deponit, vt & alter facit aqueus humor per arterias diſtributus: nam & is poſtquam ſpiritibus refrigerium & ſtabilitatem donauit, in veſicam vrinariam tandem ſe dimittit. alterum recrementorum genus, quia craſſius eſt, in amplioribus cauitatibus manet, ſeu ad has impellitur, vt mox per inferam aluum ſe exoneret, quia nullã in intimis vtilitatem præſtat. & hæc ſunt illa duo recrementorum genera, quæ quotidie excreta medicum opus dirigunt, quoniam certa ab ea ſumuntur ſigna corporum ſtatum adamuſim indicantia, quantum ſcilicet ſpectat ad ſuccorũ redundantiam, coctionemuè eorundẽ, ſeu cruditatem. principatũ tamen inter hæc lotiũ obtinet, quia venarum coctionũ eſt index, profluitq; ex alto, & a toto corpore. ergo de hoc excretionum a natura conſuetis ordinibus inſtitutarũ genere prius, mox de illis deiectionibus, quæ ex aluo profluunt. Lotium itaq; vniuerſim de toto corpore ſigna præbet quantum ad alitionem ſpectat, quæ vt bona ſeu mala eſt, ſic de hominum ſalute aut ſperandum, aut timendum: aſt alitio in bonum tendit per coctionem, in malum per cruditatem, ergo ſigna, quæ ſe exerunt in lotio coctionem ſeu cruditatem oſtendunt. & hoc veritatem habet, dum res conſuetis ordinibus procedunt: nam accidit quandoque vt lotium ſit ſuapte natura prauum, ad vtilitatem nihilominus facit, dum opus eſt naturæ ſecernentis, ac expellentis noxium, & tunc lotium hoc vt ſignum prauitatem gerit, ſed vt cauſa ſalutare eſt, quia exonerat moleſtiarum cauſas. Sed hac de re alias, & inferius data occaſione: nunc ad propoſitum accedentes lotij deſignemus conditiones coctionem ipſã delineantes. Cùm igitur coctionis munus ſit ad eam redigere æqualitatem

tem ſuccos quæ in craſſitiæ, & candore conſonet alendis partibus; ſitq; aqueus humor huiuſce alimenti vehiculum; (dictum enim ab Hipp. lib. de Alim. quod aqua vehiculum eſt alimenti) conſentaneum, vt huic aquoſo humori non nihil ſuccorum coctionem habentium ſe adiungat, quod commixtum manet, vt ei craſſitie donet, ſed ſubſidet, dum ab ichore euaneſcit aſſumptus calor, & hac ratione hypoſtaſes in vrinis fiunt, quæ ſi reſidua fuerint ſuccorum alibilium integram ſubeuntium coctionem, ſigna præbent huiuſce operis naturæ integrè agentis circa eam coctionem, quæ in ſolidis membris ad corpulentam perficitur conſiſtentiam: nam de ea coctione ſpirituoſam redimente ſubſtantiam ſignum præbet enæorema, vt inferius oſtendetur. igitur vrina quæ in febre albam habet, & leuem ſubſidentiam conſtantem, celerem demiſſionem ſignificat; quippe integra tunc facta eſſe ſuccorum ſolidis membris accidentium coctio, indeque natura vegetior reddita ſecernit noxium, illudque tandem ablegat. ſed ſit conſtans oportet hypoſtaſis hæc, ne deinceps crudor ſe exhibeat propter diuerſam ſuccorum vigentium conditionem. id enim non ad celerem demiſſionem, ſed plerumque ad diuturnitatem facit, vt inferius enarrabitur. cæterum quia alias ſtatutum nedum à ſuccis alendis partibus deſtinatis, prauitatem tamen aliqualem gerentibus; ſed & ab iiſdem iam appoſitis per liquationem abſcedentibus, ac denuò in venas remeantibus fieri febres; vt priores ſucci integram coctionem nanciſcuntur, dum facta noxiorum expulſione, iam dicta coctionis ſigna in vrinis apparent; ſic poſteriores alieni quadantenus à vera alione redditi, non amplius eam aſſumunt habitudinem, quæ ſit nutritioni apta, ideoque ſecreti ſeponuntur, perinde vt inutilia recrementa, & vt altius in corruptionem abierunt, ſic ſuam in eiectis prauitatem oſtendunt. dictum autem eſt, quod primus hinc malitiei gradus exurgens eſt, dum tenerrima caro liqueſcit, quæ vt promptè fluit, ſic promptè redimitur optimo ſanguine. quia ergo liquamentum hoc tenue eſt, album, & pingue lotium craſſum reddit, & aliquando turbatum. Sed quia natura ſegregans, ac expellens illud lotio adiungit, ſubſidet in vrina depoſitum, quæ propterea ex craſſa ſeu turbida exaqueſcit; clara nempe fit, nec corrumpitur, quia ſuccum quem aſſumpſerat, totum deponit ſegregatum, profertque hypoſtaſim albam, pinguem, & indiſcretam. nam alba & pinguis eſt, quia portio eſt carnis tenerrimæ liquatæ: ſed indiſcreta eſt, quia liquatus hic ſuccus ad alienam adactus eſt naturam. hac ergo de cauſa vrinæ iſtæ celerem demiſſionem promittunt, quia deſignant liquamentum factum fuiſſe ſolùm in tenerrimam carnem, liquatumque proferunt, vt quam celerrimè omnis deſiſtat moleſtia, quia facile vt dictum eſt, reponitur, quod iam perierat.

At

Digitized by Google

II.

At ſubrubra, & ſubſidentiam ſubrubram habens & leuem, ſi quidem ante ſeptimam prodeat, ſeptima die liberat. poſt ſeptimam verò tardius, ac omnino poſt tempus aliquod, diuturnius.

572 PEccant alimentoſi ſucci ſolitariè: peccant acceſſu recrementorum ſeu aliunde venientium, ſeu ab immutata ſuccorum alibilium ſubſtantia emanantium. Solitariè peccant, dum leuiter alterantur, quam alterationem promptè per coctione demittunt, exhibentque in vrinis ſigna iam enarrata. Aſt dum labes altius in iſtis radices egit, tunc non ſolitariè peccant, ſed inſuper ea accedunt mala quæ ab alienis recrementis ſeu aliundè venientibus, ſeu ab ipſis aſſumptis emanant. nam & recrementoſa tum vtraque bilis, tum pituita ſi innaturaliter ſanguini ſe immiſceant, eius quadantenus immutant ſubſtantiam iuxta eos quos gerunt prauitatis gradus. dum etiam alibiles ſucci tam partium ſubſtantiam componentes, quam deinceps compoſituri ſuas integrantes partes per corruptionem expromunt, impertiunt alijs nutrientibus ſuccis ſuam quam gerunt noxioſitatem. cæterum diligenter attendendum, quod aliud eſt liquari & inardeſcere, aliud ſecerni. nam vt ſolidæ partes quid ſuorum ſeponant neceſſe eſt difluant liquatæ, quod ipſum ſanguineis corpulentijs proportionata contingit ratione. aſt calore inardeſcunt, & difluunt tum alibiles ſucci tum ſolidiores carnes vnitim, quia corruptorium vllum interuenit, quod partium vnitatem diſpergat, & ideo non ad omnem liquatione.n, æſtuationemque quarundam partium ſequitur expreſſio, quod in omni ſegregatione, liquatione, aut corruptione facta neceſſariò contingit. ergo dum alibiles ſucci ſolo moleſtantur æſtu, veniunt hi ad coctionem, dum lotium promit hypoſtaſim albam & leuem conſiſtentem. Solidæ quoque partes liquatione leui moleſtatæ ad ſuam redeunt integritatem, ſi indiſcretam in lotio mox exaqueſcente pinguedinem exhibent. aſt ſi maiorem ſucci labem indempti ſuas partes integrãtes ſegregatas exhibeant, dum ſola promitur benigna cruoris ſubſtantia, dijudicantes vrinæ erunt ſubrubræ hypoſtaſim leuem, ac ſubrubram habentes. leuis enim hæc hypoſtaſis eſt tum conditione cruoris tenuiſſimè peccantis, tum quia reliqui alibiles ſucci coctionem nanciſcuntur, vt deperditum ac ſecretum redintegrent. tale autem lotium ante ſeptimam ſe exhibens, ipſa die ſeptima ſolutionem moleſtiarum ad futuram promittit, quia ſuccorum integer factus alibilium circuitus vndique reſtaurat, quod

liqua-

liquatum, ac ſepoſitum fuit; exigua quippe eſt offendens cauſa, quæ naturæ in primo circuitu victoriam cedit, & hoc ardentibus ocyus ad ſalutem properantibus contingit. Aſt ſi poſt ſeptimam tale ſe proferat lotium, morbus vtique diuturnior erit, quoniam quò tardius offendens cauſa ſuam vim exerit, ſuam quoque tardat ſolutionem. exemplum habes in vxorem Epicratis, quæ cum vigeſimaprima lotium minxiſſet craſſum, & ſubrubrum, non niſi octuageſima integrè conualuit.

III.

Quin etiam ſi vrina nubeculam quarta die ſubrubram aſſumpſerit, ſeptima liberat, ſi cetera conuenienter ſint conſtituta.

573 SVmuntur ab hypoſtaſi ſigna coctionum ſolidis in partibus fientium: à nubecula verò habemus coctionem, quæ ſpirituoſam redimit ſubſtantiam. nam in ſolidis membris ſuccus per coctionem craſſeſcit, quia glutem euadit. in partibus autem ſpirituoſis per eandem coctionem tenuiſſimam, aeroſamque ſumit naturam, quia ad id ſolum puriſſimus facit ſanguis verſus in halitus. aſt quia febris paſſio eſt ſpirituum, quam alienus inuehit humor, is ſuæ prauitatis ſignum dat prius per nubeculam, quæ deinceps in prauam faceſſit hypoſtaſim, dum ſolidæ partes labem recipiunt. cæterum ſi quod alienum ſpiritibus accedit ſuam protinus deponit malitiam, huiuſce mutationis habemus vtique ſigna ab ipſa nubecula, quæ ſi quarta die ſubrubra apparet, ſeptima ſolutionem promittit. quippe offendens cauſa tenuem corpulentiam habet ſuam firmiter non inurens malitiam ſolidis in partibus, ſumiturque à tenuiſſima cruoris ſubſtantia, quæ dum ſuæ mutationis ad bonitatem quarta die præbet, conſonum, vt facta integra circuitione malum vndique deſiſtat. ergo ſolutio expectanda erit ſeptima die, ſi cætera ſint conuenienter conſtituta, vt nulla nempe ſubſit doloſitas, de qua inferius.

IIII.

Ceterum tenuis & bilioſa, ac ne vix quidem exiguam habens hypoſtaſin, tum quę in melius, modo in peius mutatur, diuturna. hec autem diutius conſequens aut temporis diuturnitate circa indicationem fiente, non ſine periculo eſt aquoſa verò & alba perpetuò in diuturnis morbis difficulter indicat, & tuta non eſt.

574 HActenus enarrata ſunt ea, quæ ſtatum ſuccorum alibilium deſignant. proſequitur deinceps ea, quæ acceſſum in ſanguinem

nem recrementorum demonſtrant ſiue hi è ſuis fontibus emanent, ſiue ſumantur à ſemotione partium ſuccos alibiles componentium. Sunt autem recrementa hæc & ſubſtantia, & colore diuerſa; varietatem ſubinde inducunt in lotij ſubſtantia, & colore. quæ enim tenuia ſunt recrementa tenue lotium reddunt, nullumque in ipſo aderit contentum, dum natura ab omni feriatur coctione, vt & craſſum lotium eſt, dum vndique craſſa ſunt recrementa ammixta, & hæc ſiue craſſa ſiue tenuia ſuum lotio colorem impertiunt impermutabilem, dum abeſt omnis coctio, quæ ſola alienum ſeponit. recrementum porrò quod tenuitatem lotio impertit ipſa eſt ſincera bilis, quæ ſolo ſe manifeſtat colore, quia coctionem omnem ſubuertit, & tardat. dictum propterea ab Hipp. 2. Prognoſt. quod vrina tenuis, & ruffa crudum eſſe morbum ſignificat, diuturnitatemque portendit, ſi diù talis maneat, quam præſagiunt quoque vrinæ vicissim in melius, ac in deterius ſe mutantes. non enim tunc moleſtia ſtabilis eſt, ideoque natura ſuum aliquando ritè coctionis munus peragit, mox obruitur recrementorum appulſu, quod & ſanationem integram difficilem reddit, ac ſubinde diuturnitatem creat. ergo tenuis & bilioſa vrina nec vix exiguam habens hypoſtaſim ſe ad melius vicissim, ac deterius mutans, diuturna eſt, quia talis à bilioſis ac tenuibus recrementis vicissim accedentibus euadit. hæc enim ſunt Hipp. 1. Epid. de tertia illa morboſa conſtitutione. vrinæ quidem plurimis, inquit, boni coloris, verum tenues, & ſubſidentias modicas habentes ex recrementis tenuibus ac bilioſis. quum igitur talis ſit huiuſce lotij effectrix cauſa, ſi ſic diù maneat, appareatque poſt diutinam ægrotationem ſub criſim, periculum ingens affert. nam quo diutius morbus incoctus manet, eò firmius ægri in diſcrimine ſunt, quia perit, aut ſaltem imminuitur nutritionis opus, luxuriantque ſubinde recrementa, in Cleonatide enim vrinæ quæ poſt quadrageſimam variæ fuerunt, integram iudicationem diſtulerunt in octuageſimam habentes iam hypoſtaſim rubram, ac leuem, quæ ſubrubra, & multa fuit in lotio ſubrubro quadrageſima. Cæterum licet ſuapte conditione lotium aqueam redoleat naturam; ex neceſſitate tamen contingit, vt ſubſtantiam, & colorem mutet, dum ei ſe adiungunt, aut reſidua ſuccorum alibilium, aut varia recrementa. ergo in ſuam aqueam manet ſubſtantiam, vel quia perijt alimentorum integra coctio; vel quia reſidua alimentorum ſeu recrementorum ei non ſe ammiſcent, quia aliò feruntur. Perit coctio vitiò ſeu alimentorum, ſeu facultatis. quum enim vrina, vt ſcriptum eſt 5. in 6. Epid. concolor fiat cibis, potionibus, ac ſuccis intus ſe colliquantibus, ſi inconctionem hi gerant, lotium quoque erit incoctum, ſiue iſtud accidat vitio ſuccorum coctionem vllam ſubire

nequeun-

nequeuntium, ſiue facultatis à ſuo deficientis munere. de raptu reduuiorum lotio ſe immiſceri debeuntium inferius data occaſione; nunc proſequamur ea, quæ ſpectant ad vrinam incoctam vitio ſuccorum, aut facultatis. aquoſa ergo & alba in diuturnis difficulter iudicat, & ſecura non eſt, quoniam criſis opus eſt naturæ agentis in alibiles ſuccos, vt vires ſubinde reſtauret, noxiumque ſeponat. Si ergo ab hoc deficit munere, vix, & ne vix quidem dijudicare valet, in magniſque diſcriminibus eſt præſertim in acutis, quoniam natura ab acutie laceſſita non habet vnde auxilium quærat. in diuturnis autem hoc accidit ſuccorum potius, quam facultatis vitio, ideoque licet ſtatus hic diſcriminoſus, iudiciumque auertat, ſeu tardet; emendationem tamen recipit nonnunquam à virtute adhuc conſtante. factum propterea vt in tertia illa morborum conſtitutione 1. Epid. deſcripta, quia vrinæ aquoſæ, multæ, & tenues erant, plurimi ægrotantes dyſenterici fiebant, notanterque poſita ſunt hæc verba. quod vrinas minxerint aquoſas conſiderandum. præſignantur quoque ab iſtis vrinis abſceſſiones ad futuras, ſi diù maneant tales, & reliqua vt in conualituris ſe habeant, alias non poſſumus non timere de euentu, ſiue erumpant, aut ſecus abſceſſiones.

V.

Nubeculæ in vrinis albę quidem & fundum verſus commodæ ſunt, rubicundę vero, & nigræ, ac liuidę, difficiles.

575 Spiritus cunctarum functionum auſpices vt bene, aut malè ſe habent, ſic corpora benè, ſeu malè diſponunt. talem autem ſeu talem ſtatum nanciſcuntur à coctione ſeu cruditate, quia dum vegeta eſt eorum virtus munus coctionis ſuum adamuſim adimplent: innaturalibus autem ex occaſionibus laceſſiti deficiunt à ſuo opere, crudorem ſubinde gerunt. aſt quia iſti rectores ſpiritus corporijs ſe adaptant inſtrumentis, & hæc tribus in ventribus ſunt diuerſimodè locata, propterea varianter ſui ſtatus ſigna præbent, vt variantia eſt in poſitu horum inſtrumentorum. ita enim natura comparatum, vt quæ aerea, & ſpirituoſa ſunt, eundem in vrinis poſitum ſeruent, quem habent membra, à quibus emanant. hinc videre eſt in vrinis, quod nubeculæ quandoque fundum matulæ tenent, aliquando ſe librant in medio, quandoque ſupremam obtinent partem, nec rarò vndiq; ſe offerunt diffuſæ, quia nempe ſpiritus labem recipiunt ab afflictione ſeu infimi, ſeu medij, ſeu ſupremi ventris, ſeu omnium; deponuntque labem aſſumptam coctionis munere, quæ ſi integra eſt, ſui exortus ab infimo ventre ſumit, vbi rudis fit ſanguinis elaboratio ope ſpirituum.

rituum. inde eſt, quod ad hanc ſignandam ſpirituum bonitatem nubecula fundum matulæ tenere debet, vt hanc notet coctionem, quæ occurrit in tenui ſucco, qui ſpiritibus moleſtias exhibuit, exigua cum ſolidarum partium labe, ideoque dum per coctionem ſe redintegrant ſpiritus, ceſſat vndique omnis labor. commodæ idcirco dicuntur nubeculæ iſtæ, at non prorſus diiudicantes, quoniam ipſæ per ſe morbi corpulentiorem non demunt cauſam, quemadmodum nonnumquam faciunt ſedimenta copioſa, ſed ſolius coctionis ſigna ſunt ſe exerentis erga ſpirituoſam ſubſtantiam, & exin criſes opportunæ adueniunt. dum autem ſpiritus ab hac integritate recedant moleſtati ſui ſeu accedentium vitio, tunc nubecula ab optimo ſtatu recedens rubicunda, liuida, ſeu nigra apparet iuxta gradus corruptionis quam ſubit ſanguis faceſſiturus in ſpirituoſam ſubſtantiam. corruptio enim facit, vt prius ſanguineæ ac bilioſę tenuiſſimæ particulæ emergant, deinde ſe exerant atra, ac tandem liuida cineris inſtar, quæ ſunt torridi reſidua ardoris. Aſt non prorſus pernicioſę, ſed difficiles ſtatuuntur iſtæ in vrinis ſpectatæ nubeculæ, quoniam non rarò in lotio colore & ſubſtantia laudabile apparent, quia ſolidæ partes nullam aut exiguam labem recipiunt, ideoque difficultatis quid in ea affectione exoriri debet, quia ſpiritus laborant, ſed quia reliquæ corpulentiores partes parum recedunt à ſua habitudine, redintegrationis ſpes manet, ni receſſus ſpirituum ad omnimodam lethalitatem tendat, vt deinceps verendum ſit ne momentò, ac vniuerſim corruant. ergo quia nunc ſolum conſiderantur nubeculæ, quæ ab optimo ſtatu per colores receſſerunt, difficiles ſtatuuntur, quum omnis ſpirituum ab integra coctione receſſus non poſſit non promittere difficultatem aliquam.

VI.

Periculoſa eſt vrina bilioſa non ſubrubra in acutis: & quę craſſiores farinę partes refert albas habens hypoſtaſim, & quę varia eſt colore, & ſubſtantia, & maxime in rheumatiſmis à capite.

576 IN acutis ſe promit ad ſalutem lotium ſubrubrum, quia exigua tunc adeſt ſeu diſiunctio, ſeu liquatio ſuccorum, partiumuè ſolidarum ad integritatem perquam facilè redeuntium. aſt ſi in his malum altius ſe inſinuauerit, ſuccreſcit ſincera bilis, quæ ſæuiter infeſta periculoſam affectionem reddit. & hoc veritatem habet in acutis, tum quando ab alimentoſis ſuccis ſecreta bilis ipſa ſuccreſcit, ſed etiam dum per ſanguinem recrementoſa ſe diffundit, eique prorſus ſe ammiſcet. quippe

lotium

lotium tunc bilioſum ſubſtantia & colore apparet, quod non eſt, dum non eſt facta hæc vnio: nam tunc multa ſubſidet in lotio bilis, vt ictericis ad ſalutem properantibus non rarò contingit. Periculoſa ergo in acutis vrina prorſus bilioſa, ſiue talis ſit reddita à recrementoſa bile ſincera, ſiue ab ea, quæ emergit ab alimentoſis ſuccis, quia vbique adurens interuenit calor, qui dum pinguem horum torrefacit ſubſtantiam bilioſum ſincerum profert: bilioſum namque, ait Hipp. 5. in 6. Epid. à pingui emanat per aduſtionem ſcilicet. Periculoſa etiam eſt vrina continens craſſioris farinæ partes albas habens hypoſtaſes. tales ſunt quæ cremoris effigiem ex commixtione farinæ craſſiuſculæ & pinguis reprehæſentant, quarum ſubinde hypoſtaſes albæ ſunt, non quidem à reſiduis alimentorum integram ſubeuntium coctionem; ſed à liquatione partium ſolidarum ex qua liquatione vrinæ fiunt κριμνώδεις alba cum hypoſtaſi, quod in acutis exitium, in reliquis diuturnitatem præſagit. in Sileno enim tales vrinæ apparuerunt decima die obijt altera, quia inflammata erãt præcordia. de morbi autem longitudine hæc ſcripta ab Hipp. 7. Aph. 31. leguntur. Quibus per febres, inquit, in vrinis ſedimenta craſſiorem farinam referunt, longam inualetudinem fore ſignificat. ſiquidem liquatio tunc ſenſim facta non reddit vrinam totam crimnodeam, ſed ſolùm tale eius viſitur contentum, quia liquamentum non immutat totam vrinæ ſubſtantiam, ideoque licet tabeſcentiæ periculum non tamen exitium portendit, quod in acutis eſt, dum ſunt vrinæ vndique crimnodees redditæ. exemplum habes in Sileno, qui tale lotium ante obitum emiſit, poſtquam atrum prompſit, interceptum mox penitus. Qui autem decumbebat in Dealcis horto primis diebus minxit lotium tenue, varium, pendens quodam in medio habens minutim diſperſum velut farinæ craſſioris, & genituræ ſimile, & hic poſt multis diſcriminibus, tandem quadrageſima conualuit. vtcumque ergo periculoſæ ſunt iſtæ vrinæ, quemadmodum etiam, quæ variatæ ſunt tum colore tum hypoſtaſi. nam multiplex offendens eſt cauſa diuerſis prædita conditionibus, ſanationiſque exin difficultas, & affectionis prauitas. in Philiſco enim quinta die vrinæ variæ erant innatantia quædam habentes rotunda genituræ ſimilia diſperſa, ſexta deceſſit. variæ quin etiam fuerunt vrinæ in Decumbente in Dealcis horto, reſtitutuſque eſt hic poſt multis diſcriminibus. tales autem variatæ tum ſubſtantia, tum colore, tum contentis vrinæ, potiſſimum in rheumatiſmis à capite periculoſæ ſunt, quia multiplex eſt capitis afflictio, quæ rheumatiſmum hunc facit, vt exin lotium varium euadat: nam caput incaleſcens copioſam mictionem reddit, vt 2. de morb. ſcriptum eſt. ergo ſi multiplex eſt capitis afflictio, oportet etiam, vt in

rheu-

rheumatiſmis à capite variæ reddantur vrinæ, quæ hoc nomine periculoſæ ſunt.

VII.

Periculoſa eſt, & quę ex nigra in tenuem bilioſam tranſmutatur, & quę ex hypoſtaſi ſua diuellitur. & quę ex compactis innatantibus hypoſtaſin habet ſublinidam limoſam. num ex talibus pręcordium dolent? dextrum arbitror, aut etiam ſunt bilioſi? atq. aſſurgunt parotides dolorificę? his pabulum erumpens aluus, perniciosum.

577 NIgræ vrinæ aliæ ſtabiliter tales ſunt, quia iam in earum ſubſtantiam quadantenus tranſiuit color; aliæ nigricant à contentis ſubſidentibus, aut innatantibus. naſcitur autem diuerſitas hæc, quoniam humor quilibet ſumit alienum colorem, dum aut ſuæ patitur ſubſtantiæ mutationem, aut ammiſcetur his, quæ talem ei colorem impertiunt. decedit quidem à propia ſubſtantia humor, ratione tum corruptionis, quam ipſe ſolitariè ſubit; tum adhæſionis rei alienæ, vt ex in vnum reſultet corpus. immixtio autem, dum alienum quid imbuens extemporaneè ſe adiungit, ſecreturum mox, indeque hypoſtaſes, & nubeculę in vrinis fiunt varios exhibentes colores diuerſos à toto vrinę corpore. de nigricantibus autem vrinis, quum ſermo ſit inſtitutus, hæ vtiq. aliæ perpetuò nigræ ſunt, aliæ nigricant à contentis tandem ſe à toto vrinæ corpore abiungentibus. Priores aliæ tenues aliæ craſſæ ſunt. quæ tenues ſunt, à ſero mutationem ſubeunte tales redduntur, quia nempe à viſceribus liene potiſſimum, malè affectis exeunt crudæ ſeroſitates, ſubeuntes hanc mutationem, dum in ipſis ſtagnantibus agit adurens calor, quod in ardenter febrientibus, ac phreniticis non raro contingere obſeruauit Hipp. 2. in 1. Epid. vbi inquit quod in tertia illa ardentium conſtitutione, vrinæ erant tenues, nigræ, & paucæ. quippe dum nigra hæc adeſt tenuitas, neceſſe eſt vt lotium excretum paucum ſit, ratione cauſæ immutantis. Quod autem à viſceribus naturalibus malè affectis prodeant iſtæ mictiones, teſtis eſt Herophon, cui lien ardebat, & Epicratis vxor fuit vteri quadam inflammatione à partu moleſtata, tale lotium minxit. Promittunt autem vrinæ iſtæ delirationis euentum, at non prorſus lethales ſunt, ſi affectio maneat ſolùm in viſceribus naturalibus firma, laborentque communione ſola reliquæ partes. nam in Epicratis vxore ſalus tandem octuageſima, & in Herophonte decimaſeptima, quia

vri-

vrinæ in melius ſtatim verſæ ſunt. obſeruatum idcirco in tertia illa ardentium conſtitutione, quod promentes tenues, paucas nigras vrinas ex quatuor ſignis maximè ſeruabantur: quibus nempe hæmorrhagia probè erupiſſet, aut vrinæ multæ multam ſubſidentiam habentes per veſicam prodijſſent, aut per ventrem turbatam bilioſa tempeſtiuè proceſſiſſent, aut qui dyſenterici facti eſſent. ſic enim naturalia viſcera à noxijs expiata ad ſuam integritatem redeunt, & illæ euaneſcunt occaſiones, à quibus vrinarum nigrities, & tenuitas. ſecus autem eſt, dum malum ſpiritalibus membris pertinaciter hæret, lethalitatem etenim ater ille lotij color tunc promittit, quia ſpiritus in corruptionem abeunt propter exceſſum, aut morticinium caloris. huiuſce autem offenſionis ſigna exhibent ea, quæ in medio vrinæ innatant, quæ ſi praua ſunt, citum exitium, imminentiauè mala promittunt. ſic in Eraſino vrinę nigrę incoctæ habentes quædam in medio ſuſpenſa innatantia rotunda ſine hypoſtaſi præſignarunt crudeliſſimam mortem, quam is expertus eſt die quinta. qua de re poſterius. nunc proſequamur nigras vrinas, quæ tenues reuera ſunt. Porrò talis vrinarum conditio aut primis morbi diebus ſe offert, aut morbo in n... progreſſo. quæ in primo morbi circuitu nigræ apparent, & tenues; malitiam quidem morbi, aſt non interitum denunciant, ſi deinceps meliores fiant, quia natura robur adhuc ſuum ſeruat. nam conualuit octuageſima Epicratis vxor, cui vrinæ prius ſubnigræ mox redditæ ſunt meliores. in Herophonte quoque vrinæ nigræ tenues, deinde melioris apparuerunt coloris ſubſidentiam habentes integrè. idcirco is decimaſeptima iudicatur. ſimiliter in Nicodemo vrinæ tenues nigræ eneorema mox quarta habuerunt, ac proinde reſtitutus hic manſit vigeſima quarta. deceſſit autem adoleſcens in mendacium foro ſeptima vrinas proferens tenues, & ſubnigras. obijt quoque mulier altera ex abortu ſeptima mingens lotium paucum, tenue, & ſubnigrum: nam in his omnia vertebantur in peius. Aſt ſi iam progreſſo morbo tale ſe exerat lotium, hoc vtique ad certum interitum. Decumbens etenim apud frigidam vndecima minxit lotium multum, tenue & nigrum, mox aquoſum & multum ad exitum vſque in Apollonio vrinæ fuerunt nigræ, paucæ, tenues à decimaquarta ad trigeſimam quartam & ea die interijt. deceſſit quoque mulier Cyzicena die decimaſeptima, cui vndecima vrinæ erant nigræ, tenues, & oleoſæ. nullumque conualuiſſe legimus cui poſt primum morbi circuitum vrinæ exierunt tenues, & nigræ. & hæc de vrinis quæ cum tenuitate totæ nigræ ſunt. Aſt lotium quod ſubſtantia craſſum eſt & nigrum, certum affert exitium. nam atra pertinaciter ſeroſe ammiſcens vndique ſanguinem temerat, cumque in alienam, & vitæ aduerſariam

habitudinem ducit, nihil intactum relinquens, quod naturæ collabentis opem ferat: obijt idcirco Philiſcus ſexta aphonus, & frigidis cum ſudoribus nigra mingens, quod & Sileno vndecima die contingit. Tandem eà veniunt in conſiderationem, quæ nigra in lotio continentur, & ſunt aut hypoſtaſes, aut nubeculæ, aut quædam aliena corpuſcula innatantia & hæc cuncta apparent in vrina ſiue nigra ſiue alterius coloris. quæ ſubſidunt nigra in nigra vrina, pernicioſa ſunt, quia copia viget bilis atræ immutantis ſubſtantiam vrinarum, & abiunctim etiam ſe exerentis, quod in Sileno interitum vndecima die promiſit. quæ autem nigra ſubſidunt in vrina alterius coloris, ſi quidem bonus fuerit color, & reliqua in bonum conſenſiant, nigra hæc ſubſidentia diiudicat, ac in morbis difficilimis ſtrãgurioſam mictionem, difficileſque abſceſſus parit, vt ſæpè prauis in ictéritijs obſeruatum. aſt ſi & ipſe vrinæ color perniciem deſignet, tunc lethalis quoque eſt ſubſidentia atra: nam inferius dicturus eſt, quod lethalis in pleuriticis eſt vrina breui praſina nigram hypoſtaſim habens. par eſt de nubeculis, innatantibuſuè iuditium. nam in decoloratis vrinis nigra innatantia phrenitidis euentum præſagiunt, & in incocto ac nigro lotio ſi innatantia ſint in medio rotunda, certum imminere exitium dicendum vt in Eraſino, qui quinta conuulſus moritur. deceſſit quoque decima Pythio, cui ſtatim ab initio, & quarta vrinæ erant ſubnigræ habentes quid pendens ſublime, mox ſeptima oleoſæ factæ ſunt: aphonus idcirco, & multo cum ſudore perfrigeratus occubuit. in iſtis autem lotium craſſities præſeferebat, quia nihil de tenuitate dictum, quod notanter in alijs ab Hipp. factum nigra namque vrinarum craſſities perpetuò exitioſa eſt, non ſic tenuitas, quæ primis occurrens diebus periculoſa, non prorſus lethalis, vt ſuperius enarratum. ergo ſi in tenui vrina primis diebus innatauerint diuulſa, ſeu non omnino rotunda, maneatque contentum hoc in medio, & non in ſublimi, aliqualem ſpem ſalutis habebimus. nam in Metone vrinæ ſubnigræ habentes quiddam in medio innatans ſubnigrum, diuulſum iudicationem præſignarunt adfuturam quarta die ope hemorrhagiæ, & ſudoris. In Thaſia moroſa vrinæ tertia die nigræ, tenues pendens quid habentes aliquandiù rotundum exitium certè promiſiſſent, ni protinus menſes vbertim erupiſſent: & in Heropitho vrinæ tenues nigræ habentes enæorema aliquando ſublime, aliquando non, iudicium non ſine multis difficultatibus diſtulerunt in centeſimam vigeſimam. in erroneis demum febribus exitium non portendentibus, ſi nigræ in crudis vrinis ſe offerant nubeculæ expectanda eſt harum tranſitio in quartanam, vt inferius ſcriptum. hæc de nigris vrinis non ſine fructu fuere ex Hipp. enarrata, vt planius innoteſcant, quæ nunc & in poſterum

de iſtis dicenda occurrunt. & vt ad rem noſtram tandem accedamus, periculoſa eſt illa vrina, quæ antea nigra deinceps in tenuem bilioſam tranſit. nigra namque erat cum craſſitie propter ammixtionem atri humoris, vrinę etiam immutantis ſubſtantiam, inde mox niger humor in intimis euocatus, tenue & bilioſum lotium ſinit ad certum præſignandum interitum, ratione crudoris tunc ex ardore vigentis. deceſſit namque Silenus vndecima, cui quinta nigricantes vrinæ nigra cum hypoſtaſi, tenues & pellucidę euaſerunt. Periculoſa inſuper illa ſtatuitur vrina, quæ à ſua ſubſidentia diuellitur. quod duplici contingit ratione. vna dum quid in fundo ſidet, quod ſe in ſublime eleuat flammę, ſeu fumi inſtar, quod fieri obſeruatum, dum ab infimo ad ſuppremum ventrem per loca ſpirituum pernicioſè efferuntur craſſiores ſucci turbulentos mox edituri ſopores, vt in letargicis. altera ratio eſt, ſi ſint in ſupprema parte vrinæ craſſæ infra verò tenues, quod in Herophonte vndecima ad ſoporem deſignandum factum, & hic tandem vigeſima ſeptima deceſſit. Demum periculoſum eſt illud lotium, quod ex compactis innatantibus ſubſidentiam habet ſubliuidam & limoſam, quod accidit ob corruptionem pituitæ dilabentis in infimum ventrem, cuius ratione compacta illa diſperſa in fundo matulæ tandem ſe colligunt, hypoſtaſimque faciunt liueſcentem, ac cęnoſam, quia talis eſt pituitæ corruptæ natura, vt ſuperius enarratum. tale fuit lotium decumbenti in Dealcis horto, nam huic tertia, & quarta die erat in vrinis hypoſtaſis liuida, viſcoſa. conualuit autem quadrageſima, quia alba pituitoſa egeſit, & ſudauit. dictum autem dubitanter, an his præcordia doleant dextrum potiſſimum, vt inde ſeu bilioſi ſaturata nempe bile colorati fiant, ſeu ipſis ponè aures tumores aſſurgant: quandoquidem in Hermocrate mollis erat præcordij diſtentio, ſexta tamen die ictericus euaſit. & vt corpulenta hypoſtaſis ſubmouet parotidas, abſceſſioneſque alias auertit: ita craſſa quæ ſunt ab hypoſtaſi diuulſa erupturis parotidibus opinionem præbent, vt ex hiſtoria Clazomenij conſtat. huic enim in lotij medio multa ſuſpenſa erant diuulſa abſque hypoſtaſi, decimaſeptima parotides aſſurgerunt, quæ deinceps circa trigeſimamprimam ſedatæ ſunt, quia lotium effluxit craſſum. pernicioſum autem eſt ſi in iſtis aluus paululum erumpat, quoniam paucum nec criticum eſſe, nec totum quod aliàs repit ſubmouere poteſt, eius tamen motum tardat, opem fortaſſis laturum, ideoque non niſi ad perniciem apparet exigua hæc alui deiectio, edita potius ab orgaſmo humoris peccantis, quam à natura ſuopte impulſu agente.

VIII.

Vrinę quę de repente citra rationem paulatim coquuntur, nullius vtilitatis. & omnino quicquid citra rationem coctum eſt in acuto morbo, malum.

578 QVanquam coctiones, & celeritatem iudicij, & ſanationis ſecuritatem promittant, atamen vt vtiles ſint loco, tempore, & modo ſe exercere debent. locus eſt, vt vndique appareant, ne alius ſubſit crudor recidiuationis author. tempus vt per ſtatos circuitus accedant, ne coctio ſe exerens à proportione vigentis morbi abſit. modus demùm, vt firmæ ſint coctiones, ne denuò in crudorem ſe mutent. omnis itaque coctio iſtis deſtituta conditionibus haud tuta eſt, nec integrè morbum ſoluit; quare nullius vtilitatis erunt vrinæ, quæ de repentè citra rationem paulatim coquuntur, quia coctio de repentè adueniens non vndique ſe exerit: & citra rationem facta, ſtatos non ſeruat circuitus: & paulatim accedens, non ſummam, ſed extemporaneam promit bonitatem infida ergo erit hęc coctio ſic in vrinis ſpectata, ac nullius vtilitatis, quoniam iſtud plerumque accidit, dum metaſtaſis fit noxiorum viſcera naturalia relinquentium, ac curſum aliò flectentium. quod non à natura, ſed ab orgaſmo ſuccorum factum nulla excipi poteſt ſalutari exeretione. non eſt tamen inde firma præſagienda pernicies, quia vegeta natura noxio depreſſa extemporaneam promens coctionem, ingruentia mala tandem emendare poterit, ni ex horum prauitate effeta concidat. ergo iſtæ in vrinis extemporaneæ, & immeritò factæ coctiones ſuapte natura nullius ſunt vtilitatis, & in acutis non leue minantur periculum, quoniam in iſtis metaſtaſis omnis immerito facta, ſummè periculoſa eſt. vniuerſaliter proinde in acutis, quicquid præter rationem coctum eſt, malitiam gerit, vt de ſputis quoque ſuperius enarratum.

IX.

Inutilis quoque ex his prærubra florulentiam æruginoſam continens.

579 APparet ad ſalutem in vrinis craſſa rubedo, dum pro debito occurrit; aſt prçter rationem facta ſuſpecta eſt, præſertim quando prærubra eſt, & florulentiam continet æruginoſam. viſitur autem florulentia hçc in lotij ſupprema ſuperficie, eam coronę inſtar ambiens, ac licet diuerſitatem quandam ab reliquo vrinę corpore gerens,

non

non prorſus tamen ab eius ſubſtantia diducta, ne ſit contentum aliquod, & hæc florulentia apparet in vrina craſſa, quæ in ſuprema parte ſit quadantenus attenuata, vt inde ex luminis refractione colorationes diuerſæ prodeant iuxta conditiones ſuccorum ſe vrinæ adamuſim commiſcentiū indeque coronarum varietas ad deſignandum ſuccorum ſtatum multiplicem. Porrò diuerſa eſt rubræ vrinæ ac cruentæ conditio. nam cruentæ euadunt ex ammixtione ſanguinis, qui ſincerus aut corruptus effluit ichori ammixtus, & ideo omnis vrina cruenta craſſa, & aliquando turbata eſt, ſi hanc ſanguinis corruptionem gerat. rubrę verò vrinę ſunt illę, quę colorem hunc ſibi adiunctum inſeparabiliter habeat, tranſitque in earum ſubſtantiam. & quantum ad colorem attinet, alię ſubrubrę, alię rubræ, & alię pręrubrę ſunt: quantum verò ad ſubſtantiam, alię tenues, aliæ craſſę apparent. ſubrubrę & tenues fiunt, dum inceditur tenuiſſima cruoris ſubſtantia, quę ſero adamuſim immixta tenuiſſimum ruborem exhibet, vt in ephimeris ad quartam vſque diem protractis, apparentq. in iſtis vrinis quarta die quandoque nubeculę rubrę, quę in benigniſſimis ardentibus ſolutionem adfuturam die ſeptima deſignant, vt ſcriptum eſt 4. Aph. 71. ſunt etiam ſubrubrę vrinę craſſę, dum tales fiunt à liquatis carnibus benignam promentibus cruoris ſubſtantiam, vt ſuperius oſtenſum; quocirca & ſubrubrę colore ſunt, & hypoſtaſim habent ſubrubram & leuem, vt integram ſolutionem præſtent. rubrę vero ac prærubrę vrine tenues eſſe nequeunt, quoniam ſic colorantur ab exuſta bile, quę ſic affecta craſſam vtiq. corpulentiam recipit ſiue ergo exuſta hęc bilis prorſus ſe lotio immiſceat, ſiue ei ſe adiungat, vt deinceps ſubſideat, craſſitiem ei impertit ſiue crudum, ſiue quadantenus coctum ſit. inde eſt, quod tales rubores ſeu ad interitum ſeu ad difficilem ſanationem apparent: ad interitum quidem, ſi crudorem gerant, Homo etenim calefactus deceſſit vndecima, cui vrinę erant rubrę, craſſę, non ſubſidentes, deinde oleoſę. & Hermocrates obijt vigeſimaſeptima, cui ſimiliter vrinę erant rubrę, craſſę, ſine hypoſtaſi. at in Cleonactide protracta eſt criſis ad octuageſimam, quia quadrageſima minxit ſubrubrum, prętrubram hypoſtaſim habens, quę deinceps octuageſima facta eſt rubra, & leuis. hinc patet ratio, cur lotium, quod immerito concoctum prerubrum eſt cum florulentia viroſa nullius ſit vtilitatis ſiquidem bilis exuſta tunc quadantenus ſecreta vnà cum lotio exit, ſed non integram coctionem gerit; tum quia adhuc eius color valde rubeſcit, quod in Cleonactide criſim protraxit: tum quia in eius ſuperficie tenuis eſt viroſam florulentiam proferens, quod eſt vigentis adhuc morbi inditium non ſine acutie. hęc enim ſunt Hipp. 7. Aph. 32. Quibus in vrinis, inquit,ionoſa ſedimenta, ſed

ſupra tenuia apparuerint, acutum morbum ſignificant. quàm enim tenuior eſt bilis ſupremos ventres obſidens, tam præcipiti motu properat, ac ſubinde morbum ad acuriem ducit.

X.

Quæ alba funditur, atq; pellucida vrina, praua, & maximè in phreniticis.

580 SVapte natura & decolor & tenuiſſimus eſt ille ichor, quem venæ & arteriæ ab aſſumptis ebibunt, quas proinde reliquas conditiones gerit, eas aſſumit tum à calore alimenta perficiente, vt huiuſce operis integritatem oſtendat: tum ab eodem deficiente à ſuo munere, vt vitia deſignet. deficit autem à ſuo munere natiuus calor partim ſuopte languore, partim quia æſtuat ab extraneis. languet quidem natiuus calor etiam obrutus alienorum multitudine, vt hac de cauſa non minus lotium crudum proferat, vt in bibaculis, quam dum à debita craſi recedens, integram nequit ſuam peragere coctionem. aſt vi extranei caloris recedit vrina à debita conditione per gradus diuerſos, vt diuerſum eſt caloris exundantis opus, dum immaturaliter & in ſuccos & in ſolidas partes agit. Sed & natiuus calor, dum alimenta concoquit, ſeroſitates quoque immutat. nam ex permixtione mutua, quam faciunt ad quandam craſſitiem ſucci nutrientes, ipſa quoque ſeri aquea ſubſtantia craſſitiem aliqualem recipit, dum ei tenuiſſima alimentorum ſegmenta ſe adiungunt, quæ lotium diuerſimodè colorant, vt ſunt ea, quæ tunc in alibiles ſuccos ſeu per ſexus, ſeu per ætates, ſeu per anni tempora, ſeu per dietam exundant: in mediocritate tamen hæc quadam manent, dum corpus adhuc intra limites ſanitatis eſt. ergo vrina, quæ ſuapte conditione aquea eſt, omnem colorationem, omnemque aliam ſubſtantiam recipit à calore ſeu perficiente ſuccos alibiles, ſeu immutante hos per defectum aut exceſſum: quocirca aquea in vrinis tenuitas & albedo baſis, & fundamentum mutationum, ac dum lotium in tali manet natura, exit nullis immutatũ operibus; crudor propterea viget, quem facit natiuus calor ab opere diſtractus iam dictis rationibus. Recedit autem lotium ab aquea hac albedine, dum intenſius aut remiſſius candet. intenſius aqueus color eſt chryſtallinus, qui & tenuitatem & perſpicuitatem ſummam in aqueum humorem exhibet, dum aquoſa, & tenuia ſolùm dominantur in lotio, quæ per anguſtos, nitidoſque ſed calidos meatus tranant. nam vt humor perſpicuitatem gerat, ſiccus interuenit ardor, qui nihil aqueæ ſubſtantiæ addens, imo ab ipſa detrahens quicquid alienum eſt, perſpicuitatem ſolam imper-

impertit, & lotium in ſuam aqueam naturam relinquit, idque in magnis renum inflammationibus non raró euenire compertum, dum autem albedo ſuum remittit colorem, vrina redditur lactea, glauca, & charogia, dum ſcilicet aut lacti ſimilis eſt, aut inſtar cornu pellucet, aut illum exhibet colorem, quem proferunt pillis ſubalbicantes cameli, ſeu leonum oculi. & hi omnes colores ab intenſa albedine recedentes eandem deſignant inconcoctionem, quia crudorum copia calor obrutus eſt. dum autem coctio ad perfectionem tendit ſubſpiceum, ſpiceumque promit colorem, ſuamque perfectionem ſignat, dum ſub aureus, vel ſub croceus color in vrinis apparet. nam aureus, & croceus à viſceribus æſtuantibus adhuc intra limites ſaninatis emanat. reliqui deinceps colores à naturali ſtatu recedunt per exuberantiam caloris ad morticinium vſque ſi ſtabiles ſint in lotio. inde enim & flammeus, & ſubrubens, & rubens, & prærubens, & vineus, & paſſeus, & viridis, & venetus, & niger, & liuidus, recedentes hi omnes colores à natiua lotij albedine. cæterum vt quæ de hac albedine ad rem faciunt proferamus; hæc in vrinis apparet ſubſtantiæ aut contentorum conditione. Subſtantiæ quidem conditione alia, alba eſt, tenuis, vt aquea, & chryſtallina: alia craſſa, vt reliquæ quæ in albine ſunt. ratione contentorum vrinæ aliæ habent nubeculam albam, aliæ hypoſtaſim, aliæ in natantia quædam genituræ ſimilia, aliæ albidis ſunt vndique conſpurcatæ humoribus non ad craſſitiem ſolam, ſed & ad turbationem. inde eſt quod vrinæ aliæ turbatæ ſubſident, aliæ vero turbatæ manent ſine hypoſtaſi, de quibus inferius data occaſione: nunc ex habitis hucuſque ad propoſitam enarrationem accedamus. vrina itaque quæ funditur alba, & pellucida ſiue tenuis ſit, vt chryſtallina, ſiue craſſa, vt clauca; naturæ ſummam imbecillitatem deſignat, quanquam ſiccus in viſceribus innaturalis vigeat ardor, qui dum nihil alienum lotio adiungit, pellucidum illud reddit, ſiue tenue, ſiue craſſum iam extiterit: nam in tenui & aquea ſubſtantia chryſtallinus color apparet: in craſſa vero glaucus inſtar cornu pellucens. quocirca non poteſt non eſſe praua talis vrinarum conditio, ſi diù perſeueret, quippe in diuturnis aut certum præſagit interitum, vt in decumbente aput frigidam aquam, quæ octuageſima deceſſit, poſtquam vigeſima cępit aquoſa ad obitum vſque mingere: aut tranſitum in dyſenteriam notat, vt in tertia ea tępeſtate 2. in 1. Epid. deſcripta contigiſſe proditum. in acutis autem quam timoroſæ ſint iſtæ vrinæ oſtendunt ea, quæ in Philiſtida, ac Sileno obſeruata leguntur. hic enim poſt nigrorem minxit tenue ac pellucidum, quod deinceps ſuppreſſum, exijt mox cum dolore mordaci propter ſummum ardorem, deceſſitque decima. in Philiſtida vrinæ tenues, & pelludidæ habebant quid

genituræ ſimile, & hic quinta conuulſus obijt. Si itaque in phreniticis albæ, & pellucidæ exeunt vrinæ, prauitas vtique adeſt, quam gerit crudor, & ardor ſiccus, vt omnis ſit in acuto morbo coctionis ſublata ſpes.

XI.

Praua eſt quoque quę mox à potu effluit, & pręſertim pleuriticis, ac peripneumonicis.

581 MIngunt ſtatim à potu homines, vel quia ebibita tenuia, & acida ſunt; vel quia arteriæ æſtuantes protinus aquoſa trahunt, eaque numerò demittunt, dum adaperti ſunt ductus. Lienis namque ſpongiforme corpus acidum ac tenuem liquorem ſuapte natura promptè ſugit, quod ipſum æſtuantes arteriæ faciunt, aſſumptumque liquorem momentò demittunt, dum vrinæ vaſa pateſcentia æſtuant ardore, & tunc lotium eiectum tenue, & crudum eſt, quia nullam, aut exiguam moram traxit in ſanguineis vaſis. malum autem hoc in omnibus morbis eſt, ſed præſertim, dum ſpiritales partes inflammatæ æſtuant non ſine hæreſcentia ſuccorum craſſitiem aliqualem obtinentium; quas conditiones gerit pleuritis, & peripneumonia, in quibus tenuis, & cruda mox reddita vrina perniciem promittit. nam dum craſſa, & turbulenta eſt, ſpem aliqualem exhibet ſalutis, quia exonerat quid noxiorum, & ſuppurationum mala auertit, vt deinceps ſuo loco. quæ autem ſtatim à potu exit vrina, nec quicquam ab affecta parte detrahit, & inditium dat caloris in viſceribus nimiopere vigentis, quod in omnibus morbis, ſed præſertim in acutis prauum eſt.

XII.

Praua quoque eſt, quę ante rigorem oleoſa mingitur.

582 SVnt vrinæ quæ pinguedinem habent ſubſidentem aut innatantem, de quibus inferius; ſunt quæ in totum oleoſæ ſunt, quia nempe pinguem, & ad viridem colorem tendentem ſubſtantiam habent, quarum immediatam cauſam perquirere opere prætium, vt ſit ex iſtis vrinis certa notio. Sunt autem qui exiſtimant lotium oleoſum reddi à pinguedinis liquatione, quod à veritate alienum eſſe conditiones pinguedinis, & aquæ oſtendunt: nunquam enim hæ ſic ſeſe adiungunt, vt vnum corpus euadant. ponderoſa quippe aquæ ſubſtantia perpetuò ſubſidet, & quod pingue & leue eſt ſupernatat, idque in diuturnis etiam elixationibus

nibus euenire compertum. inde eſt, quod vrinæ aliquando prodeunt pinguia habentes innatantia aranearum telis ſimilima, dum renum ardor, acutuſue morbus liquat pinguem ſolidarum partium ſubſtantiam, quæ ſi tenerrimam carnem liquatam promat ad iudicationem, pingue ſubſidet, vt in ſuperioribus enarratum. non ergo liquata pinguedo immediata eſt cauſa, vt vrinæ ſint oleoſæ. cæterum vt breuiter noſtram proferamus ſententiam, vrinæ oleoſæ euadunt à putredine ſuccorum: abit enim in putredinem ſuccus, dum mora trahens ope innaturalis caloris lentorem, & viſciditatem ſumit, ſicque in oleoſam tranſit conſiſtentiam, vt fieri in aquis ſtagnantibus experimento conſtat, præſertim in his, quæ limum argiloſum, & lentum habent, quæ occaſiones faciunt, vt fluentes quoq; aquæ oleoſam & pinguem contrahant naturam. hæc ergo ſit vera oleoſæ vrinæ cauſa, cænoſa ſcilicet putredo, quam lotium ab adiunctis aſſumit humoribus, ſiue hi integrè ſe lotio immiſceant, ſiue ſubſidentes, lentorem hunc ei ſolum impertiant. hinc oleoſarum vrinarum duplex oboritur differentia, vt aliæ tenues quadantenus ſint, aliæ craſſæ, perinde vt de aquis tum ſtagnantibus tum fluentibus iam dictum. quod autem oleoſæ vrinæ hanc præſeferant putredinem oſtendunt ea, quæ obſeruata in quibuſdam ægrotantibus apud Hipp. leguntur. in Dromeadis namque vxore vrinę prius erant craſſę, albę, turbidę, mox quarta tenues oleoſæ. in Pario albæ erat, ſexta oleoſę. in Homine calefacto rubrę craſſæ ſine hypoſtaſi, quinta, & ſeptima oleoſę. pariter in muliere Cyzicena prius nigrę, & tenues, vndecima oleoſę. & hi omnes ęgrotantes deceſſerunt propter omnimodam corruptionem ſuccorum alibilium, partiumque ſolidarum, nullumque ſanitati reſtitutum fuiſſe legimus, cui vrinæ oleoſę. nam mulier Cyzicena obijt decimaſeptima. Pythio decima. Homo calefactus vndecima. Parius centeſima vigeſima. Dromeadis vxor ſexta. Adoleſcens in Melibęa vigeſimaquarta. lotium ergo à putredine oleoſam ſumit naturam, tingiturque in viridantem colorem intenſius, aut remiſius, vt corpora magis aut minus ad natiui caloris internectionē tendunt. prauum vbique tale lotium erit, ſed pręſertim dum ante rigorē apparet. nam rigor prauis editus de cauſis iudicatorius eſſe nequit, ſed eſt certi exitij author, quia per ſpirituum loca noxium diffundit. Sic in Dromeadis vxore quinta oleoſę erant vrinę, ſexta mane ſuperriguit hęc ſtatim autem, inquit, calefacta eſt, ſudauit per totum, extremitates frigidę, delirauit, ſpiritus magnus, & rarus, paulo poſt conuulſiones à capite cęperunt, ſtatim mortua eſt. Parius autem mortem diſtulit ad centeſimam vigeſimam, quia numquam ſuperriguit, ſed ipſi ardens erat febris aſſidua, quod & in hecticis ad diuturnitatem facit.

Præ-

Digitized by Google

XIII.

Prauę ſunt in acutis viridantis palloris non conſiſtentes in colore.

583 VIreſcunt vrinæ, dũ per natiui caloris internectionẽ ad nigredinem tendunt, quã internectionẽ in acutis inuehit opus extranei caloris putrefacientis, ſeu corrũpentis ad marcorẽ, vt diuerſa eſt rerũ paſſionem ſubeuntium conditio. quæ enim putredini ſunt obnoxia, dum ad hanc tendunt labem, & vireſcunt, & in pinguem tranſeunt naturam, oleoſumque ſubinde lotium reddunt, vt ſuperius enarratum. aſt quę ſuapte natura putredini non ſunt obnoxia per aduſtionem marceſcunt, ſicq. biliosa putredini aduerſaria abeunt in marcorem per aduſtionem, indeq. vireſcens in vrinis pallor inſurgit ſine oleoſitate, perinde ac accidit in vrinis prærubris vireſcentem florulentiam habentibus, de quibus ſuperius dictum. prauum itaque lotium iſtud conditione humoris exundantis, & cauſæ offendentis. Sed maior prauitas adeſt, dum in acutis lotium eundem colorem perpetuò non ſeruat, ſed varianter ſe habet: quippe in iſtis corporibus, ait Hipp. 7. Aph. 33. vehemens fit turbatio, quia varij ac multiplices ſunt ſucci ſe exerentes, turbantque ſubinde corpora multiformiter, quod Philiſci comprauit euentus. hic enim quinta lotium varium mingens noctem habuit laborioſam, ſomni parui erat, ſermones deliramenta, extremitates vndique frigidæ non amplius recaleſcentes, obijt ſexta circa meridiem.

XIV.

Pernicioſa eſt etiam vrina nigram ſubſidentiam habens, & nigra in pueris tenuis magis quam craſſa. verum in tenuibus vice verſa, quam in craſſis. & grandinoſa geniturę ſimilis continenter effuſa, doloroſa.

584 DE nigra vrina abundè in ſuperioribus, & hæc ſi talis ſubſtantia & hypoſtaſi certum deſignat exitium, vt in Sileno. ſunt autem vrinæ nigrę alię tenues, aliæ craſſæ, quarum conſideratio ab ætatibus deſumpta eſt, quod in pueris deteriores perpetuò ſunt tenues, quam craſſæ. vt è contra minus periculi eſt in adultis ex tenuibus, quam ex craſſis. ratio diuerſitatis eſt, quoniam natiuus puerorum calor vigens, dum in multas agit humiditates, lotium turbat, illudue craſſum reddit, quod ipſum ab extraneo accidit ardore, quo tenerrimę partes liqueſcunt, & ipſi

& ipſi turbantur humores. ergo quam maxime puerorum corpora innaturaliter ſe habebunt, ſi tenue proferant lotium. aſt in adultis, quia natiuus iam deferbet calor, crudores exundant, membraque ipſa, vtpotè duriora reddita, non tam promptè liqueſcunt; propterea vt in iſtis craſſa prauis cum conditionibus euadat vrina, vehemens interueniat oportet cauſa, quæ prauam ei craſſitiem impertiat. inde eſt, quod quę grandinoſæ ſimiles genituris prodeunt, doloroſæ in iſtis ſunt, quia violentia ſumma eſt, quæ à ſolidis membris diuellit grandinoſa illa corpuſcula, frendent idcirco hæc, & dolitant. in Philiſtida enim ſecunda die vrinæ erant tenues, pellucidæ habentes quidam in medio genituræ ſimile, quarta die conuulſiones aduentarunt, quæ die poſtera interitum attulerunt. quoties enim tale quid prodit arteriæ, ſpinaliſque medullæ partes ardore affliguntur, quia ſolida, & dura liqueſcunt, (dum enim cerebri medulla defluit, turbatæ vrinę iumentorum ſimiles exeunt, vt inferius palam fiet.) inde & conuulſiones, vt in Philiſtida, & Eraſino, & delitamenta, anxietudines, vigiliæ, ſermones multi, & extremorum firmæ perfrigerationes, vt in Philiſco. notabilis autem fuit euentus illius qui in Dealcis horto decumbebat. is quum ſecunda die lotium excreuiſſet tenue, habent in medio pendens quiddam minutim diſperſum velut farinæ craſſioris, & genituræ ſimile, quadrageſima tandem poſt multas vexationes conualuit, idque factum ope egeſtionum malarum ex aluo interpoſitis vicibus fluentium à ſarcina noxiorum ſic exonerata natura, tandem iudicatoriè excluſit ſudorem, & pituitoſa alba ex aluo.

XV.

Pernicioſa eſt etiam vrina omnis, quę clam emittitur.

585 Facultates corporum retrices exolutæ ſua non amplius, vt par eſt, munia peragunt, pereuntque ſubinde hæc, aut ſine debita ſenſatione fiunt, quod haud infrequenter in mictionis accidit opere, dum aut perit prorſus cauſis aliàs enarratis, aut in ſua facultate fit, quod poſtremum in calculoſis deſperatam ſanationem: inſanis alioquin corporibus difficultatem: in acutis, magniſque affectionibus perniciem deſignat. quippe pernicioſum hoc in acutis eſſe demonſtrat exemplum mulieris decumbentis in mendacium foro quæ octaua die inſcia multum lotij emiſit, decimaquarta deceſſit pernicioſè ex laborioſo partu afflicta, quum primipara, & iuuencula eſſet.

At

Digitized by Google

XVI.

At in peripneumonicis pernicioſa eſt, quę in principio cocta, poſt quartam attenuatur.

586 ABundè ſuperius hac de re, dum de peripneumonia. ibi autem lethalis craſſa ante quartam attenuata, nunc pernicioſa, quæ poſt quartam. nam aliquandiù malum protrahitur, dum poſt quartam perniciosum hoc apparet inditium, quia intereunt nona die, dum ante quarta lotium attenuatur, deueniunt magis ad decimamquartam, ſi iſtud poſt primum circuitum fiat, quod in praxi non ſemel obſeruatum nobile artis documentum conſtituit.

XVII.

Pleuriticis vrina cruenta, caliginoſa cùm hypoſtaſi varia, indiſcreta lethalis plerumque quatuordecim intra dies.

587 EST quædam exitioſæ pleuritis, quæ magis ad dorſi partes ſpectans, ſic ab Hipp. 3. de morb. fuit delineata. Pleuritis, inquit, ad dorſum in tantum ab alijs differt. dorſum dolet veluti ex plaga, & acceruatim reſpirat. ſtatim autem ſpuit pauca, & corpus dilaſſatur tertia aut quarta die mingit ſaniem ſubcruentam. moritur autem maximè quinta die: ſin minus ſeptima, has ſi effugerit, vixerit, & morbus lenis fit, & minus lethalis: cuſtodire tamen oportet vſque ad decimamquartam diem. quin etiam hæc 2. de morb. hac eadem de re. Pleuritis, inquit, vbi corripuerit, & febris, & rigor tenet, & dolor per ſpinam ad pectus, & crectæ ceruicis ſpiratio, & tuſſis, & ſaliua alba ſub biliosa, & non facilè per tuſſim reijcit, & per inguina dolor eſt, & cruentam vrinam mingit. quum ita habuerit, ſiquidem febris ſeptima die remiſerit, ſanus euadit: ſi verò non remittat, deuenit morbus ad vndecimam, aut decimamquartam diem, & ſanè multi in his diebus moriuntur. at ſi decimamquartam diem tranſgrediantur, euadunt. hæ itaque ad dorſum ſpectantes pleuritides cruentum lotium emittunt, quia ſinus per dorſum dilabentes in lumbos vitioſum continent ſanguinem, qui dum ſanioſam induit naturam, cruentam mictionem reddit, & hæc ſi hypoſtaſim habuerit rubram, ac leuem, ſalutem promittit, vt inferius palam fiet: ſin autem contentum in vrinis caliginoſum varia, & indiſcreta cum hypoſtaſi eſt, exitium aderit intra quatuordecim dies, vt ex iam dictis conſtat. eſt autem lotium ζοφώδης proceloſum nempe, & obſcurum, quod denſam

ſam & tenebroſam habet nubem vndique diſperſam, vt eam deſignet ſpirituum vitioſitatem, quam atrabilarius inuexit humor nubem in vrinis contentam redens opacam, & tenebroſam, quod ſpectatum inditium cum prauis ad interitum, cum bonis ſeu mediocribus ad diſcrimnoſam morbi progreſſionem facit. nam in Pythiona vſque ad octauam vrinæ erant tenues decolores habentes nubiloſum quid pendens in medio, integrè is quadrageſima laborioſo cum abſceſſu iudicatur. Decumbenti in Dealcis horto decimaſexta vrinæ tenues habentes quid in medio vehens nubiloſum, quadrageſima & is poſt multa extalata pericula conualuit. Cherion quoque minxit lotium tenue, boni coloris, nubiloſum quiddam pendens in medio habens, reſtitutus eſt vigeſima. dum autem ſignum hoc prauis ſe adiungit vrinis increſcit malitia, quia ſolidæ fluidæ, ac ſpirituoſæ partes tunc labem recipiunt, vt nihil ſuperſit, quod opem ferre poſſit. tale eſt lotium, quod in pleuriticis cruentum, & caliginoſum eſt cum hypoſtaſi varia & indiſcreta, quia putrilaginoſitatem deſignat ſanguinis circa dorſi partes prauum ſuppuratum concipientis. propterea intereunt hi intra acutorum terminum, facta iuxta eorum conditiones ſuccorum circuitione.

XVIII.

Lethalis quin confeſtim in pleuriticis vrina praſina nigra cum hypoſtaſi aut furfuracea.

588 Vireſcens color in vrinæ toto corpore apparens diuerſimode ſe habet, vt magis ab albedine declinat, & ad nigredinem tendit, idque diuerſitate accidit cauſarum. nam viriditas candideſcens frigiditatem deſignat, à quo crudores adueniunt, ideoque lotium hoc perpetuò tenue, ac plerumque ſplendeſcens eſt. ad atritatem autem vergens porracea, aut æruginoſa euadit. æruginoſa viriditas perpetuò, & craſſa & obſcura; porracea quandoque ſplendeſcit, ſed craſſa eſt. naſcitur autem æruginoſa viriditas à torrida bile, dum in nigrorum tendit: ſed porraceus color fit à craſſo crudore, dum caloris deficientia eum transducit ad nigredinem, ideoque in pleuriticis praſinus hic color in vrinis apparens confeſtim lethalis eſt, quoniam morbus hic ſuapte natura acutus celerem coctionem expoſit, quæ quàm tardius ſe exerit, tam diu morbum protrahit, & pericula increſcere facit. & vt ſputa quæ praua ſunt, citum interitum promittunt, ſic & vrinæ, quæ ſtatim malam exhibent conditionem, confeſtim imminere exitium deſignant. eſt autem, vt ex dictis conſtat, vrinarum hæc vireſcentium conditio praua,

præ-

præſertim ſi prauam quoque hypoſtaſim habeat, cuiuſmodi eſt tum nigra, tum furfuracea. de nigra abunde iam quæ licet vt cauſa quandoque vtilitatem præſtet, vt ſignum lethalis perpetuò eſt, maximè in prauis vrinis, quales ſunt nigræ ſeu porraceæ excretæ. nam ſucci tunc ob deficientiam caloris in nigredinem abeunt, nigreſcuntque ſic craſſiores, ac ponderoſiores, ichoroſi vero ſtabilem ac craſſam viriditatem recipiunt. furfuracea demum hypoſtaſis eandem notat lethalitatem, quia ſi non à veſicæ ſcabie ſine febre talis euadat, reliquorum vaſorum pruriginem adeſſe arguit, quia ſucci mordaces ſunt à calore redditi, abeuntes mox in morticinium, vt lotium praſinum reddant, iſtiſque de cauſis vrinæ & vireſcentes, & furfuraceæ redduntur ad certum, citumque pleuriticorum interitum, vt ex iam dictis conſtat.

XIX.

In ardenter febrientibus ſtupefactorio modo peſſima eſt vrina valde alba.

589 PRoſecuti iam albarum vrinarum differentias ſumus, quantum ad remiſionem aut intenſionem attinet coloris, & dictum quod intenſè alba tum aquea, tum cryſtallina eſt, & potiſſimum poſtrema hæc, quia intenſè, puriſſima eſt, & omnem reſpuit ammixtionem, quam aquea natura admittit, vt inferius oſtendetur. valde ergo alba vrina eſt, quæ cryſtallina eſt, & hæc in ardenter febrientibus peſſima eſt, quia tunc ſiccus in intimis viget ardor, & tenues crudores ſe per anguſtos percolantes meatus exundant, qui dum ſit ardenter febrientibus catocham pariunt affectionem, exitium quoque moliuntur, vt faciunt reliqui crudores in pernicioſis.

XX.

Vrina cruda multo tempore manens alijs ſignis ſalutaribus abſceſſum, & dolorem ſignificat, & magis in partibus ſub diaphragma. ſi vero dolor in lumbis oberrarit, ad coxam & in febre, & ſine febre.

590 LOtium neque craſſius, neque tenuius quam conueniat, coloremque habens pro diuerſitate ætatum, complexionum, tempeſtatum, ſeu dietæ à ſubſpiceo in ſubaureum, aut ſubcroceum, ſuccorum alibilium coctionem monſtrat. contentum autem quod in hoc lotio apparet aut nubecula eſt alba ſeu, ſubrubra fundum matulæ petens. aut hypoſta-

poſtaſis quæ ſit vel leuis, alba, & æqualis; vel indiſcreta alba, & pinguis. vel ſubrubra, & lenis. cæteræ conditiones crudorem ſignant ad perniciem, vel ad difficilem ſaltem ſolutionem. ad perniciem quidem, quando reliqua praua ſunt: ad difficilem ſolutionem, quando hæc diù perſeuerant in morbis alioquin ſalutaribus, vt ſolùm indomabilem deſignent crudoris naturam, à qua & acriſiæ, & diuturnitates. ſunt autem vrinæ crudorem hunc gerentes tenues aliæ vlla abſque hypoſtaſi; aliæ craſſæ cum cruda hypoſtaſi. poſteriores iſtæ quanquam ad diuturnitatem faciant, occaſionem tamen abſceſſionum auertunt, ſi tales perſeuerent. nam ſi ab hac craſſitie, & hypoſtaſi recedentes, protinus in tenuitatem abeunt, abſceſſionum promptam occaſionem. ergo tenues vrinæ crudorem præſeferentes ſunt illæ, quæ abſceſſionum in morbis alioquin ſalutaribus anſam tribuunt, quia natura non prorſus obruta abſpellit crudores, & abſceſſiones parat ad partes infra ſeptum, quoniam hi ſola craſſitie, & viſciditate peccant, quocirca vel ad ſedem, vel ad artus procumbunt, vt eſt & horum poſitus, & meatuum diſpoſitio. quippe collecti in naturalibus viſceribus ſucci oberrantes per intima vaſa ad ſedem labuntur, ſtranguriòſamq. mictionem, aut dyſentericum fluorem, aut ſedis edunt apoſtemata, vt in Pythione, qui iudicatus decima cum vrinis tenuibus, habuit tandem quadrageſima abſceſſionem ad ſedem cum ſtranguriosa mictione. aſt ſi crudor à capite ſeu à viſceribus dilabens in lumbos ſe transferat, diuque illuc manens æſtuoſum pariat dolorem, quum & ipſe diuturnitatis author alijs non ſubiaceat excretionibus, recta vaſorum via tandem ad inferos artus procumbit, abſceſſionemque plerumque doloroſam, ſanatuque difficilem parit, quod & in febre per quam promptè euenire teſtantur Hipp. verba in ſuperioribus enarrata, & ſine febre id fieri comprobant renales affectiones in morbum cauatum venarum degenerantes, vt proditum ab eodem lib. de inter. affect.

XXI.

Liberaliter autem vrina emiſſa pinguedinem habens in hypoſtaſi, febrem ſignificat.

591 DVm caput incaleſcit, humoreſque cæteri ardore diſfluunt, profluit vbertim lotium, quia & adaperti ſunt ductus, & in arterijs multitudo adeſt ichorum. cæterum vt indiſcreta in hypoſtaſi pinguedo celerem iudicationem promittit, quia tunc tenerrimæ carnes ſolùm diſfluunt non ſiue febrili ardore: ſic illud ſubinde veritatem habebit, quod lotium liberaliter emiſſum, ſi pinguem habeat hypoſtaſim,

febrem

febrem adeſſe ſignificat, quæ celerem iudicationem habebit, & ad ſalutem, ſi & reliqua bona ſint.

XXII.

Cruenta verò vrina principio reddita, diuturna perturbata cum ſudore recidiuę. alba qualis eſt iumentorum cephalalgię: pelliculoſa conuulſionis: ſputiformes habens hypoſtaſes, aut limoſas rigorem denunciat. quę autem velut telam araneę colliquationem.

592 EST in pleuriticis lotium cruentum exitioſum, dum & caliginoſum eſt, & hypoſtaſim habet variam, & indiſcretam. quod enim ſolitariè cruentum eſt, non tale promittit exitium, ſed ſolam diuturnitatem gerit, dum tale exit morbo ipſo incoante. nam ſanguis ſanioſam non induens naturam, ſed ſolum incaleſcens, ſemotus eſt à ſpiritalibus membris, dum lotium caligine non offundit; nec ſolida membra premit, dum variam, ac indiſcretam non profert hypoſtaſim. ergo oppreſſio ſolùm ſpectat ad viſcera naturalia, & exin morbi naſcitur diuturnitas. nam renales morbi cruentum proferentes lotium diuturni ſuapte natura ſunt, & Hermocrates craſſum ac rubrum lotium protinus incoante morbo excernens, non niſi vigeſimaſeptima deceſſit. De perturbata cum ſudore vrina recidiuationum effetrice Nicodemi extat exemplum. hic quum prius tenues vrinas minxiſſet, vigeſima excreuit album, craſſum, depoſitum non ſubſidens, (tales ſunt vrinæ perturbatæ exitium haud præſignantes) ſudauit ea die multum, ac vigeſimaquarta ex recidiua iterum ſudore multo excluſo cum multa in vrinis hypoſtaſi conualuit. etenim dum iudicatorius prorupturus eſt ſudor, lotium quod prius tenue, craſſeſcit, & ex appoſitione vtilium ſuccorum quadantenus turbatur. & tunc coctionem integram molita eſt natura, quando ſegmenta hæc bonam efficiunt hypoſtaſim. ergo ſi turbatum manſerit lotium, edita, criſis haud integra erit, & propterea expectanda eſt recidiuatio, quæ ad ſalutem celeriter tendit, dum natura munus ſuum adimplet, vt in Nicodemo. Aſt ſi vrina ſic eſt turbata, vt iumentorum lotium reprehenſentet, alba nempe ſit, & vndique turbata, quales fiunt ex ſubſidentijs quum perturbantur, taleſque repoſitæ manent; tunc vniuerſalis eius deſignatio eſt cephalicarum paſſionum iam prægreſſarum, aut mox adfuturarum, vt ſcriptum eſt 4. Aph. 70. etenim pituita ab ardore liquata, ſic in vaſis quaſſatur, vt vndique lotio permixta illud firmiter & craſſum, & turbidum, & album reddat. quod ipſum medullaris tenerrima cerebri liquata ſubſtantia facit,

cit, ideoque vrina hæc cephalicarum paſſionum eſt ſeu pediſſequa, ſeu prænuncia, rectè propterea ſtatuit Sabinus lotium iſtud liquationem deſignare. cæterum obſeruatione conſtat, quod ſi intra acutorum terminũ talis prodeat vrina, certum imminet exitium, & quam ocyus prodit, tam ocyus quoque interimit: Secus autem ſi poſterius occurrat, ac quò vicinius acutis ſe adiungit, maiori cum difficultate iudicat, nec diſcriminibus caret, tardius autem ſe exerens citius dijudicat. nam Dromeadis vxor ſtatim minxit craſſum, turbatum, ſine hypoſtaſi, ſexta moritur. Philini vxor minxit vndecima craſſum album, quale fit ex ſubſidentijs quum perturbantur colore, & craſſitie iumentorum ſimile, obijt vigeſima. Qui in Dealcis horto iacebat decimaquinta lotium excreuit turbatum, quale ex his, quæ ſubſiderunt, fit quum fuerint agitata, quadrageſima tandem non ſine magnis periculis conualuit. at Nicodemus promptè iudicatur vigeſimaquarta, quum ſolùm vigeſima lotium craſſum, album non ſubſidens minxit. ratio eſt, quia dum liquamentum iſtud primis ſe exerit diebus acutiſſima eſt offendens cauſa, quæ ipſa per ſe noxium non ſeponit, ſed turbat, & agitat, ac ſubindè quod ſuapte natura eſt diuturnitatis, tunc fit grauiſſimorum ſymptomatum anthor. inde in Philini vxore quartadecima die dolores per totum aduentarunt cum delirio, & & in Dromeadis vxore prodijt illud lotium cum conuulſionibus à capite. aſt ſi vrina hæc appareat, dum morbus in diuturnitatem ductus eſt, vel id erit opus naturæ liquamentum non integrè ſecernentis, vt in Nicodemo; vel ſymptoma exundantis humoris inſequens conditionem, vt in decumbente in Dealcis horto. Sic ergo de iſtis vrinis iumentorum ſimilibus pronunciandum, ne nos fallat præſentio. hoc autem perpetuam habet veritatem, quod vrinæ tales prodeunt, dum cephalalgica mala adfuerunt, ad futuraue ſunt, & exin dolores per vniuerſum corpus ſe diffundunt à iam dicta liquatione, indoluereque omnes iam dicti ægrotantes. nunc pelliculoſa vrina conuulſionum prænuncia inferius data occaſione, nunc de ſputiformes, limoſaſque hypoſtaſes habentes rigorem indicantes. Sunt itaque ſputiformes vrinæ, quæ albæ & mucoſæ euadunt ab exundantia pituitæ & crudoris, quę ſpumeſcunt agitata, vt exin lacti acetoſo ſimilis, dum turbatur appareat. Subſident autem hęc pituitoſa ſputiformia, quia corruptionem gerunt, hypoſtaſeſque ſubinde limoſas efficiunt, quia ſubſident, perinde ac faciunt ſputa tabidorũ in mare poſita, & eſt lotiũ hoc rigoris prænuncium, quoniam viſcera prauè affecta in ſuppuratum ſeu abeunt, ſeu iam abiuerunt, & inde rigores, in iudicatorijque ſudores alui turbationem pernicioſam promittentes, vt in ſuperioribus enarratum. Demum ſolidarum partium tunc pinguedo liqueſcit, quando in vrina pin-

guedo inſtar aranei tela innatat; quippe tunc viget torridus ardor adipoſas prius partes liquans, mox ſolidiora inuadens maraſmum tandem excitat, in acutis quidem ad promptum exitium, in reliquis ad diuturnam phtiſim. Aſt dum ab acutie adipoſa membra liqueſcunt, pinguedo lotio innatans conferta eſt, vt 7. Aph. 35. proditum: dum autem tenuis eſt hęc innatans pinguedo, tunc diuturnior eſt morbus, quia minor eſt ardoris validitas, ſenſimque liquat, licet pertinaciter.

XXIII.

At in febribus erraticis nigra nubecula quartanam denunciant. decolores autem nigra innatantia in medio habentes, idque cum vigilijs & turbatione, phrenitica. cineroſæ cum diſpnea hydropiſicę.

593 DVm inſtat autumnus erroneæ, ac intermittentes febres facilè in quartanas degenerant, quia ex erroneis inſultibus diutinè affligentibus tandem conſurgit bilis atra, quæ & ipſa, dum talis ingruit tempeſtas; Suapte natura ſe exerit: & hac de cauſa in quartanas tranſeunt erroneæ febres propter contumaciam, & crudorem ſuccorum aliàs ſolutiones reſpuentium. Porrò talis fit tranſitus, dum nigræ in incocta vrina apparent nubeculæ, quia tunc niger ſuccus inuadit ſpiritus, quod leniter fit in morbo contumaci, at non pernicioſo: ſin autem pernicioſa ſint, quæ offendunt, vt putà ſi vigiliæ infeſtent cum turbatione, appareantque nigra innatantia in vrinis decoloratioribus, quæ tenues, & aquoſæ ſunt, vice quartanæ phrenitis accedet. quippe attritas tunc additur ſpiritibus pernicioſè ſeſe habentibus propter firmã affectionem, quam innaturalis æſtus in ſpiritales partes inuexerat, & propterea ſignum hoc in iſtis phrenitidis promittit aduentum. vrina enim decolor cum tenuitate in pernicioſis delirij eſt prænuncia, vt in Philini vxore: & nigra innatantia fuerunt vigiliarum, & delirationum præſcia in Epicratis vxore, & in alijs deinceps pernicioſè ſe habentibus. Cineroſe autem vrinæ ſunt, quæ lixiuij inſtar, & decolores ſunt, & cineroſa quædam diſperſa habent corpuſcula, quæ naſcuntur, tum ab exuſto phlegmate, tum à pure poſt diutinam moram citato, & hæ ſunt illa quæ ſpiritales partes incommodant, illaſq; ad hydropiformem ſtatum redigunt, vt in ſuperioribus enarratum: de hydrope quoque dictum, quod vrinæ in hac affectione paticæ, & turbatę, pernicioſę ſunt.

Vrina

XXIV.

Vrina aquoſa, vel turbata arenida aſperitate, liquidam fore aluum denunciat.

594 IN tertia ardentium conſtitutione 3. in 1. Epid. deſcripta dyſenterici plerique ægrotantes euadebant, quia poſt incompletam iudicationem aquoſum mingebant lotium, quod inditium quoque mox ad futuræ hæmorrhagię prębet in turbulentis motionibus, vt aliàs oſtenſum, à quibus tamen alui malè afficiuntur, dum iſti in vrinis perſeuerant crudores. cæterum arenidę iſtę aſperitates in vrinis occurrunt, dum lotio ſe adiungunt minutim diſperſum ſeu aduſtum phlegma, ſeu pus è longinquis partibus ſe exerens, vt pro in non leuorem, ſed arenidam ac friabilem aſperitatem exhibeant, quia aduſtionem ſubierunt. hinc aluus liquida fit conditione ſuccorum ſuppuratum præſeferentium, quod & empijs ad exitium contingit.

XXV.

Valdè verò tenuis vrina ſi denſa fiat, num ſudorem venturum indicat: iam vero factum ſpumoſa, inſeque ſubſidens.

595 DEnſa vrina eſt, quę & craſſa, & turbata, ſeu confuſa eſt. fit autem talis à valdè tenuis ammixtione humorum craſſorum attenuationem ſubeuntium caloris ope. & quia bonum præbet inditium vrina, quæ prius tenuis mox craſſeſcit; ſic denſa apparens aliqualem ſalutem promittit, quanquam diſcriminibus plena, dum alia ſigna praua ſunt. præſtat enim, vt potius ſeſe agitet noxius humor, quam inſidiosè quieſcat, dum crudores vigent. denſatur autem lotium prius tenue ad futurum præſignandum ſudorem, vt in Nicodemo. Sed dubitanter dictum, quoniam & cephalicarum paſſionum denſitates iſtę ſunt prænuncię. Quod autem deſpuma ſe exerente in vrina poſt ſudorem, veritatem habet, dum ſudoris excluſionem præueniat denſitas lotij, adeo vt poſt ſudoris exitum craſſa maneat vrina, & hypoſtaſim faciat. nam tunc familiaris vrinę ſpiritus, vt craſſius in hypoſtaſim transfert, ſic quod tenuiſſimū eſt, in ampullas eleuat, quia adhuc in humore ea viget turbatio, quæ ſudorem excluſit, & hic integram fecit iudicationem, quum deinceps exit lotium craſſa cum hypoſtaſi, & ſpuma. Secus autē de tenui, & ſpumoſo, quia & imbecillitatē caloris naturi, & cephalalgicas denunciat paſſiones: aliàs in craſſo lotio nō prius viſæ bullę deſignant naturā coctioni ſtudere.

XXVI.

In tertianis horriferis nubeculę nigrę, horroris inconſtantis inditia ſunt.

596 IAm dictum, quod nigrę nubeculæ in erroneis febribus tranſitum in quartanam promittunt. ergo & in horriferis tertianis iſtæ veluti nubeculæ nigræ inconſtantis horroris erunt inditia. nulla enim ſalutaris ex horrore expectanda noxij excluſio, quando bilioſum in nigrorem tendit, ſeu ipſe niger ſuccus ſe exerit horroris effector vice rigoris ſuapte conditione à bile proficientis. ergò ſummè & laborioſa, & diſcriminoſa, & inconſtans erit illa tertiana, quæ & horrorem habet, & veluti nubeculam nigram in vrinis profert, quia tunc etiam atra recrementa ſe exerunt. ex quorum commixtione mala quamplurima adueniunt.

XXVII.

Membranaceę vrinę, & quę cum horrore ſubſiſtunt, conuulſorię.

597 COrpulentiora vaſa, cuiuſmodi ſunt arteriæ à mordaci ſucco quadantenus exeduntur abſque ruptionis periculo, porriginemque dum ſubeunt membranoſa quædam ramenta per lotium proferunt ab earum interna tunica diuulſa perinde ac accidit in inteſtinis à dyſenteria, & in vrinaria veſica à ſcabie. mordaces ergo, & exedentes vigent in intimis ſucci, quorum vi arteriæ porriginem hanc contrahunt, vt & ipſæ & humores vigentes conuulſionibus anſam præbeant. Subſident autem vrinæ iſtæ cum horrore, quando ſupprimuntur doloroſa aliqua ex occaſione, qualis potiſſimum eſt ſpinalis medullæ affectio, de qua aliàs dictum, quod ex dorſo horrores frequentes, & cito tranſeuntes ægrè tolerari poſſunt: vrinæ enim doloroſam interceptionem ſignificant, inſuper ex ſudare peſſimum eſt.

XXVIII.

Vrina vtilem habens hypoſtaſin de repente non habens laborem, & mutationem ſignificat. at ſubſidentiam habens turbatam reſidens, rigorem circa criſim. fortaſſis autem tranſitum in tertianam, aut quartanam.

598 VT integram ſalutem pariant coctionum ſigna, ſtabilia ſint oportet, nec poſſunt hæc de repentè in aliud faceſſe ſine diſcrimine. hinc eſt, quod vtilis hypoſtaſis in vrinis ſpectata, ac repentè recedens, parit aut laborioſum dolorem, aut morbi in alium mutationem. cæterum laborioſus dolor aut ante it hanc hypoſtaſeos retractationem, aut in ſequitur. etenim vigent craſſa, quæ à natura per coctionem ſecreta lotio ſe adiungunt, vt ſubſideant; ideoque ſi dolor quiſpiam ante retractationem occurrat, laborioſus is vtique erit, quia pondus non excuſſum corpora aggrauat, nec vllam amplius in lotio ſubſidentiam exhibet, quæ ſi antea fuerit, & ſe retrahat de repentè, neceſſe eſt, vt pariter membra excipientia laborioſè affligat. quanquam enim vtilis hypoſtaſis ſuccorum miteſcentiam gerat, corporibus tamen alienum illud eſt, quod à natura ſuis ex ductibus abſpellitur, ideoque iſtud dum in intimis remeat, non poteſt non offendere ſaltem copia, & innaturali mora, quibus de cauſis laborioſa naſcitur afflictio, quæ ſoboles perpetuò eſt plenitudinis. mutationem quoque morbi repentina hæc hypoſtaſeos euaneſcentiam deſignat, quia vtile quod prius ſe exerebat, vel de repentè in alienam ductum naturam aliò curſum flectit, morbumq; prioribus diſſimilem, parit quod vix contingere poteſt. nam quod prius vtile erat, nequit tam protinus in alienam tranſire naturam, ſed oportunum requiritur tempus exhibens ea ſigna, quæ hanc in diem ſe facientem mutationem oſtendunt. altera ratio eſt, quæ veriùs facit, vt quæ prius vtilis erat hypoſtaſis momentò recedat, dum nempè crudus aliquis de repentè inſurgit humor, qui naturę in feſtus omne eius inceptum laudabile opus auertit, & ſuę naturæ analogum morbum alium profert, quod accidit vel ab occulta doloſitate, vel ab ægrorum intemperantia, vel etiam à medentium imperitia. cæterum quod dictum de vtili hypoſtaſi repentè euaneſcente; idem dicendum de turbata vrina ſubſidente, cuius hypoſtaſis ſi repentè euaneſcat ante iudicationem, rigorem ad futurum denunciat. nam vrina turbida micta paulo poſt reſidens, parum inæqualis turbulentiæ adhuc ſupereſſe arguit, cuius turbulentiæ ipſa natura domina properè craſſum à liquidiore ſegregat, morbum idcirco ſoluit per excluſionem noxiorum

lotio ſe ammiſcentium . aſt ſi recrementa hæc inæqualem turbulentiam facientia manean de repentè in intimis, tunc ipſa prorrigata natura rependentem aliam ſudore factam vtilem promouebit excretionem, quam præueniens rigor denunciat. ab humoribus ergo inæqualiter turbatis naſcitur rigor, & à dominio naturæ deinceps ſudor, dum & humores, & meatus ſunt ad hanc excluſionem parati . nam ſi contumacia interuenerit aliqua, tunc morbi fit tranſitio in aliam naturam, & febris, quæ prius turbulentię ratione continua erat, euadit ex acceſſu rigoris intermittens ſeruans tertianam, aut quartanam periodon iuxta conditionem humoris in turbulentia præualentis. quum enim tranſitus is à bonis naſcatur inditijs, non poteſt non aut ſalutaris eſſe, ſi rependentem habeat exitum: aut ſolam diuturnitatem afferre, ſi acriſiam faciat. febris itaque continua ad ſalutem tendens ſic repentè ab acriſia mutata, in intermittentem degenerat, niſi quid mali ſe opponat, quod prauum aliquem laborem faciat, vt non rarò contigiſſe compertum, dictum idcirco dubitanter.

XXIX.

In pleuriticis vrina ſubrubram habens leuem hypoſtaſim, tutam criſim denunciat. ſub viridi autem cum florulentia, & alba hypoſtaſi etiam celerem. at pręrubra florulentia quę viridem habet hypoſtaſim leuem exactam longi & valde turbulenti eſt morbi in alium tranſeuntis, nō tamen pernicioſi. alba verò aquoſa quę hypoſtaſim habet fuluam craſſas polentę partes referentem, laborem & periculum portendit. & quę viridis eſt rubram, & inſtar craſſioris farinæ habens hypoſtaſim longi & periculoſi eſt morbi.

599 ET ad ſecuritatem, ſeu diſcrimen, & ad celeritatem ſeu diuturnitatem in morbis febrilibus lotium momentum maximum habet. nam & in pleuritide, quæ ſputu præcipuè iudicatur, lotium prædicit euentum tutum, aut pernicioſum, celerem aut diuturnum. quippe de ſecuritate in hæc, cunctiſque alijs inflammationibus certiſſimus, dum vrina hypoſtaſim habet, ſubrubram, & leuem, quæ per ſe, vt in ſuperioribus enarratum, ad ſecuritatem facit, per aliud vero ad celeritatem quoque inferius etenim dicturus eſt, quod vrina cito hypoſtaſim habens citam ſolutionem ſignificat: ac perinde vt ſputa mixtim flaueſcentia celerem in pleuriticis iudicationem promittit, ſic etiam bilis quadantenus vireſcens in vrinarum florulentia albam hypoſtaſim habentium, celerem iudicationem denunciat. tenuis namque eſt bilis; quæ ſolùm in florulentia ſe profert, & quia alba hypoſtaſis ad integram ſignandam co-

ctionem facit, ideo vrinarum, conditio hæc apparet ad celerem iudicationem. omne quippe punctum attingit, & per coctionem craſſorum ad albedinem adactorum, & per ſeparationem bilioſorum tenuium nutritionem impedientium, ſicque & celeritatis, & ſecuritatis inditia in pleuriticis habemus. videamus modo vrinæ, quæ & ad diuturnitatem, & ad malitiam faciunt: nam aliæ ad diuturnitatem ſolam faciunt, & non ad perniciem, aliæ labores & pericula promittunt, aliæ diuturnitatem, & pericula gerunt. naſcitur autem in acutis diuturnitas plerumque ex tranſitione vnius in alium morbum, qui vt plurimum acutus eſt, & ſecurior, ſi curationi magis pareat. Sic à pleuritide tutior naſcitur peripneumonia, quam ſi primigenea hæc eſſet, quam tranſitionem edit morbi turbulenta, quæ dignoſcitur ex vrinis prærubris florulentis cum vireſcente hypoſtaſi leui, & exacta, ſeu ſincera. nam quia prærubræ æſtum ſanguinis, ſed quia is color in ſola florulentia manet, tenuiſſima eſt bilis, quæ torrefactionem ſubit, & hoc non ad celeritatem facit, quia hypoſtaſis vireſcens eſt. aſt quia leuis hæc, & ſincera, non perniciem, ſed contumaciam defert. ergo ex hac inæquali rerum conſtitutione morbi præſagienda eſt diuturnitas non ſine turbulentia, & morbi tranſitione, ratione bilis adustæ in efflореſcentia vigentis. Cæterum quæ albida eſt vrina aquoſa cum fulua hypoſtaſi ſimile grandinoſę farinę, laborem, & periculum denunciat. nam periculum eſt ex albida, & aquoſa vrina, quæ in acutis eximiã ſuccorum cruditatem gerit: laborem excitat crimnodea hypoſtaſis, quæ talis fit à ſanguinis torrefactione, carniumque inæquali tabeſcentia. Quumque alba & aquoſa vrina in diuturnis morbis & difficulter iudicet, & tuta non ſit: crimnodea quoque in acutis laborem hunc exitioſum deſignet. ergo alba, aquoſa, & crimnodea laborem, & periculum in pleuriticis deſignabit, potiſſimum ſi crimnæ iſtæ flammeæ ſint, vt ardorem ſummum adeſſe in intimis oſtendant. Quæ demum diuturnitatem cum diſcriminibus in pleuriticis præſagiunt, ſunt cum virore palleſcentes fuluam habentes crimnodeam hypoſtaſim. nam quandam faciunt diuturnitatem, quia bilioſum quid excernunt tum corpori vrinæ ammixtũ, tum ſubſidens cum carnium tabeſcentia: ratione idcirco huiuſce excretionis morbus tranſilit auctorum terminum, proceditq; vt plurimum per quintanum circuitum ad decimamſeptimã, & vltra. periculoſus tamen, ac diſcriminibus plenus eſt hic morbus, ratione ſuccorum offendentium, & partium læſarum firmam affectionem ſubeuntium, ac ni protinus ſuis congruis arte, ſeu natura comparatis deſiſtat auxilijs, conficit tandem ægrum.

XXX.

Vrinę quę in parotidibus citò ac pauliſper coquuntur, inutiles. & perfrigerari hoc modo prauum.

600 HAc de re ſuperius in tractatu de parotidibus. reuocanda ergo eadem ſunt ad memoriam, ne actum denuò agamus.

XXXI.

Veſica intercepta tum aliàs, tum cum cephalalgia habet quippiam conuulſificum. quę in his torbidè exoluuntur difficilia, non tamen pernicioſa. num & aliquantum mente mouentur?

601 INtercepta eſt veſica, dum non dimittit lotium, quia vacua eſt. nam ſi plena eſt, tunc dyſuria, aut ſtranguria adeſt. cæterum veſica lotium in ſe non recipit vitio aut ſeroſitatum, aut meatuum ad vrinariam veſicam ſe extendentium, quæ quidem vitioſitates aliàs proſecuti ſumus. quod etiam quippiam conuulſorium habeat veſica intercepta, præſertim dum cephalalgica adſunt mala, conſtat ex aliàs dictis. ſeroſitates etenim per arterias diſcurrentes, ſi ſuo ex veſica libero careant exitu, ſanguinem ſpirituoſam temerant, mordacemque nanciſcuntur naturam, quæ occaſiones, vt conuulſionibus anſam tribuunt, ſic inæqualitatem ſpiritibus donant, quæ delirationum eſt effetrix, ſed quia iſtud non perpetuum, ideo problematicè poſitum. Porrò inde torpidæ naſcuntur exolutiones, quoniam ignis multa aqua obrutus torpet, ſegniterque ſuis in operibus ſe habet, ſuntque torpidæ exolutiones hac occurrentes de cauſa, vt & reliqua inde exorta difficilia quidem ſolutu, ſed non ſuapte natura pernicioſa, potiſſimùm ſi lotium ſit interceptum inſtrumentorum, & non ſuapte vitio. id enim deſignat κύστις ἀποληφθεῖσα hoc eſt veſica, non autem vrina intercepta. nam ſi præpedimenta tollantur, inde exorta malè per quam facilè deſiſtunt. idcirco hæc vitio inſtrumentorum edita ſunt δυσκολα, non autem ὀλέθρια, perinde ac ſunt τὰ μετὰ ῥίγεος ἐπισχ' μθνα οὖρα, quia vrinæ ſunt intercepta, vt in initio harum enarrationum dictum.

XXXII.

Renum dolor repentinus cum vrinæ ſuppreſſione calculorum, aut vrinarum craſſarum mictionem ſignificat: tremores ſenioribus in febre fiunt; atque ſic comparentes fortaſſis calculos meiendo emittunt.

602 IN renibus, inquit Hipp. 1. in 6. Epid. dolor grauis fit, qui & repentinò accedit, dum quod offendat illuc nō ſtabiliter hęret, ſed ex motione quam ſubit, partem dilaniat. corpulentum autem illud eſt, quod obtorpeſcens alioquim membrum cruciat, quia violenter impetit, & hoc quidem in primo renali morbo lapilli faciunt, in anguſtijs ſe transferentes vreterum: in quarto vero renali morbo illud ipſum contingit à craſſa pituitoſa exundantia, quę in Scopo etiam fuerunt obſeruata. ac licet in cæteris renalibus morbis, dum aut rumpuntur vaſa, aut ex abſceſſione mordacium vlcus editur; acuti inſurgant dolores, qui miteſcentes denuò recrudeſcunt, non dicuntur hi repentinò accedentes, quoniam ad hunc laborioſum ſtatum renes ſenſim deueniunt. ergo repentinus occurrit dolor aut à craſſo abſcedente ſucco, aut à lapillis ſe inſinuantibus in vreteras: idcirco ſi hæc ſunt, quę vrinę exitum impediunt, alterutrum horum expectanda erit excretio. ſeneſcentibus autem iſtud à febre quandoque contingit ſiue quia impedita hęmorrhagia curſum flectit ad vrinarios ductus facitque ſtranguri oſam ac laborioſam mictionem, ſiue quia mordax aliquis illuc delatus ſuccus calculum quieſcentem cit, ac impellit, vt doloroſa inde vrinę naſcatur ſuppreſſio, quę cuncta vi febris facta habent in ſeneſcentibus tremorem adiunctum, quia arterię mordaci, craſſoque degrauatę, ac prorritatæ ſucco tremunt. dubitanter autem dictum egredi inde calculos, quoniam & craſſus humor per abſceſſionem ſic quandoque ſe exonerat.

XXXIII.

Vrinę ſuppreſſio & grauitas in imo ventre plerumque ſtillicidium vrinę ſignificat futurum. ſin minus alium morbum ex quo ęgrotare ſolet.

603 DE ſtranguria ſuperius ſatis. conſtat autem, quod dum grauitas eſt in imo ventre cum vrinæ ſuppreſſione huiuſce affectionis plerumque euentum aderit, niſi alius ſit morbus ex quo æger ſoleat affligi. grauitas enim in imo ventre percepta vrinæ ſuppreſſionem

edens

edens, adeſſe circa veſicam pondus oſtendit, ſiue iſtud lotij veſicam diſtendentis multitudo ſit, ſiue craſſius corpus veſicæ collum vreteraſue opprimens. quippe lotij multitudo ſe in veſicæ capacitatem colligit, quia vel calculus, vel tuberculum obſtruit eius collum, & tunc dyſuria fit, quia non ſtillatim, ſed ſumma cum difficultate vrina exit; quod impedimentum ſi fuerit ſublatum, liberè lotium exit, & hac ratione veſica diſtenta veram non parit ſtranguriam, ſed dyſuriam potius. craſſi autem humores, potiſſimum ſi inſimul mordaces ſint, ſiue veſicam ſiue vreteres ductus aprehendant, verum ſtillicidium pariunt. nam & impedimentum tunc, & irritamentum occurrit, vt ſtillatim lotium prodeat, quod ipſum & ſcabioſa facit veſica, & lapilli vreteribus, ipſiſue renibus hæreſcentes, præſertim ſi mordacitas aliqua adſit. ſtillicidium ergo aduentabit ex hac vrinæ ſuppreſſione cum grauitate in imo ventre, ſi iam dictæ interueniant occaſiones, quæ ſi abſuerint, neceſſe eſt, vt vrinæ ſuppreſſio cum hac grauitate alijs naſcatur de cauſis, quibus ægrotare homines conſueuerunt, & iſtæ ſunt, aut calculus in veſica, aut tuberculum, aut adnata caro, aliudue quid quod vrinæ exitum tollat, pariatque non verum ſtillicidium, ſed dyſuriam potius, quod eſt attendendum in iſtis occurſantibus ſymptomatis, ne nos cauſarum fallat cognitio.

XXXIV.

In ileoſis vrinę interceptio breui occidit.

604 ET ab vrinæ ſtillicidio voluulus accedens ſeptima perimit, ſi non febre accedente aceruatim vrina prodeat. & voluulus ipſe ſuapte conditione citò occidit. nam Eutychides voluuloſus tertia, & mulier aput Pentimedem eadem, aut altera die deceſſerunt. in ileoſis ergo citò occidit vrina intercepta dictis de cauſis. quod ſi id in bilioſis euenire dicas, parem veritatem habebit, quia in iſtis ardor vaſorum, & viſcerum facit, vt ſuppreſſum lotium promptè ſe in ſuperas efferat, cephalalgicaque inde eueniant mala, quæ tam in bilioſis quam in ileoſis citò occidunt.

XXXV.

Vrina in febre denſitatem habens diuulſam recidiuam, aut ſudorem denunciat.

605 QVod vrina tenuis mox denſata ſudorem denunciet iam ex hiſtoria Nicodemi comprobatum: quod autem recidiuatio-

nem

nem notet, ſi denſam manens hypoſtaſim nullam habeat, ſuadet ratio; quia turbulentum in venis adhuc eſt recidiuationum author, vt de Nicodemo iam dictum.

XXXVI.

In longis febribus exiguis, & erraticis vrinarum tenuium mictiones lienoſę.

606 Longæ, & erraticæ febres, aliæ pernicioſæ, vt quæ in Pario: aliæ ſalutares, vt quæ exiguæ nullam perniciem, ſed ſolam diuturnitatem, ſanationiſque difficultatem gerunt. quia enim erroneæ, multiplicem habent humorem, ex qua congeſtione, ſi tandem emergat præpolens atra, inſurgit quartana præſertim, dum poſt diutinam ægrotationem inſtat autumnale tempus. fons autem ſuccorum nigrorum ipſe eſt Lien ab infimo ventre aliciens præter modum aquoſa, & acida, quibus ſanguinea ſe replent vaſa, dum maior eſt horum ſuſcepta copia, quam quæ per vrinarios ductus ſe exonerat. inde lotij tenuitas ad aqueam naturam tendens, quod vt diuturnitatis ſignum ratione crudoris vigentis; ſic in iſtis longis, erraticis ac exiguis febribus huiuſce crudoris à liene deſignat acceſſum, vt plerumque quartanæ mox inſurgant, nam & in magnis febribus ſtatas periodos habentibus vrinarum hæc tenuitas, & crudorem, & grauorum ſymptomatum acceſſum prædicit, quia cauſæ efficientis inſequuntur conditionem: ſic in exiguis erroneis, ac diuturnis non agentis, ſed materiæ conditionem repreheſentant, quia nempe aquei crudores ſe in ſanguineis vaſis transferunt, vt his obruta natura, at non ſuopte defectu; coctionem integrant ſuccorum alibilium moliri nequeat, & quia à lienea quoſa hæc in arterias veniunt, propterea iſtæ tenuium vrinarum mictiones lienoſę dicuntur. laborat quippe lien tunc innaturali aliquo ardore, quem arteriæ æſtuantes ipſi impertiunt; & ex in aquoſitatum fit inopportuna ſuctio. & hoc arcanum haud leue eſt in medica arte, quoniam non rarò contingit, vt erroneę iſtæ ac diuturnæ febres deſiſtant ſolo refrigerantium dulcorem aliqualem præſeferentium vſu, redditque ad mediocritatem debitam lotium, quod prius tenue & aquoſum erat.

In

XXXVII.

In febre interdum varias reddi vrinas, longi eſt morbi.

607 VAriæ ſunt vrinæ quæ ſæpè tum in ſubſtantia, tum in colore, tum in contentis mutantur, quæ varietates ſi confertim occurrant in pernicioſis, certum exitium prædicunt, vt in Philiſco. at ſi interdum interpollatis vicibus accedant, ac præſertim in contentis ſe exhibeant, ad diuturnitatem faciunt. etenim corpora offendentes humores multiplices ſunt, non confertim ſe exerentes, ſed ſtatis quibuſdam temporibus, ideoque ad diuturnitatem, non ad perniciem. in Cleonactide enim poſt quadrageſimam, ac deinceps ad ſexageſimam vſq. vrinę erant variæ, modo hypoſtaſim habentes, modo ſine hac, protracta eſt criſis ad octuageſimam vſque.

XXXVIII.

Quæ immemoribus fluunt vrinę, pernicioſę. an verò ſic redduntur, vt ſi hypoſtaſim perturbaueris.

608 DVm facultates corporum retrices exoluuntur, malè ſe habent ægri. exolutiones autem iſtæ præſertim apparent in excretis, quibus voluntas imperat. nam ſi hęc à non recordantibus exeāt, vel non niſi ab admonitis, perniciem denunciant, vt ſuperius de iniuſſa vrinarum excretione dictum. quæſitum autem nùm iſtæ vrinę iumentorum ſint ſimiles, quoniam lethargicis, ac cephalalgicis iſtud ſępè ad perniciem, vt ex hiſtoria vxoris Philini conſtat. vndecima namque hęc minxit cum conuulſionibus multum ſerò admonentibus, craſſum album, quale fit in ſubſidentijs quum perturbantur, vigeſima ſummis cum laboribus occubuit.

XXXIX.

Quibus vrinę praua grumoſę non ſine febre, tenuium copia ex his emiſſa prodeſt: tales emittuntur ab initio, & celeriter habent hypoſtaſim, quibus vrina cito hypoſtaſim habet, celeriter illi iudicantur.

609 DVm vaſa vrinaria à ſuò non deficiunt munere, nec peccant aſſumpta, atamen imminuta eſt debita lotij quantitas, duorum alterum occurrit. vel quod oppilationes ſint in viſceribus, quę trāſitum

ſitum ſeroſitatum impediunt: vel quod vehemens febris vrinæ multitudinem abſumat, ciuſque curſum aliò flectat, & exitum tardet. vtcumque pauca prodiens vrina, aut tenuis eſt, aut craſſa. quæ tenuis & pauca eſt in longis affectionibus hydropem, & alia conſimilia mala portendit. in magnis febribus certum denunciat exitium, quia tunc in intimis ſummus viget ardor: obſeruatione ſubinde conſtat, deceſſiſſe omnes, quibus vrinæ tenues & paucæ ſunt. nam mulier aput Pentimedem, & altera ex abortu ſeptima periere. deceſſerunt quoque Apollonius trigeſimaquarta, Adoleſcens in Melibæa vigeſimaquarta, & Dealcis vxor vigeſimaprima. Quæ autem paucæ, & craſſæ ſunt, prauæ habentur, quia craſſi ſucci tunc hærent in intimis, ideoque ea inde timenda mala, quæ à denegatis naſcuntur effluuijs, iuxta conditionem ſuccorum antea ſe exercentium. nihilominus, quia prauitas hæc oritur à natura ſuccorum vigentium, & non ab agentis neceſſitate, propterea craſſæ vrinæ minorem malitiam gerunt, ſi deinceps cumulatim profluant tenues, quia pondus iam ſe excutit. & hoc eſt, quod nunc voluit deſignare Hipp. dum ait, quod ſi paucæ & grumoſæ ſunt vrinæ, ac deinceps multæ, ac tenues prodeant, hoc ad ægri vtilitatem facit. trombodeæ enim vrinæ dicuntur, quæ grumos quoſdam nebuloſos inæqualiter per totum vrinæ corpus diſperſos continent, quod in craſſis potiſſimum vrinis accidit, quoniam à craſſis ſic grumeſcens pendet humoribus, à quibus & ipſa vrinæ ſubſtantia plerumque craſſeſcit, & impedimenta prodeunt liberum eius curſum tardantia, quæ mox diſtracta faciunt, vt cumulatim prodeat vrina. diſtrahuntur autem hęc, dum turbulentus flatus euaneſcit, redditurque exin vrina tenuis, quæ prius propter illam turbulentiam craſſa, & grumoſa erat. Ergo ſi iſtud ab initio contingat, dominatrix natura, quod turbulenter diſperſum erat, in vnum per coctionem colligit, ac in lotio hypoſtaſim quam celerimè profert. hoc autem ad ægrorum ſummam facit vtilitatem, quoniam ſubſidentiæ, quæ citò in vrinis occurrunt, citam, & celerem iudicationem promittunt, vt coctionum ratio ſuadet.

Epi-

XL.

Epilepticis vrinę præter morem tenues, & crudę, ſi repletio nulla adſit, morbi inuaſionem ſignificant, tum aliàs tum ſi ad acromium, ceruicem, aut dorſum labor, aut conuulſio incidat, aut torpor fiat corporis, vel perturbata obuerſantur inſomnia.

610 SI ad memoriam, quę aliàs de Epilepticis inſultibus reuocentur horum clara apparebit ſignorum ratio. nam epilepticorum mala ſiue naſcantur à liquata pituita defluente à capite ſic, vt quadantenus loca ſpirituum intercipiat: ſiue à vitioſo ſucco è viſceribus, liene potiſſimum educto, ac in eadem loca inſolita ac violenta motione delato; conſtat, quod in iam facta epileptica diſpoſitione, ſi pręter morem, nullaque interueniente crudoris repletione, tenues, & crudę appareant vrinę, caſus imminet. notanter autem crudori tenuitatem adiunxit, quoniam dum craſſę ſunt, licet vbertatem crudoris deſignet, meatus atamen vrinarij pateſcunt, promptè craſſos hos demittentes crudores, qui & interceptionum anſam tollunt, & abſceſſionum mala auertunt. dum autem tenuis eſt crudor, ſic vt lotium aquoſum, & cryſtallinum appareat, tunc, vt ex aliàs dictis conſtat, vaſa huic muneri dicata ſe coarctant, ideoque quod craſſius ex crudoribus eſt, intus manet, tenuius ſe exerit. ab hoc autem craſſo crudore vaſa ſpirituum intercepta, epilepticos edunt inſultus, ſi ſint ad id parata corpora, & alia ſe exhibeant ſigna ad iſtos anteuenientia inſultus conditione humoris offendentis, & partis noxium emittentis. nam ſi iſtud à capite depluat, laborioſum pondus ſe offert ad acromium, ad ceruicem, vel ad dorſum, prout eſt poſitus ſinuum defluentem ſuccum excipientium, qui prius membrum aliquod, deinceps vniuerſum corpus quatit. aſt ſi à viſceribus, liene potiſſimum viſcoſus, & acris humor ſe eleuat, aut torpidum corpus reddit, dum ſpiritus premit, & perfrigerat non ſine madore, aut turbulentis inſomnijs mentem exagitat, dum ſpiritus perturbat. vide quę hac de re lib. de inſomn. ab Hip. diuiniſſimè fuere prolata. ſunt ergo cuncta hęc in epilepticis imminentis caſus prenuncia.

Exi-

XLI.

Exigua quędam ſuperapparere veluti ſanguinis ſtilla, vrinas, ſudores vomitus, deiectiones eiuſmodi eſt quidem penitus malum, peſſimum vero quod frequentius reuerterint.

611 EST aliud cruentum, aliud cruorem mingere. nam cruentum lotium eſt, quando tota vrinę ſubſtantia cruorem refert, non quia reuera ſanguis in ſua exeat ſubſtantia, ſed quia iam in cruentam ſaniem verſus lotio ſe adiungit. mingitur autem cruor dum ſanguinea ſubſtantia exit ſiue mixtim, ſiue ſeparatim. ſeparatim quidem, ſi ſolus cruor ſe exerat, quod accidit, dum vena aliqua renalis pateſcit. ſic enim 4. Aph. 72. quicumque, inquit, ſanguinem inopinanter meiunt, his in renibus venulæ ruptionem ſignificat. at vnitim cum lotio ſanguinis exit portio in exulceratione renum, aut veſicæ, vt ſubinde pus quoque exeat. ſed accidit quandoque, vt neque vlcus, nec ruptio venarum adſit, ſed ſola contentio ardore facta, vt inde ſanguinis ſtillationes prodeant, perinde ac fieri dictum in hęmorrhagijs, quæ quidem ſtillationes prauę perpetuò ſunt vbicumq. appareant rationibus aliàs adductis. ac quod fieri dictum eſt in venis renum, & veſicę, idem quoque accidit his, quæ tum ad ambitum corporis ſpectant, tum ad ventriculum, ſeu ad inteſtina. inde enim ſtillationes iſtę vnà cum ſudore, vomitu, aut deiectione erumpunt, vt ſummam ſanguinis deſignent malitiam, dum vbique ſe exerunt, ſed peſſimum, ſi id frequenter occurrat, quia incendium pertinaciter vrit, quod nullum à phlebotomia alioue ſubſidio leuamen ſumit.

SECTIO TRIGESIMASECVNDA.

De Aluinis egeſtionibus.

I.

Deiectio alui eſt optima mollis, coagmentata, ſubfulua, non valdè graueolens, prodiens hora conſueta, copia pro ratione ingeſtorum.

612 DVM venę inteſtinales puriſſimam cremoris ſugunt ſubſtantiam, manent in anfractibus inteſtinorum craſſorum corpulenta quædam reiectamenta, quę nutritioni non

acco-

accomoda è podice ſe exonerant, vt cauum depleant. leuitant autem hæc & in quandam pultaceam coagmentationem tranſeunt, quoniam fæculenta eſt cibariorum ſe liquantium ſpuma, perinde ac accidit in lebete ex carnium decoctione, vel in deſtillatorio vaſe dum liquores fluentes fęces relinquunt in fundo. quę molles, niſi adurens calor eas in duriorem coagmentationem transferat, eſtque compacta ac coherens horum fæcum ſubſtantia, quoniam in vnum corpus euaſerunt cibaria glutino coherentia quodam, nec alienum quid aſſumens, quod eius coagmentationem diſſociet. nam bilis quæ ſtato tempore in interaneis ſe exonerat, quia & ipſa liquida eſt, iſtis vnitim ſe ammiſcet fęcibus, eaſq. & ſubfuluas reddit, & ſtata hora ad egeſtionem ſuo amore impellit, quod ipſum facit pondus earundem fęcum. inde quoque fit, vt nec nimium grauiter oleat, dum addita bilis ſincera eſt putredini aduerſaria, nec exundant crudores corruptionem ſubeuntes. dum ergo ritè hoc opus ſe habet, aluus fęcum eam quantitatem egerit: quæ proportione ingeſtorum reſpondet, quoniam venæ tunc alimentoſum ſuccum recipiunt, nec languent, nec excedunt in ſuo tractionis opere, ſicque reliqua coctionum munia integrè peraguntur, quod & ad incolumitatem ſeruandam, & ad morborum profligationem quam maximè conducit.

II.

Craſſeſcere autem decet ad criſim.

613 CRaſſeſcunt, quę liquida iam fluebant. fluunt autem ſic ex aluo recrementa, vel quia venę non ſugunt, vel quia eædem venę liquida recrementa euomunt. non ſugunt, vel quia craſſitie, viſciditateue aliqua obturantur, vel quia caloris ſunt deſtitutę fotu, vt ſubinde munus ſuum imbecillius peragant: vel demum quia cibaria debitam moram in inteſtinis non trahunt, quod accidit, dum peccant aut copia aut qualitate, vel ipſa inteſtina nimium leuorem habent. aſt euomunt vaſa, quia aut copia recrementorum à viſceribus emanantium grauantur aut eorundem ſtimulis prorritantur, ac licet exiguum ſit, quod deponitur, chylum tamen ſua aliena virtute conſpurcat, impeditque quo minus venę integram faciant ſuctionem, dum in eiectionis opere ſunt innaturaliter intentæ. iſtis ergo de cauſis liquida decurrit aluus, vt oſtendat innaturalem infimi ventris paſſionem, quam contrahit à propio ſeu ab alieno vitio. alienum vitium eſt, ſi vel aſſumpta cibaria peccent, vel ex alto liquati ſucci defluanr. ſed hæc propium ventris quadantenus conſtituunt vitium, quoniam vtrouis modo venę aut non ſugunt pro debito,

aut

aut innaturaliter euomunt. fęces itaque ex aluo præliquida ſe exoneran-tes aut ſunt à cibarijs aſſumptę, aut à recrementis ex alto emanantibus. quæ à cibarijs aſſumuntur, aut cremoris effigiem referunt, aut ſubflaue-ſcunt ſolùm. talis enim eſt conditio cremoris ſe deijcientis, ſiue ſolitarius ſit, crudorem referens, ſiue bilem naturaliter in aluum ſe exonerantem aſſumat ad ſubflauam colorationem. venæ namque, quæ tum à liene ductæ aqueum humorem ſugunt, tum quæ à iocinore vtilem cremoris partem alliciunt, à ſuo tunc feriantur opere; idcoque totum cibariorum liquamentum manet in inteſtinis, quod ſuopte pondere ac lubricitate labitur impermutatum, nec à ſuis recrementis ſecretum. quia ergo tunc natura à ſuo coctionis munere aberrat, nequit ad ſuam integritatem du-ci, niſi vitium hoc emendet: emendatum autem eſt, dum venæ debitam ſuctionem faciunt, quia hinc non amplius tota ſe deijcict cremoris ſub-ſtantia, ſed ſolum, quæ ſunt recrementa relicta, compacta inquam red-dita ab illa ſuctione. Quæ autem recrementa ex alto euomuntur, tenuia quidem ſunt, vt fluant, vel ſuapte natura, quia ſincera ſunt, vel ab ardo-re liquata. vtcumq. ſi natura iudicationem molitur, craſſeſcunt hæc ſeu ammixtione craſſorum fæcum remorantium curſum, ſeu ob miteſcen-tiam ardoris, ne deinceps liquata fluant. & hac ratione recrementa, quæ ſua tenuitate iam fluebant, morantur quadantenus, ac craſſeſcunt adiu-dicationem, vt prompta fiat vtilium coctio. quod intelligendum, dum iam in crudo morbo aluus liquata fluebat, quia ſi hæc perſeuerauerit li-queſcentia, omnis ſublata eſt ſpes iudicationis, vt de ardente proditum ab Hipp. 4. Acut. ſecus autem eſt ſi, dum morbi viget crudor, dura & adſtricta eſt aluus. nam ad criſim quandoque profuſa fit non ſine vtilita-te, dum natura in interaneis ea recrementa deponit, quę in abditis erant coacta. craſſeſcunt nihilominus deinceps poſt inutilium eiectionem alui fæces, vt deſignent corporis œconomiam integrè ſe habere.

III.

Commodum eſt etiam teretes vermes cum recrementis exire, dum mor-bus ad criſim tendit.

614 NOn ſemper in morbis ſalutaris eſt vermium exitus, ſed ſolùm dum hi ad criſin tendunt, & vermes exeuntes teretes ſunt. nam vt 4. de morb. proditum, naſcuntur vermes in inteſtinis, dum fæ-ces indebitam illuc moram trahentes putreſcentiam nanciſcuntur, & exin ope naturalis caloris agentis in humido conſiſtente vermes prodeunt. ſi enim liquatus crudor vigeret, vermes haud luxuriarent, quia ad eorum

ortus expetitur, & computreſcens humor, & natiui caloris perfectiua actio, quæ ſe in humore craſſeſcente exerit, vt viuentia corpora promat. inde eſt, quod in puerulis vermium exundat vbertas; quia in iſtis & natiuus calor, & craſſeſcentes humiditates vigent. quinimo in materno vtero ortum ſuum quoque habent iiſdem de cauſis. accidit propterea, vt in illis, quibus aluus pigrat, vermium gliſcat multitudo ſi iam dictæ interueniant & efficientes, & materiales cauſæ; adoleſcuntque vermes tunc triplici ſub effigie. nam alij teretes, alij lati, alij ſunt ad inſtar ſeminum cucurbitæ, qui vt effigie, ſic ſuæ gignitionis loco variant. teretes enim in tenuibus inteſtinis conſiſtunt, & illuc ſuum ortum habent: lati in craſſis: cucurbitulini è lato plerumque verme prodeunt, qui proinde & craſſis inteſtinis adhærent, & podici ſe affigunt, vt ſedem prortitent, indeq. Aſcaridum nomen, quia ſedem in intimis mouent, & exercent. cæterum vt teretum prompta eſt generatio ratione ſuccorum exiſtentium in tenuibus inteſtinis ad perfectionem tendentium, ſic & eorundem promptus eſt exitus, dum illuc aut ſuapte natura aut innaturalibus ex occaſionibus appelit bilis, huius namque infuſtum fugiunt amarorem; exitumq. ſubinde quærunt per infernas, aut ſupernas partes, prout ipſa bilis ſupernè aut infernè ſe exonerat. dictum idcirco r. in 2. Epid. autumnum ferinum ac cardialgicum eſſe, quia tunc bilis exuſta ſuperas partes petẽs, vt cardialgiam promouet, ſic feras exprimit, quod in vxore Eumeni annotatum legimus, de qua hæc. Eumeni, inquit vxor autumno vomuit bilem atram, & odores manifeſti, & febres horridæ. & cardialgicæ biliosæ, in breuis vomens & lumbricum. deiectiones tenues totum tempus ante occaſum pleiadum deſibebant, circa ipſas ſanguinis eruptiones, & breuiores febres, ac ſtatim reuertentes breuibus recidiuis, & cibum non capientes, excocti, anxij, & cardialgici, & ferini in iudicationibus, rigore inſuper affecti, & billioſi aſſodes. exeunt ergo vermes in billioſis febribus ab ipſa ſtimulati bile, quorum exitus minus eſt malignus, quam ſint ipſæ febres, tales autumno potiſſimum ſuapte natura exiſtentes: obſeruatum quippe horum facta excretione iuuamen haud exiguum contigiſſe, nam de Eumeni vxore iam dictum veniſſe hæc per plures recidiuas ad incolumitatem. Therſandri quoque vxor, & ſi non integrè, iudicata tamen manſit vigeſima, poſtquam lumbricum per os eiecit. ſenex quin etiam ille qui cum vxore ægrotabat, poſtquam cum pauco cibo craſſum euomuit lumbricum ſedatus eſt, & dormiuit, & ſanus erat ſenex hic, qui prius quid maniacum habebat: moritur tamen poſtmodum ob febrilem perniciem. id etiam in Homine calefacto obſeruatum legimus, qui quum ſeptima lumbricos eijciſſet, poſtera die ſano febre viſus eſt fieri, deceſſit

tamen

tamen vndecima propter affectionis lethalitatem. non ſine ergo ratione hæc ab Hipp. 1. in 2. Epid. Autumnum, inquit magis ferinum, & cardialgiæ, quanquam hæc minus maligna ſit, ipſo morbo tali exiſtente. quoniam nempe perpetuò ad ægri leuamen occurrit, vt lumbrici quoquouerſum exeant; nam vt ex ventris abundantia increſcunt, ſic ex eius turbatione exeunt. incaleſcente enim ventriculo, ait Hipp. 4. de morb. feræ ad exitum parantur: hoc autem plerumque ad vtilem turbationem facit. Scriptum idcirco 7. in 6. Epid. Vermium, inquit abundantiæ turbationem ferunt, vt Poſſidoniæ, & quæ feras ibi faciunt: nam nedum mens à feris, ſed & aluus ipſa turbatur, quæ turbatio adiudicationem facit, ſi ſtatis occurrat temporibus.

IV.

Spumans deiectio in acutis vndequaque biliosa mala. mala item præalba. his peior eſt puledcea ſtercoroſa. ſopor in his malus, & cruenta deiectio, omniſque adeo vaſorum depletio immeritò.

615 QVæ de ſpumoſo ſanguine quantum ad modum quo ſpumeſcit, eadem dicenda de ſpumoſa deiectione. Spuma namq; in ea apparet dum liquati ſucci ab alto per anguſtos ductus concitato motu feruntur. frequenti enim & aſſidua concuſſione ſpumeſcunt, dum aquea ſunt fluxibilitate prædiri, vt in aperto pelago contingere conſtat, quoties vndæ ſeſe inuicem collidunt: liquatus ergo & aqueus humor eſt ſpumæ materialis cauſa: efficiens concitatus motus, dum repercuſſum facit. fit autem concitatus hic motus in humore, qui ſuapte natura lenis, procumbit violentia quadam; talis eſt pituita, quæ dum liquata per anguſtos ductus à capite in inteſtina ſponte, aut pharmaco turbata deſcendit, ſpumeſcit promptè: quod ipſum alimentorum quoque faciunt reſidua, quæ nutricatui inepta ſolidis è partibus ad inteſtina iam dictis labuntur rationibus. nam & hæc ob adeptam leuitatem ſpumeſcunt, ſi ſpumæ effetrices adſint occaſiones. cæterum vt pituita à capite delapſa albicantem exhibet ſpumam; ſic alimentorum reſidua illis tinguntur coloribus, quibus prædita ſunt ea, quæ ſua noxioſitate morbum inuexerant, quia non rectà, vt quæ à capite, ſed per multos anfractus ad inteſtina labuntur, ipſa propterea ſpuma firma aliquo imbuitur colore, quod in ardentibus non rarò accidit, dum meraciſſima bilis liquatis ſuccis ſe adiungit, vt inde deiectio ſpumans ſit, & vndequaque bilioſa, tam ſcilicet in toto eius corpore, quam in ſpuma innatante. nam in alijs febribus haud infrequenter

contingit vt bilioſæ ſeu ſponte, ſeu prorritatæ exeant deiectiones, quæ ſpumam albicantem gerunt, dum pituitoſa agitata non mixtim, ſed ſeparatim ſe exerit, quia innatat craſſiori bile. quoties ergo ſpumoſa deiectio vndequaque bilioſa eſt, tunc meraca tenuis bilis exundat, quę prorſus ſe adiungit liquatis ſuccis, quod ſignum in acutis malum eſt, deceſſitque vndecima Silenus, quum prima die bilioſa, mera, ſpumoſa abunde colorata, & multa deijeciſſet. & in vniuerſum ſpumans hæc deiectio cuiuſcumque ſit coloris in acutis periculum affert. nam decumbens in Dealcis horto tertia die nigra, tenuia, ſpumoſa deiecit, liuida cum hypoſtaſi, ſummiſque difficultatibus quadrageſima tandem euaſit. de ea autem quæ præalba eſt, nunc eius ponitur malitia, quoniam in diuturnis exundantiam deſignat pituitæ ab ardore liquatæ: in acutis verò bilis aliò curſum flectentis etiam præbet inditium, dum per anguſtos ductus prodit ſolum, quod ex alba pituita liquatum, & agitatum eſt. Cæterum quod de pultacea ſtercoroſa deiectionem additur veritatem habet tum in omnibus morbis pendentibus à vitioſitate ſuccorum, tum præſertim in acutis. nam deijciuntur talia, dum ad inteſtina nil noxioſorum labitur, ſed totum intus manet, quod in diuturnis ad difficilem ſolutionem: in acutis ad perniciem facit. Eraſinus enim ſtercoracea egerens quinta moritur. in Dromeadis quoque vxore ſtercora bene prodibant, interitus ſexta. Philiſtidas talia egerens, quinta occubuit: Phreniticus quartam: Adoleſcens in melibæa vigeſimaquarta, & qui in Dealcis horto iacebat ſecunda die talia egerens, non niſi quadrageſima ſanatur. de ſopore autem à bile craſſa intus detenta oborto habemus exemplum filij Pithionis in Pella, qui egerens bilioſa craſſa conualuit, quia ſic malorum effetrix ſe deplet cauſa, quod minime ab alijs excretionibus ſperandum morbo haud analogis, & ideo in iſtis mala eſt cruenta deiectio, perinde ac mala eſt vrina cruenta, quæ in cephalalgia cum exolutione occurrit. quod ipſum de omnibus alijs dicendum depletionibus præter morbi rationem, ſic vaſa exhaurientibus, vt hæ concidant: huiuſce enim ceneangiæ præter rationem factæ vitioſitatem aliàs ex Hipp. enarrauimus.

V.

Aluus intercepta parua nigra velut caprarum globulus ad neceſſitatem coacta emittens, ſi naſus his eruperit malum.

616 QVoniam liquida fit aluus, dum venæ vel à ſuo ſuctionis munere deficiunt, vel indebitè reiectamenta euomunt. ergo dura, & intercepta hæc erit, dum maior eſt harum quam conue-

conueniat ſuctio, nec aliquid à viſceribus altiſue cauitatibus ſuſceptum deponant. tunc enim fęces duræ, & inglobulus efformatæ ad neceſſitatem coactè exeunt, vt potè omni lubricitate deſtitutæ. promuntur idcirco ſolùm, dum aut nimia copia premunt, aut aliquod aſſumunt irritamentum. perferrunt autem hi pondus quandoque per plures dies, quia in paruam molem recrementa hæc adacta leuia, & nigra euadunt, quia ſunt omni humore deſtituta: & hoc accidit, dum viſcera ſicco ardore æſtuant, & quadantenus tabeſcunt. nam lienis æſtuantia vaſa ichorem omnem è ventre ebibunt, qui niſi ardore inareſcat, ſeu aliò euocetur, copioſam mictionem facit, vt ſic parcior euadat alui deiectio, quippe obſeruatione conſtat, quod animalia parum aut nihil mingentia lienem aut nullum aut exiguum habent, ſed profuſa eſt horum aluus. huiuſce ergo ardoris ſignum præbet aluus ſic intercepta, quod eſſe ſuapte natura malum, mors vxoris Philini oſtendit. hæc enim prius combuſta pauca, deinde bilioſa abundè colorata egerebat, vigeſima deceſſit: in Hermocrate pauca combuſta prodibant, ictericus is ſexta die factus, obijt vigeſimaſeptima ex alui ſuppreſſione. Pythio ſupra Herculeum templum degens tertia die pauca compacta egeſſit, interijt decima. at decumbens in Dealcis horto quadrageſima conualuit poſtquam octaua ipſi ſeceſſus prodierunt nigri compacti, pauci, qui prius tenues, & ſpumoſi erant. vt hinc habeas pernicioſos eſſe tales ſeceſſus primis morbi diebus apparentes: minus ſi prodeant morbo ipſo iam progreſſo. nam Herophon iudicatur decimaſeptima cui quinta pauca, nigra prodierunt. vt autem ſeceſſus iſti ſuapte conditione mali, ita ſi is hemorrhagia ſe adiungat ſiue profluat, ſiue ſtillet, nulla inde ſperanda vtilitas. nam in ſuperioribus de hæmorrhagia hæc. Quibus, inquit, aluus ſuppreſſa prorumpit hæmorrhagia, & vnà in ſuperrigent, his aluus lienterica fit, & prædura, & aſcarides, aut vtrumque niſi enim prius infimi ventris ardor quadantenus miteſcat, non poteſt eſſe ſalutaris inde orta hemorrhagia; multo minus ſtillationes ardorem ſanguinis deſignantes, dum is per arterias in caput ſe propagat, vt vaſa contendat, & inflammet.

VI.

Glutinoſa, meraca, & alba deiectio inutilis quin etiam quæ multum eſt fermentata ſub pituitoſa. praua autem quæ ex concretis innatat ſubliuida, purulenta ſimul & bilioſa.

617 GLutinoſum quod in recrementis eſt, aut intus ex caloris actione gignitur, aut aſſumptus eſt à cibarijs, & hoc non ad pro-

gnoſticum, ſed ad cauſarum morbificarum notionem facit. aſt quod intus gignitur ſuo non caret euentu ratione cauſarum efficientium. quippe naſcitur viſcoſitas, dum aqueus ſuccus moram trahens pingueſcit, ac calore ſic craſſeſcit, vt viſcidus euadat, perinde ac in lactis coloſtro, ſeminiſque contingit ſubſtantia. & hac ratione aqueus à liene aſſumptus humor viſcoſiſſimus euadit, dum in hanc atræ bilis ſpeciem degenerat. inde etiam humiditas, quæ in peripneumonicorum lingua apparet tenuiſſima prius ac fluida, viſcoſiſſima fit, quia iſtis de cauſis in hanc conditionem degenerat. ergo & gluttinoſæ deiectiones, quæ meracæ, & albæ ſunt ab iſtis ſumuntur humiditatibus, quę crudorem album & aqueum præſeferentes profluxerant antea, mox ſuppreſſæ, dum ſitum contrahunt, ab ardore viſcoſæ fiunt: albæ ſubinde & meracæ apparent, quia ſolo ſumuntur crudore vllo abſque aliorum recrementorum additamento. Sunt autem tales deiectiones inutiles, quia licet craſſitudinem habeant, crudorē tamen gerunt, quia meracæ, & albæ. Cæterum ſub pituitoſæ fermentatæ fęces illæ ſunt, quæ albæ quidem à pituita, viſcoſæ ſunt & leues, non autem ſpumoſæ, ſed pultaceæ etſi innatent. nam ratione aſſumpti aliqualem coctionem exhibent, ſed quia ſubpituitoſæ ſunt, nec morbum penitus tollunt, nec malum euidenter inacuunt, & propterea hac de cauſa inutiles. Aſt certam gerunt prauitatem quæ licet concretæ liuidæ tamen bilioſo ac purulento ſucco enatant. Siquidem pituitoſa tunc non ſolo fermento concreſcunt, ſed iam corruptionem indempta ab innaturali conglobantur ardore. liuorem in pituita deſignat morticinium natiui caloris, dum is in corruptionem habit ob exceſſum innaturalis ardoris agentis in meracam pituitam. indicium autem huiuſce innaturalis ardoris præbent, quæ purulenta ſimul, & bilioſa egeruntur, idcirco prauitatem hæc promittunt, quia vndique corruptio viget.

VII.

Splendidioris ſanguinis deiectiones malæ tum aliàs tum in doloroſa aliqua paſſione.

618 DVm tertia quaque die vi febris ingraueſcunt lumborum cruciatus, expectanda eſt grumoſi ſanguinis egeſtio vtilitatem afferens, quia demit cauſam doloris effetricem, quæ craſſioris ſanguinis eſt vbertas, inhabilis ſubinde ad hæmorrhagiam promouendam, vtilem tandem grumoſi ſanguinis facit egeſtionem. & de hac eſt illud Hipp. 4. Aph. 25. Sanguis, inquit ſurſum qualiſcumque fuerit, malus: deorſum verò niger ſi deijciatur, bonum. Aſt ſi is ſplendeat, non amplius bonitatem,

tem, ſed peſſimam gerit conditionem. quippe aut ab arterijs emanat ſeſe violentia quadam reſerantibus, vel ab ardore ſummo viſceribus impertito, dum morbi viget crudor, ideoque nullam vtilitatem affert, perinde ac faciunt meracioris ſanguinis hæmorrhagiæ, ſiue ſubſtillent, ſiue profluant, & hoc potiſſimum veritatem habet, dum doloroſa adeſt paſſio aliqua ſpectans potiſſimum ad naturalia viſcera, tum ratione ſigni, tum etiã quia vtiliter tunc in primis circuitibus hæmorrhagiæ prodeat, vt in ſuperioribus enarratum. aſt ſi nulla vrgat doloroſa paſſio, tunc prodit aliquãdo ſplẽdeſcens à reſerratis hæmorrhoidibus vlla abſq. notabili noxa, ſed hoc rarò contingit, ideoque malum eſt ſplendidum ſanguinem egerere, tum aliàs, tum in doloroſa aliqua paſſione.

VIII.

Spumans deiectio circumfuſa bile, inutilis, tum inde fiunt icterici.

619 DE ſpumoſa deiectione abundè, quæ ſi vndique bilioſa eſt, mala: inutilis autem quæ ſpumoſa non vndique, ſed ſuperficietenus ſolùm eſt bile circumfuſa. diſcreti namque ſunt ad inuicem crudores & bilis, ideoque intus bilioſa à crudoribus detenta turbata tumet, dum ſe ſpumoſo immiſcet humori. ergo quod non excretum intus manet, ad ambitum corporis ſe diffundit, & icterum parit.

IX.

In bilioſis ſpumoſa florulentia, malum præſertim ſi lumbi doluerint, & mens emota fuerit. num autem his dolores?

620 FLorulenta eſt ſpuma, dum aliquo imbuta eſt liuido colore, ſiue id præalbidus, & candidus faciat liquor: ſiue ſplendeſcens ſanguis, ſiue rutila bilis. his enim ſpuma nitet, & ipſa florulentia ſpumoſa euadit, dum ſpumæ effectrices interueniunt cauſę. Siue ergo eximiè crudi exundent liquores, ſiue ſplendeſcens ſanguis ſe exerat, ſiue rutila bilis in ſpuma floreſcat, non poteſt iſtud apparens non præſignare malitiam in bilioſis tum habitibus, tum morbis; vt ex dictis in ſuperioribus conſtat. hanc autem malitiam egeſtiones iſtæ certius promittunt, dum lumbi dolent, & mens quadantenus emota eſt. æſtus namque viget circa lumbos, qui dum contentum illuc humorem incendit, meracum partim profert in deiectionibus, partim intrudit in loca ſpirituum, indeque duo contrarij occurrunt noxioſorum motus, qui vndiq; criſim omnem auertunt, & naturæ optimum munus retardant. hoc autem facit plerumque

alicuius viſceris ſtabilis, & æſtuoſus dolor ſuam noxioſitatem propagans tum in lumbos, tum in ventrem, tum in animorum loca.

X.

Tenuis valdè ſpumans deiectio cum aquea bilioſa hypoſtaſi, praua.

621 DEiectiones quanquam liquidæ profluentes aliæ tenues ſunt, aliæ craſſitiem aliqualem gerunt. quæ tenues ſunt crudorem exhibent, ac licet quandoque vtilitatem afferant, perinde ac faciunt vrinæ aquoſæ, & ipſa diarrhea in hydrope; ſuapte natura prauæ ſunt, potiſſimùm ſi vnà ſe efferant ea, quæ innaturalem aliquam ſubeſſe affectionem deſignant, cuiuſmodi eſt ſpuma, quæ & ipſa duarum eſt conditionum, alia nimirum tenuis. & alia craſſa. quę craſſa eſt perinde vt ſpungia innatat, & vtilitatem quandoque affert, quia pituitoſa concocta exhibet ab alto per anguſtos ductus profluentia, quia ſunt à calore liquata. at quæ tenuis eſt, cuiuſcumque ſit caloris, quum crudorem perpetuò gerat; aut nullius eſt vtilitatis in ſalutaribus alioquin morbis: aut prauitatem in difficilimis denunciat. difficilis autem eſt morbus, dum vndique crudores apparēt in toto potiſſimum deiectionum corpore. ergo ſi quod ſubſidet in deiectionibus à ſpuma, illud aqueum bile tinctum eſt, & ipſa ſpuma tenuiſſimè innatans tenuis eſt; morbi vtrique adeſt prauitas, quia crudores vbique vigent, & cauſæ ſpumam edentes generosè dominantur, obijtque Silenus vndecima, quam ſecunda die plura deieciſſet tenuia, ſpumoſa.

XI.

Praua eſt etiam purulenta.

622 QVæ purulenta deijciuntur aut ex alto, aut ab vlceratis veniunt inteſtinis. poſteriora hæc perpetuò praua, potiſſimum ſi ſanioſa ſint, & ad eam imbecillitatem ducant inteſtina. vt chylum amplius retinere nequeant, perinde ac de dyſenteria dictum. quæ etiam purulenta ex alto veniunt, non poſſunt non eſſe praua. nam in Empyjs iſtud lethale, quoniam à viſceribus nequit purulentum ad inteſtina tranſire, niſi violentia ſumma interueniat, quæ diſcriminoſa in omnibus morbis, peſſima prorſus in prauis, dum vires effetæ languent. vtilius enim purulenta hæc à viſceribus emanantia per vrinarios ductus exeunt, ſtranguriosſim, ac purulentam mictionem faciunt, vt in Epidemicis ſæpè annotatum. ergo omnis purulenta egeſtio praua eſt, quia occultum ple-

rumque empyema profert, interimens nonnunquam inoppinanter, vt in ſuperioribus enarratum.

XII.

Et nigra cruenta deiectio praua, idque tum in febre, tum aliàs.

623 HAc de re 4. Aph. 21. ſic. Excrementa inquit alui nigra ſanguine atro ſimilia ſpontè exeuntia ſiue cum febre, ſiue citra febrem, peſſima. loquitur autem ibi Hipp. de nigris illis egeſtionibus, quæ atro quidem ſanguini ſimiles cruentæ minime ſunt. aſt quoniam longè à ſanguinis conditione abſunt recrementa, perquirendum, quæ ſit interueniens ſimilitudo inter nigra hæc deiecta, & nigrum ſanguinem. Porrò ſanguis niger euadit, aliàs dum propio deſtitutus ſero nullam fluxibilitatem habet, eſtque ſpirituum viduatus comercio, quod accidit, dum in corruptionem abit propter exceſſum ardoris; niger idcirco eſt, craſſus, at non concreſcens fibris deſtitutus tanquam fex aliqua omni viſcoſo viduata ſucco, & hic verè niger ſanguis eſt lucidis deſtitutus radijs. aliàs autem nigreſcit, dum vſtionem ſubiens non corrumpitur ſed adhuc & ſuo quadantenus diluitur ſero, & viuidis colluſtratus ſpiritibus fluit quandoque impetuoſè, ac è venis eiectus protinus grumeſcit non ſine nigricante ſplendore, & hoc nigricantis ſanguinis diſcrimen apparet per phlebotomiam. Aſt res ita de nigris recrementis ſe habet, quod alia ex alto veniunt, alia collecta in inteſtinis fęcibus ſe adiungunt. quæ tota ex alto veniunt, liquida ſunt, aliàs per anguſtos ductus tranſire non poſſent. quæ autem ſuam in interaneis congeriem faciunt, craſſioribus fęcibus ammixta corpulenta exeunt, & compacta quandoque, ſi ei quid ſe adiungat viſcoſum. nihil propterea nigræ iſtæ fęces cum nigro ſanguine habent analogiæ, ſeu ſimilitudinis, vt habent priores, quæ immediate à vaſis profluentes, ob eam quam contraxerunt corruptionem; nigricant, ac ſuis in diſcontinuatis partibus quadantenus ſplendent, dum à viſceribus contractum ardorem adhuc ferunt. hæc ergo ſunt recrementa nigra, quæ ſanguini atro quadantenus ſimilia peſſima ſunt, ſi ſponte exeant, quocumque in ſtatu maneat corpus, ſiue nempe febriat, aut non, quum ſint germina iam dictarum cauſarum perniciem gerentium. quod ipſum de nigro dicendum ſanguine, potiſſimum ſi diſcontinatus & non grumeſcens profluat, non quidem ex hæmorrhoidibus iam tumeſcentibus, ſed è ſupernis inteſtinorum vaſis momentò ſe reſerantibus. nã talia profluunt è iocinore, dum ſanguis in portæ trunco ſe colligens innaturalibus ex occaſionibus nigreſcit, nec amplius valens in radicibus

cauæ

cauæ ſe intrudi, ſuopte pondere denuò in interaneis labitur, venarumq; reſerat oſcula. quod ipſum nigra quoque faciunt recrementa à liene delapſa, dum ſe in arterias intrudi nequeunt: procumbunt enim per ſplenecticum truncum ad aluum, & quandoque ad ventriculum tendunt, vt nigrorum vomitionem faciant. ſic ergo res ſe habet de iſtis nigris egeſtionibus, quæ ſiue ſint recrementorum ſanguini affinium, ſiue ipſius met ſanguinis & peſſimæ, & prauæ habentur, ſiue febris aut non infeſtet: nequeunt enim profluere, niſi iam dictæ vigeant cauſæ, quæ per ſe prauæ alijs non ſunt indigæ additamentis.

XIII.

Varia item abundè colorata egeſtio inutilis. ac tanto deterior, quanto coloris eſt magis horrendi. ſecus in pharmacia: tunc enim periculo vacat, niſi copia excedat.

624 QVo plures ſunt offendentes hoſtes, eo promptius natura laceſſita ſuccumbit, aut ſaltem diſcriminosè pugnat. ſe promunt autem hi in egeſtionibus variatis tum colore, tum ſubſtantia. nam multiplices tunc vigent humores, inæqualiterque ſe habent offendentes cauſæ, vt exin deiectiones aut mixtim variatæ, aut per vices modo tenues, modo aliquantulum craſſeſcentes, multiſque viciſſim tinctæ coloribus appareant. ſic enim 4. Epid. proditum promi aquoſas deiectiones, quæ ſi ſub dio ponantur, leue ſupernè tenue valde ſimili iſatodi infernè ſubſidentiam habens exhibent, vt in Perynthо, dum in æſtate febres graſſabantur ardentes. erant enim ægrotantes, inquit, ſine vomitu, & ventres turbati tenuibus, aquoſis non bilioſis cum multa ſpuma. habebant autem aliquando hypoſtaſim repoſitam, ex quibus ſanè, quod ſub dio reponebatur, ſimile erat. addit autem, quod excretiones ſimiles ſpecie ſemper malum. quod intelligendum de omnibus excretionum ſpeciebus quæ vniuſmodi ſemper ſunt, ſiue varietatem gerant in vna quaque eiectione, ſiue vnum, & vnius conditionis humorem expromant. nam ſi iam dictam perpetuò habuerint varietatem quod ad ſubſtantias, ſeu colores, ex his ſi non pernicies, morbi ſaltem præſagienda eſt contumacia ratione ſeu multiplicium humorum vigentium, ſeu inæqualitatis coctionum, & cruditatum. Aſt ſi vnius naturę & conditionis ſit excretus humor; & his bonitatem vllam gerat, ſiquidem prauus ſuapte natura, perniciem: ſin autem ſigno fortaſſis bonus pernicioſus euadit, quia non profert morbi effetricem cauſam, vt de ſtercoracea egeſtione in magnis affectionibus dictum. hinc illud Hipp. 2. in 2. Epid. mutationes, inquit,

iuuant,

iuuant, niſi ad malum mutatio, veluti à pharmacis vomentibus febrium cauſa. fines in meraciora putrefactionem ſignificat, vt Dexippo. laudat ergo Hipp. excretiones, quæ mutationem habent, dummodo mutatio ad melius fiat, adeout prius ſe exerant, quæ ſua prauitate morbum inuexerant, deinde prodeant, quæ talia ſunt in naturali ſtatu. nam ſuperius de vomitione dictum, quod vxor Temenis facilius ſpirabat, quia ſupra malum vomitum vomuerat.ſecus eſt,ſi mutationes in deterius fiāt: nam tunc ad interitum itur, ſi tandem meraca prodeant, quoniam meraca hæc poſtremò ſe excrentia putrefactionem ſignificant: eam nempe caloris corruptionem deſignant, quam inuexit tum pharmaci hypercatharſim, tum orgaſmum ſuccorum opera naturæ ſubuertentium. ergo mutationes quæ in egeſtionibus occurrunt & bonæ & malæ ſunt, vt gradus apparent ſeu bonitatis ſeu prauitatis. ceterum deiectiones, quæ vel vnius humoris ſunt, vel perpetuam varietatem gerunt, malæ vtique habentur, quia aut perniciem, aut contumaciam, aut inutilitatem promittunt, vt exeuntium ſe habuerint conditiones. nam egeſtio quę abundè bile colorata varia eſt in ſubſtantia, inutilis eſt, quia ratione varietatis iudicatoria eſſe nequit, non tamen perniciem denunciat, quia coctum quid profert. in ea etenim tempeſtate, quæ graſſata eſt in Perintho, licet comatoſi eſſent ægri, ac delirantes in ſomnis; expergefacti intelligebant omnia, habebantq. vrinas tenues quidem, ſed non decolores, quod erat certum ſalutis inditium, & ideo varietas egeſtionum in iſtis haud perniciosa erat. ratione etiam bilis egeſtionem abundè colorantis, mala eſt, quia quum vnicum humorem perpetuò promat, ad contumaciam facit, ſed quia non ſe transfert ad alios prauos colores, non eſt pernicioſa;ergo inutilis ad veram criſim. in Apollonio enim, quia decimaquarta die aluus turbata eſt multis bilioſis, meris crudis, deinceps ſeceſſus erant varij, nigri, pauci, & æruginoſi, aut pingues crudi, & mordaces, tandem multi tenues, obitus ei trigeſimaquarta, quia nempe varietas ad prauitatem verſa eſt; tantoque eſt omnis excretio variata deterior, quanto coloris eſt magis horrendi. Quod de pharmaco deteriora egerente additur,hanc habet veritatem, quod purgans datur pharmacum, dum vigent in corpus cacochyma, quæ nec à natura ad coctionem ducta, nec alijs excretionibus eiecta, mala quamplurima edunt, ſiue nimia tenuitate turgeant ſiue craſſitie hæreant. quia ergo vigentes ſucci à ſanguinis conditione recedunt ſub quacumq, peccauerint conditione, pharmaco ad exitum turbandi erunt. exeunt autem ſuis conditionibus præditi, quæ plerumque prauæ ſunt, & propterea ſi à pharmaco deijciantur deteriora, corpus iuuamen recipit, quia à noxijs ſe exonerat. iſtud autem iuuamen accidit,

dum

dum talia qualia oportet purgantur, & in ea quantitate quæ morbo conuenit, & viribus eſt par. nam ſi pharmacum turbet, quæ non committunt morbum; & inopportunam deiectionem, & hypercatharſim facit, quæ ſummè exitioſa eſt, dum ad meracam deuenit, vt inde conuulſiones, & ſingultus ad lethalitatem accedant, quod à veratro accidere 5. Aph. 1. proditum. ſecus in ſpontinis purgationibus modum excedētibus: malæ etenim hæ ſunt, ſolummodo, quia turbatio non interuenit facta à pharmaci virtute, quæ ad extremum perducta, omne reſpuit auxilium: dum autem internis de cauſis naſcitur turbatio, non eſt neceſſe vt extrema deiectio ad meraca deueniat, & ideo natura adhuc potis eſt malum emendare, poſteaquam noxium ſeu ſecretum, ſeu ſuopte orgaſmo ad excretionem properans ſe exonerauerit. ſic ergo deteriora à pharmaco ſe proferentia ad meracitatem vſque, lethalia ſunt: quæ autem deteriora protinos à pharmaco turbantur opportuno modo, leuamen, & iuuamen ferunt, quia tunc ſe promunt inutilia ſeu turgeſcentia, ſeu ſecreta non ſine ægri commodo. ſed plura hac de re aliàs.

XIV.

Et obſcura mollis egeſtio inutilis in febre. inutilis quoque ſicca friabilis decolor tum aliàs, tum ſi aluus humectet. nigris autem antea egreſſis occidit.

625 QVoniam excretum & molle; & compactum, & ſubfuluum eſſe oportet ad bonitatem; igitur quod molle eſt, & ψαφαρός in febre ad bonitatem non facit, quia nec integram gerit cremoris parationem, nec expromit, quod in intimis exundans febrem facit. ſunt autem qui duo hæc confundunt vocabula ψαφαρος, & ψαθυρος, vt friabile vterque deſignet, quod alienum eſt à laconiſmo Hipp. duo diuerſa vocabula idem ſignificantia nunquam in eadem aſſumentis ſententia. cęterum apud Græcos ψαφαρὸς tenue quid, imbecillum, & obſcurum notat, vt propterea recrementum illud molle ψαφαρος ſit, quod molle quidem ſubſtantia eſt, ſed cum obſcuro quodam calore diuerſo à ſubflauitie, quæ in optima eſt expetita deiectionę. hunc autem colorem ſqualor quidam exhibet, quem contrahunt fæces colore debito deſtitutę, ideoque hæ inutiles ſunt in febre tum ſigno, tum cauſa. Aſt non erit fortaſſis abs re ſi loco ψαφαρος legas ψαρος, quæ ſpecies eſt coloris varij, vt quemadmodum inutilis habetur illa egeſtio, quæ varia ſubſtantia abundè eſt bile colorata: ita etiam inutilis ſit, quæ ſubſtantia quidem vniuſmodi in mollitiem, colore tamen variata eſt, vt in vno eodem-

demque compacto corpore quædam ſubnigrities & albedo appareat, perinde ac auis eſt ſturnus à Vulpiano à græcis pſarus dicta. ergo quia mollis vtilem craſſitiem refert: & quia variata in colore non omnino bona, inutilis propterea ad morbi ſolutionem. Talis quoque eſt, quæ ſicca, friabilis, & decolor apparet: ſicca enim eſt, quia venæ æſtuantes omnem ſugunt humiditatem: friabilis eſt, quia glutino deſtituta non cohæret: decolor autem, quia ab alto non veniunt recrementa, & in aluo crudores exundant, alui liqueſcentiam edentes ad maiorem oſtendendam inutilitatem, quę ad extremam ſe transfert perniciem ſi prius nigra exoneret. quippe in intimis tunc ferbet ardor, qui vſtionem edens facit vt liquati exeant nigricantes ſucci ad exitium, vt in Empyjs. ſic & in Hermocrate pauca combuſta exierunt, deinde vigeſimaquarta multa tenuia fluebant, obitus vigeſimaſeptima. quod ipſum in Philini vxore factum legimus, & hęc deceſſit vigeſima, obſeruationeque conſtat, quod qui poſt nigra eiecta aluum liquidam habuerunt, deceſſerunt omnes. nam in Sileno deiectiones erant tenues, deinde ſubnigræ, poſtea tenues incoctæ, morituris vndecima. at in Herophonte pauca ab initio, vt in teneſmo, deinde tenuia, biliosa, frequentiora, nigra mox pauca, criſis facta eſt decimaſeptima. quæ enim tali ordine nigra exeunt, vt poſt ſe non relinquant aluum liquatam conditionem potius inſequuntur humoris exūdantis, ſe tandem vtiliter exerentis, quam cauſæ efficientis, à qua liquamentum deinceps fluit ad perniciem, vt morticinium caloris deſignet.

XV.

Liquida alui egeſtio, & aceruatim, & paulatim fiens. mala. hęc enim vigilias: illa autem virium exolutionem fortè intulit.

626 Liquidarum deiectionum modi duo. nam aliàs liquida deiectio erumpit ἀθρόως cumulatim nempe, & multa in copia: aliàs μακρὸν paulatim ſcilicet, & fermè vt in teneſmo. vtrumque malum eſt. quod enim paulatinè profluit, ſępè plerumque ſtimulat, neceſſitatemque gerit frequentis exurgitionis quandoque non ſine torminibus, vt in dyſenteria, & hoc facit ſi non ſtabile inteſtinorum malum; perennis ſaltem noxiorum ſuccretio, quorum contumacia non leuis eſt, dum non confertim, ſed paulatinè in motum impellitur, quod potiſſimum naſcitur à bilioſo ichore ſenſim ab inflammatis educto viſceribus, qui & ſua acrimonia, & ſuo ardore crudum in inteſtinis contentum ſuccum plerumque liquat, & ſtimulat. nam vt ſuperius oſtenſum, paucum à bile. quum itaque viſcerum interueniat ardor faciens vt ichoroſa bilis ſtimu-

mulatrix ad exurgendum ſucceſcat: neceſſe eſt adſint vigiliæ. nam & author vigiliarum ſuccus exundat, & frequens egeſtionis ſtimulus quietem à ſpiritibus aufert. ſic ergo liquida alui egeſtio vigiliarum eſt effetrix, ni incocta & pituitoſa in vaſis exundent, à quibus ægri ſoporantur cum hac liquida, & paulatina egeſtione, quod rarenter accidit, niſi à bile quoque ſtimulus interueniat, quia perpetuò paucum à bile. liquidum autem quod cumulatim fluit, non ſolum promit quod è vaſis ſe exonerat, ſed quicquid vtilis cremoris in inteſtinis eſt, indeque vires vtili deſtitutæ pabulo languent non quod ſpiritus exhauriantur, vt accidit ex hæmorrhagia, dummodo deiectiones iſtæ cumulatæ à debita quantitate recedant. nam cumulatæ ſunt ſine virium lapſu, dum congeſtio adeſt ſuccorum ſe cumulatim ad exigentiam exonerantium cum exigua ſaltem virium offenſione.

XVI.

Liquida ſuboſcura alui egeſtio perfrigeſcens non ſine febre, inutilis. rigores in his veſicam & ventrem aprehendunt. aquoſa verò valdè non deſinens in acutis, mala, & magis in ſitim expertibus.

627 CAlor qui debitam ad exundantem humiditatem proportionẽ non ſeruat deiectionem reddit obſcuram, ſeu ſqualidam: ſiue humiditates iſtæ ſint ex chylo aſſumptæ, ſiue è crudoribus à vaſis emanantibus, & hæ dum ſic exundant, vt caloris opus omne renuant, tunc deiecta inalgent, quæ proinde in febribus inutilia ſunt, quia non demum febris effetricem cauſam, ſed ſignum præbent cruditatum vigentium in infimo ventre. tales autem ſe deijcientes crudores, febrem non adaugent, nec ipſam tollunt, ergo inutilis ſuboſcura perfrigeſcens alui egeſtio non ſine febre. Aſt ſi hi crudores ſeſe inſinuauerint in venas ventremq. & veſicam aprehẽdant, rigorem vtiq. pariunt. verbũ enim ἐπιλαμβάνομαι manus inijcere, aprehendere, & inherere ſignificat, quia nempe crudores iſti dum vaſa aprehẽdunt, & rigorem faciunt, & ventrem veſicamq. veluti manus incecta ſtringunt, & coarctant. nam aliàs oſtenſum lotium intercipi à perfrigeratione rigore edita; & quæ aſſumuntur, ſi algeant vltra modum ſeceſſus impediunt, aluoſque ſiſtunt repunt autem in intimis crudores iſti per lienis præſertim corpus, dum arteriæ æſtuantes vltra modum ſugunt quicquid crudoris in interaneis exundat, hinc veſica prõptè à ſuſcepto crudore intercipitur, & aluus iam liquata moratur. cęterum deiectio hæc cruditatum, quæ in cęteris febribus inutilis, in acutis

mala

malū, ſi aquoſa valdè eſt, diū talis manet, & in ſiticuloſos reddit ægrotantes: adnotatum idcirco interijſſe omnes, qui in acutis cruda, & aquoſa perpetuò deijciebant. nam Silenus octaua cum pauca irritatione velut incocta multa deijecit, decima ſimilia, moritur vndecima. Mulier aput Pentimedem habuit aluus turbata ex tenuibus, multis, crudis; ſeptima cum eadem alui liqueſcentiā deceſſit. in altera quoque muliere ex abortu multa intempeſtiuè fuere excreta, ſeptima obitus. ſic & mulieri in mendacium foro decumbenti ex aluo perpetuò lubrica mors decimaquarta die. in diuturnis autem non talem mortis gerit neceſſitatem deiectio hæc præſertim ſi viciſſim profluat, & moretur. nam in Clazomenio ab initio ad decimamquartam vſq. tenuia multa aquei coloris ab aluo prodibant, mox hæc reſtricta ſunt, vt parotides aſſurgerent, quæ ſubſiderunt, dum aluus demuò trigeſimaprima ſoluta eſt ex multis aquoſis, vt in dyſentericis, ideoque quadrageſima tandem conualuit. dum etiam ex hac alui liqueſcentia in acutis ægri in ſiticuloſi manent, maximum occurrit diſcrimen quoniam tunc ſic vigent crudores, vt deiectio pondus non detrahat, ſed quod intus hæret caloris molitur internectionem.

XVII.

In alui profluuio prærubra egeſtio inutilis. inutilis quoque valdè cum virore pallida, aut alba, aut ſpumoſa, aut aquoſa. tum parca, & glutinoſa, vel lenis cum virore ſubpallida, mala. veternoſis autem liquida egeſtio peſſima.

628 Dictum iam, quid inter ſit cruentum, & quod prærubrum eſt, naſciturque hic color à bile in ruborem exuſta, quæ deiecta in multa alui profuſione, & ipſa nullius eſt vtilitatis, quoniam & crudores vigent, qui ſi non incommodant vires ſaltem morbum non tollunt. idipſum dicendum de vireſcente egeſtione cum pallore, alba, ſpumoſa, & aquoſa, de quibus in ſuperioribus, quemadmodum etiam de parua, & glutinoſa. leuis autem & cum virore ſubpallida ea eſt de qua Hipp. 4. Epid. Deiectionum, inquit, aquoſarum cum ſub dio expoſitæ eſſent lene ſupernè tenue valde ſimile iſatodi, infernè fit ſubſidentiam habens. tales porrò liquidæ deiectiones veternoſis peſſimæ, ſi nimirum aqueam ſubſtantiam habeant, vt vndique crudorem gerant: vel prærubra ſit proluuies extra iudicationum ordinem. nam dictum in ſuperioribus de ſopore, quod malum eſt alui proluuium valdè rubicundum. ſed dictum quoque

que

que, quod ſoporoſis dilaſſatis, ſurdaſtris aluo erumpente, ſi rubicunda egeſta fuerint circa iudicationem proſunt, notabiliſque eſt exemplum filij Pythionis in Pella, de quo ſæpè.

XVIII.

Eſt verò lethale ſanguineum multum grumoſum fundere. ſic album liquidum ventre intumeſcente:

629 SAnguis non ob putredinem, ſed propter ſuam grumeſcit craſſitiem, dum ſpiritibus deſtitutus alget. nam corruptus diſcontinuatam exhibet naturam, perinde vt vini fex, quia fibris tunc caret. nigricat etiam, quia deſtitutus eſt lucidis ſpiritibus, & in ſuppuratum tranſit, grumeſcit autem tum in venis, ſi aliàs dictæ interueniant cauſæ; ſed promptius ſi extra vaſa eiectus moram in quibuſdam cauitatibus trahat, à quibus ante putreſcentiam emanet, nigricanſque prodit aut obſcurus, aut ſplendeſcens, vt prius quam grumeſceret ſe habebat. hinc patet ratiô, cur lethale ſit ſanguineum multum grumoſum fundere, quia ſanguis tunc non nigreſcit à putredine: nam quandoque ſic vtiliter ex aluo deijcitur; ſed grumeſcens ſuam ſeruat naturam, huiuſque exuberans deiectio vbique innaturalis eſt, & propterea magna neceſſe eſt interueniat violentia, quæ cruoris ſua alioquin craſſitie hæreſcentis multitudinem profert, dum nempe is prodit ex inſuetis locis. nam ab vtero grumoſum fundi, etſi laborioſum, & ad ſanationis difficultatem, non tamen ad exitium, vt fęminis ærumnoſam vtique vitam protrahentibus ſæpè contingit. Quod autem dictum de lumborum doloribus ſalubriter quandoque grumoſi ſanguinis deiectionem facientibus, intelligendum, dummodo eiectus ſanguis nec ſplendet, nec debitam quantitatem excedit, damna alioquin imminent ſi non exitij, difficilis ſaltem ſanationis. Album atamen liquidum eiectum cum ventris elatione non poteſt non portendere exitium: album quippe eſt à pituita, ſeu à liquatis crudoribus, qui dum ob viſcerum ardorem in multos flatus abeunt, ventrem eleuant, quod in diuturnis lethale, & conuulſificum, vt in ſuperioribus enarratum.

Ege-

XIX.

Egeſtio alui nigra velut ſanguis & cum febre, & ſine febre praua. praua quoque variegata omnes, & quæ abundè à bile colorantur praua.

630 Satis de iſtis in ſuperioribus. ſed illud deinceps compertũ, quod nigra deiectio ſuapte natura praua eſt, quia ſi diſcontinuata eſt, ſummam corruptionem refert: ſi ſplendet, & compacta quadantenus eſt, ardorem ſummum ſubeſſe in viſceribus arguit cum exundantia ſuccorum ad atritatem vergentium. vtrumque autem tam in febre, quam ſecus prauum eſt: quippe in febre, vigentiam cauſæ offendentis ſignat: ſine febre mala imminentia præſagit. hæc idcirco 4. Acut. Quantum ad ſigna attinet, deiectio nigra mortem indicat: quia nempe tanquam ſignum deiectio hæc perpetuò praua eſt, licet ex euentu quandoque vtilis euadat, quia excludit noxium, dum reliqua in bonum conſentiunt. qui enim in Dealcis horto decumbebat nigras habuit deiectiones, pariter & Leophorbidas; cooualuerunt nō ſine tamen diſcriminibus. De variegatis autem deiectionibus hæc in Progn. leguntur, ſi verò, inquit, verſicolores ſint, diuturniores quidem, ſed nihilominus exitiales ſunt. hæ ſtrigmentoſæ ſunt, ac biliosæ, cruentę, porraceæ, & nigræ, quę nonnunquam ſimul, interdum vicibus excernuntur. apparet ergo ad exitium varietas hæc in coloribus. nam deiectiones, quæ ſubſtantia variæ ſunt, inutiles potius, quam exitioſæ. Quod autem nedum ad diuturnitatem, ſed & ad exitium colorum faciat varietas, teſtis eſt Apollonius expromens deiecta; vel nigra, pauca, & viroſa: vel pinguia, cruda, & mordacia, tandem lacti ſimilia, deceſſit is trigeſimaquarta. Quæ autem catachores ſunt deiectiones, abundè nempe bile ſaturatæ adeſſe in viſceribus arguunt inſignem æſtum. nam 1. de morb. dictum ab Hipp. quod alui egeſtio bilioſa prodit, eo quod combuſta ſunt ea, quæ ſunt in ventre. ergo ſi ſaturata bile imbuuntur deiecta, ſummus ardor viget, qui non poteſt non exitium moliri, quum in Philini vxore ſeptima ſeceſſus bilioſi abunde colorati, vigeſima mors. in Epicratis autem vxore ſeptima bilioſa abundè colorata prodierunt, octuageſima facta eſt criſis poſt multis diſcriminibus. faciunt ergo hæc deiecta & ad exitium, & ad diſcrimen, ſed & ad diuturnitatem, quoniam vigent bilioſa recrementa, quæ non tota in intimis obrepunt.

XX.

Egeſtiones deſinentes in ſpumoſas meracas omnes quidem exacerbant, maximè autem conuulſos, atque ex his ſæpè aſſurgunt parotides.

632 SPumeſcunt excreta omnia à liquata pituita, dum hæc motu agitata per anguſtos canales labitur in infimum ventrem. cæteri namque humores ſpumeſcere nequeunt, niſi liquatam habeant pituitam adiunctam. ſpuma ergo omnis ſuapte natura alba coloratur ab his, quæ ei ſe adiungunt. meraca itaque ſpumoſa erunt, quæ alba vndique ſunt non alijs imbuta coloribus. hæc autem à ſincera pituita aſſumpta, huiuſce arguunt exundantiam, dum cæteri ſucci conſopiti iacent. ſpumeſcit verò ſincera pituita, dum liquata ad inferas partes per arctior ductus depluit. ergo non poteſt non exacerbare morbos omnes alui hæc ſpumoſa deiectio ſincera, præſertim qui ab irritamento, interceptioneuè aliqua naſcuntur, cuiuſmodi eſt ipſa conuulſio. nam pituitoſa hæc meraca ſpumeſcens, dum tenuia ſolum promit, malum conuulſionis potius quam tollat, adauget, quia craſſiora quadantenus liquata promptius ad intercepta loca fluunt. ſunt etenim vrinæ ſeu vitriformes, ſeu aceruatim erumpentes, ſeu geniturae ſimiles, quæ conuulſiones tollunt, perinde ac faciunt fluores alui confertim erumpentes, qui tales eſſe nequeunt, dum ſpumoſa meraca ſe deijciunt. quod autem inde parotides aſſurgant opinionem præbent exacerbationes conuulſoriæ ab iſtis promanantes deiectis. nam in ſuperioribus dictum, quæ conuulſorio modo exacerbantur catocha parotidas excitant. & tremulis, anxioſis parui iuxta aurem tumores conuulſionem ſignificant aluo malè affecta, præſertim ſi hæc fluere deſiſtat, vt in Clazomenio. dictum tamen ſæpè his parotidas aſſurgere, quia non perpetuam habet veritatem. aliquando enim comatoſi ægri euadunt, vt qui in Peryntho ardenter febriebant cum aluo liquida, aquoſa.

XXI.

At quæ præliquidæ fiunt, & rurſus compacta meraca ſtercoracea egeſtiones longitudinem morbi ſignificant. valdè rubicunda in febre delirium. alba ſtercoracea morbo regio difficilis eſt, itemq. liquida, quę ſepoſita ruborem capit.

632 DEcedunt vtique à coctionum integritate alui excrementa, quæ modo liquida profluunt, modo ad criſim craſſeſcunt. aſt quia natura à ſuo non omnino deficit munere; crudoris tamen multitudine obruta inæqualiter modo coctum quid, modo crudum exhibet, diuturniorem ſubinde fore luctam arguimur, perinde vt accidit ab acriſia, quæ non ad perniciem, ſed ad diuturnitatem. vigent enim in intimis adhuc meraca recrementa, quæ dum cumulatim ad aluum prorumpunt, egeſtiones liquidas reddunt, ſed ſtercoraceis mox fęcibus compactis admixta, craſſeſcunt meraco colore tincta. ad diuturnitatem proinde deiecta hæc faciunt non ad perniciem, quia vitium meracioris recrementi corrigit integram quam ſtomacos in alibiles ſuccos facit paratio, & propterea iſtæ ſtercoraceæ egeſtiones prauæ non ſunt, quia promunt inſimul noxium meracum. Quod autem prærubræ egeſtiones ſint in febre delirij ſigna patet ex cauſarum notione. valdè etenim rubent deiecta ob ſummum viſcerum ardorem flauam adurentem bilem, quem non demittunt hæ egeſtiones, quoniam vt 3. Acut. ſcriptum eſt, faciunt hæ vt anxietudines, & hypochondriorum labores inſurgant, mentem vtique emouentes, & deliria excitantes, præſertim ſi alia affuerint ſigna: dictum namque 4. Acut. Quum febrienti quarta die lingua conturbata loquitur, & aluus bilioſa liquida egerit, talis delirare ſolet. In ictericis autem albæ deiectiones quę ſtercoracęę ſunt ad ſummam morbi difficultatem faciunt, quia bilis tota intus manet, & quicquid crudoris in ventre eſt, craſſeſcit ſic, vt albam ſtercoraceam deiectionem faciat, quę cùm talis ſit non detrahit è venis, quod viam bili occludit, & hoc in ſæua icteritia ad interitum facere aliàs oſtenſum. facit quoque in ictericis ad difficultatem liquida deiectio, quæ ſepoſita ruborem contrahit. nam tunc crudoribus ſe immiſcent prærubra, quæ ſolùm ſe exerunt in ſubſidentia, & ob vliginem mox cruda rubeſcunt, vt ſummam ſolutionis difficultatem oſtendant.

XXII.

In ſanguinis eruptionibus viſcoſa egeſtio nigris variegata cacoethis, maximè in valde albidis. valdè alba egeſtio in febre non bene indicat.

633 QVam promptè aluus ab hęmorrhagia malè afficiatur, ſiue hęc intempeſtiuè prorumpat, ſiue nimium quam par eſt profluat, in ſuperioribus dictum. hoc autem accidere potiſſimum oſtenſum dum poſt eiectum ſanguinem nigra ex aluo prodeunt, quæ ſi decurrant interitum; ſi ſupprimantur ventris dolores pariunt, cacoethes quidem, quoniam à mala naſcuntur cauſa. maligna ergo erit viſcoſa egeſtio nigris variata in ſanguinis eruptionibus, præſertim ſi id in prealbidis contingat: in prealbidis ſcilicet egeſtionibus. nam de corporibus decoloratioribus conſtat, quod in iſtis ſanguinis effuſiones periculoſæ, & damnoſæ vllo abſque alio additamento. aſt dum in iſtis hęmorrhagijs viſcoſa prodeunt recrementa nigro variata, malignitas vtique præſagienda, quocumque colore tincta ſint hæc viſcoſa, ſed maximè ſi prealbida ſunt. nam vt in ictericis difficilis alba ſtercoracea, ſic poſt eruptis hæmorrhagijs maligna, quia alui inde malè afficiuntur, dum viſcidi crudores exundant ab alba pręcipuè pituita aſſumpti. ratio autem cur hęc pręalba deiectio maligna ſit, licet ob glutinoſitatem quadantenus compacta appareat, eſt: quod pręalba omnis egeſtio ſiue tenuis & aquoſa, ſiue compacta & glutinoſa non bene in febribus iudicat. nam licet decumbens in Dealcis horto quadrageſima ſanatur cum egeſtione alborum pituitoſorum plurium, hoc non ſine multis antegreſſis diſcriminibus factum, nec ſine ſudore multo. ergo alba egeſtio in febre non bene iudicat, dum ſolitariè crumpit.

XXIII.

Aluus turbulenta paruis frequentibus ad egerendum progreſſionibus diſtendit buccas. delet etiam faciei rubores.

634 DEijcit aluus cum & ſine turbulentia. nam ſi prorumpant ſiue profuſè & frequenter, ſiue naturali modo, quæ in inteſtinis ſolùm continentur, abeſt omnis turbulentia, quia aliena non ingruunt, quæ tumultum faciant. at quoties ab alto reliqua profluunt recrementa ſiue ſponte, ſiue aliquo ſint irritamento citata, non ſine turbatione exeunt, quia violenta interuenit motio, vt ſic prorumpant. hinc mur-

mur

mur prius oboritur, dum aluus ſic liquari debet. Cęterum turbamentum hoc præſertim pariunt ea, quæ inopportunè ad excretionem tendunt ſtatuſque fit ταραχώδης non minus alui quam mentis, quia & hæc acceſſu alienigenorum turbatur. perpetuā enim habet veritatē, quod vbi ταραχὴς ſignum eſt tranſitus. ergo turbatio hæc alui facta cum paruis, ſed frequentibus ad egerendum progreſſionibus tendit maxillas, quia exiguum deiectum quodam eſt liquamentum ſua acredine excitans ad frequenter egerendum, perinde vt accidit in dyſenteria, quæ ſi ſęua eſt, & ipſa tendit maxillas, quia faciem vndique extenuat, vigilias inducit, & vtilem euaporationem detrahit. dolent quoque egeſtiones iſtæ faciei rubores, dum impediunt ne fiat in pulmonibus ſuppuratio: dictum namque in ſuperioribus, quod florulenta facies cum aluo liquida ſignum dat ſuppurationum circa pulmones, quoties autem ſenſim exit humor, qui à capite defluus ſuppurationem circa pulmones, parat, flores quoque diſpereunt: dyſentericus ſubinde fluor, licet ſuapte natura periculoſus, & tormentoſus; mala grauiſſima quandoque compenſat, & auertit. nam 2. de Diet. dictum, quod aluus incaleſcens trahit à reliquo corpore, à capite potiſſimum recrementa, quæ depoſita vtilitatem afferunt, ſi modum ſeruent: ſecus ſi perniciem gerant. nam in prauis ſuppurationibus aluus malè affecta ad lethalitatem facit: delet tamen & ipſa flores, dum purulentum à pulmonibus detrahit, vt illud aliunde pernicioſè diſtribuat.

XXIV.

Stercoracea cum tenſione egeſtio alui laborem denunciat. pituitoſa verò acute cum cardiogmo dyſenteriam. fortaſſis & lumborum dolorem. talibus alui circumtenſio ad neceſſitatem liquida demittens citius reſtitans habet quid conuulſorum. inſuper rigere his pernicioſum.

635 QVoniam multa ſunt mala, quæ à ventris naſcuntur tenſione, optandum ſubinde ſupernæ eius partes potius gracileſcant, quam indebitè tumeant, dummodo ad hypogaſtrium ſpectantes non prorſus extenuentur, vt aliàs dictum. hinc eſt, quod ſi cum ventris tenſione ſtercoracea deijciantur, labor adeſt ventris: ſi pituitoſa acutè exeūt cum cardiogmo, dyſenteria expectanda eſt: ſi liquida ad neceſſitatem exeunt, quæ deinceps protinus reſtitent, conuulſorum quid timendum,

 vt per-

vt perniciem ſi inſuper rigeant ægri. cuncta breuibus plana fiant. alui itaque labor eſt, dum venter diſtentus ſtercoracea ſolum promit, quia totum quod ventrem eleuat, ſiue flatus, ſiue congeſtio ſit recrementorum; intus manet. non poteſt proinde non denunciare alui laborioſum dolorem. Aſt ſi deinceps ex hac tenſione pituitoſa acutè prodeant cum cardiogmo, dyſentericus expectandus eſt fluor, nam tunc pituita ardore liquata, dum per venas ad infimum ventrem ſpectantes ſe diſtribuit, & acutè in interaneis penetrat, & ſuppremam etiam ventriculi partem affligit, vt inde cardiogmus inſurgat, qui ſtomaci eſt dolor anxioſus, & æſtuoſus. fiunt autem hæc non ab omni pituita, ſed ab ea, quæ ardorem concepit, vt æſtu affligat, & craſſitie hæreat, ne ſit pituitæ egeſtio prompta, ſed paulatina, & laborioſa, vt futuram dyſenteriam promittat, quod deſignatum fuit ab Hipp. ſub illis verbis. φλεγματώδης δὲ ὀξέως. nam tunc acutè pituitoſa offendunt, quando ad hanc æſtuationem ſunt adacta, vt & citò inuadant, & motus celeritatem faciant, ſicque deinceps ſanguinolenta prodeunt ad dyſentericum inducendum fluorem. fortaſſis autem lumbi etiam dolent, quia plerumque per lumbales venas recrementa hæc ad inteſtina veniunt non leue adferentia cruciatum, dum iam dictæ adſunt conditiones. cęterum dum liquida hæc ad neceſſitatem excernuntur, vt quod multo cum irritamento expromitur, exiguum ſit, reſtitentque deinceps liquida hæc, conuulſorium quid verendum. nam ventris elationes in diuturnis ventris paſſionibus habent quid conuulſorium, ſiue reſtitans pituitoſus humor inardeſcens ſpinalem medullam affligat; ſiue arteriarum tunicas abradat, vt membranoſum lotium reddat. Eſt demum his ſuperrigere pernicioſum quoniam ad intima viſcerum curſum flectit noxius remoratus humor, vt ſanguinolentas ſeu in latus ſeu aliunde abſceſſiones faciat, perinde vt euenire dictum à dyſenteria intempeſtiuè ſuppreſſa.

XXV.

Quibus nigra per aluum prodeunt, frigidum ſudorem excludunt.

636 A Grauiore malo frigidus exit ſudor, dum nempe calor improportionatus eſt ad ſuccum, qui incaleſcere debet, quod accidit, aut quia calor ad morticinium tendit, aut quia exundant ſucci frigidam, aqueamuè præſeferentes naturam, cuiuſmodi ſunt ſuapte conditione melancholici, qui dum nigri ex aluo prodeunt, ipſorum adeſſe vbertatem deſignant. mirandum ergò non eſt ſi nigra deijcientes frigidum ſudorem excludant, quum talium ſuccorum vigeat vbertas, natiuuſq.

uuſque calor ad morticinium tendat. non eſt atamen neceſſe, vt qui nigra deijciunt, ſudent: ſed ſi ſudant, frigidum ſudorem promunt.

XXVI.

Quibus aluus ab initio turbatur, vrina vero pauca ſunt, & progreſſu temporis aluus quidem ſiccatur, vrina vero tenuis redundat, his abſceſſus ad articulos fiunt.

637 QVoniam ab aluo liquida exeunt aquoſa priuſquam ſint à venis ebibita, propter hoc accidit, vt dum aluus multa deponit, mictio pauca fit. imo liqueſcit plerumque aluus, quia venarum perijt, ſeu tardatur ſuctio; ſed liqueſcit quoque turbata ab excrementis ex alto emanantibus, vt ſuperius enarratum. quotieſcumque ergo turbata aluus progreſſu temporis reſiccatur, duorum alterũ interuenit, vel quod viſcera ſint iam à recrementis prorſus expiata; vel quod hi aliò curſum flectunt. Porrò dum exonerata à noxijs manent viſcera, ad integritatem corpus adactum, ſua ritè obit munia, coctioneſque in primis inculpatas molitur, quarum ſigna in deiectis promuntur. quippe aluus reſtitans molles deinceps, compactas, coherentes, & fuluas fęces promit debito tempore, & modo. veſica quoque lotium emittit naturali cum craſſitie, & colore. quod ſi reſtitans aluus talia non offert inditia, ſed potius vrina tenuis redundat, & aluus reſiccata non niſi coactè dura egerit; tunc recrementa quæ in interaneis ab alto ſe deponebant, aliò feruntur, ſuorumque cruditatum ſigna in tenui, & copioſo lotio exhibent, qui, quum tenuiorem ſolùm partem promat, craſſior intus detenta viſcerumque ardore liquata abſcedit tandem ad articulos, id enim in diuturnis fieri febribus, dum crudores vigent aliàs enarratum. nec reſtrinctio recrementorum olim ſe exonerantium praua eſt, quia à diutina defluxione detractum eſt inutilium pondus. æſtuant autem viſcera, dum aluus ſic reſiccatur, & crudores quadantenus exundant, dum copia exit vrinarum tenuium abſceſſionum pericula non auertentium, vt faciunt craſſa eiecta. ergo abſceſſio ad articulos expectanda, niſi alia rependens interueniat excretio, quæ abſceſſionem ipſam auertat.

XXVII.

Qui paucam ad egeſtionem ſæpè ſurgendo rigent, ſi deiecta fuerint nullius vtilitatis, difficilimum hoc eſt, præſertim quartanarijs incipientibus.

638 MVltum eſt, quod in intimis turbatur, dum propter paruam, & crebram deiectionem perhorreſcunt homines, quod enim turbatum eſt, partim ad aluum curſum flectit, vt inteſtina prorritet, exiguum expromentia, quia aut paucum iſtud, aut craſſitie hærens: partim verò penitiora obſidet vaſa, & rigorem facit. paucum enim eiectum aut bilioſum, aut à bile prorritatum; vt aliàs dictum. eſt à bile, bilioſiſuè ichoribus loca ſpirituum inuadentibus naſcuntur rigores. ergo ſi deiecta φλαῦρα ſint, quia talia ſuapte natura. & quia pauca exeunt, neceſſe eſt, vt morbus difficilimus euadat, quum & crudores non ſine acredine vigeant, & horum inualidi ſint ſe egerere tentantium nixus. nec ſine ratione poſita fuit illa particula φλαῦρον, quoniam ſi praua ſunt, quæ pauca promuntur, eſſet inde nata lethalis affectio, quoniam atra morbo ipſo exoriente eiecta ad exitium faciunt. at ſi vtile eſt paucum ſe promens licet inde rigores ſuperaccedant, ſperandum vt natura vndique laceſſita noxium iam ad ſecretionem paratum tandem excludat. ergo ſolùm quę inutilia deijciuntur pauca, ad morbi difficultatem faciunt, quoniam acredo aliqua vrget, ſed peccant ſucci potius imparata conditione, quam prauitate aliqua. difficilis ergo oportet euadat morbus, præſertim ſi febris ſit incipiens quartana, quæ ſuapte natura diuturna, ac difficilis, maiorem ſanationis difficultatem gerit, dum ipſa bilis atra partim ſua acredine prorritat, partim ſua viſcoſitate hæret, verundum idcirco ne propter rigoris acceſſum alia conſurgat febris, quæ geminet periodos, iuxta progreſſiones ſuperiori enarratas volumine, quod ad morbi ſummam difficultatem facit non ſine diſcriminibus.

Fre-

XXVIII.

Frequentes ad egerendum progreſſus paulatim fientes pauca ſtercoracea ſubuiſcoſa habentes cum præcordÿ, & lateris dolore, morbum regium denotant. num his illi ſubſiſtentibus viridi pallore imbuuntur? arbitror autem & hoc ſanguinem effundere. at dolores in lumbis in his ſanguinem fundentibus, ſanguinem egerunt ſplendidum. cum ſopore & cephalalgia inſuper inalgeſcere pernicioſum. viſcoſę biliosę magis abſceſſus pone aures faciunt.

639 PAuca egeſta ſi non perniciem, contumaciam ſaltem, ac morbi difficultatem deſignant; præſertim ſi adſit irritamentum, quod neceſſitet frequenter ad egerendum. nam tunc ſtimulat tenuis bilis multo immixta crudore, quem calor viſcoſum reddit. hic frequens deijciendi cupiditas, paucum promens ob viſciditatem ſuccorum exundantium liberum bilis curſum impedientium. & hi remorati ſucci, dum penitiora inuadunt; præcordia, & latus tormentosè aſt non ſtabiliter cruciant, quia propter ſuam tenuitatem & acrimoniam turgent. conſonum ergo vt alias ſuis conuenientes naturis excretiones faciant: & quoniam recrementoſa bilis ſanguini admixta promptè ad ambitum corporis fertur, ideo ićterus expećtandus, qui iſtis editus de cauſis plerumque pernicioſus eſt. vſtionem quippe ſubit bilis ſic viſcera affligens, & exin corpus ſaturato imbuitur colore, vt de ſæua ićteritia aliàs dićtum, quod accidit præſertim, dum frequentes illi ad egerendum ſtimuli reſtitant, quoniam tunc & ad viſcera, & ad ambitum corporis omnis vergit acredo. iſtud autem fieri dubitanter dićtum, quoniam non perpetuam habet veritatem, quum emendationem acredo ſubire valeat ammixtione aliorũ ſuccorum intus exiſtentium, & alias facere valeat excretiones, ſeu hæmorrhagię, ſi tenuior sãguis, in primis circuitibus à viſceribus ſuperas petat, ſeu egeſtionis ſplendidioris ſanguis, ſi poſt afflićtionẽ ſuborũ craſſior, ſanguis ad inteſtina curſum flećtat. ac licet malum ſit ſplendidum egerere ſanguinem, magis tamen diſcriminoſus eſt ad hæmorrhagiam progreſſus, quoniam meracæ tum effuſiones, tum ſtillationes ſanguinis è narium venis diſcriminoſæ perpetuò ſunt cephalalgicaque inde occurrunt mala excepta plerumque parotidibus, dum viſcoſa, & bilioſa ſunt, quæ ab aluo fuerè ſuppreſſa, quæ cuncta quam ſint periculoſa aliàs enarratum.

XXIX.

Quicumque tumores fluente aluo dolenter aſſurgunt, mali ſunt. ſi hac ſupprimi contingat, nec aliquid noui forte accidat, deinceps ſoluetur, & maligno modo. vomitiones in his pernicioſa, & ferina.

640 DIctum, quod à viſcoſis, & bilioſis remoratis deiectionibus parotides aſſurgunt, quę niſi ſuppurent, & fiſtulentur; perniciem afferunt, aliàs plerumque ſalutares. ob ſuccorum atamen turgentiam quandoque occurrit, vt dum aluus adhuc fluit, aſſurgant hi tumores, qui propterea non poſſunt non mali eſſe, perinde ac ſunt ex pluribus graueolentibus exorti. & hac ratione dictatum hoc veritatem habebit de iſtis parotidibus ſic aſſurgentibus.cęterũ & in hydrope ex acuto morbo, dum viſcerum naturalium ſtabilis adeſt afflictio, tumores circa ventrem aſſurgunt hinc inde, qui rurſus ſedantur, & attoluntur, vt prompta eſt à viſceribus male affectis ſuccretio noxiorum viciſſim ſe deponẽtium ac rurſus coadunantium. & hi tumores ſi dum aluum fluit, dolenter aſſurgunt, mali ſunt, quoniam ſunt germina viſcerum malè affectarum,totam eorum vitioſitatem nequeuntium per inferam aluum deponere,quæ mala inde emanantia promptiſſimè occurrunt, ſi tales ſupprimi deiectiones contingat, vt ex ſuperius dictis conſtat. cęterum ſi remorata aluus priuſquam alia mala promat, denuò prorrumpat, id profectò maligno fiet modo. nam reſtitantes. ſucci à mora maiorem contrahunt malitiam, propterea non ſine torminibus denuò profluere valent, ac ſi vomitionem fecerint, & ipſa pernicioſa, ac ferina erit. pernicioſa inquam, quia praui ſurſum obrepunt ſucci, qui vt craſſiorem partem promunt, ſic tenuiorem altius efferunt, vt inde tum deliria ſęua, tum diſcriminoſæ conuulſiones aduenianto, ferina etiam erit vomitio, ſiue quia conditione ſuccorum ad atritatem vergentium feritatem ſeu delirationis, ſeu conuulſionis afferet; ſiue quia feras lumbricos promet, vt de autumno ferino in ſuperioribus enarratum.

XXX.

Quibus ex flammeis, & valde rubicundis ſolutis graueolens, larga ſub rubra fit deiectio, hi ne inſaniant timor eſt.

641 ABunde ſuperius, dum dyſenteriæ fuere enarrata mala, ſed præuerſo ordine. nam illic conſiderantur deiectiones, quæ ſub-

ſubrubræ, limoſæ, & largæ ſoluuntur deinceps in flammeis valde rubicundis coloribus: nunc vero è diuerſo ponuntur, quæ ſolutæ à flammeis valde rubicundis, profluunt mox graueolentes, largæ, & ſubrubræ. vtrumque tamen peræquè facit ad inſaniæ aduentum. quæ etenim flammeſcentes, & valdè rubicundæ in has graueolentes, largas, & ſuboſcuras ſoluuntur, liquationem putreſcentium ſuccorum demonſtrant, indeque larga naſcitur profuſio graueolens, & ſubrubra, quia tunc bilioſis exſiccatis recrementis adduntur liquamenta è ſolidis emanantia particulis, quod liquamentum ipſa exuſta bilis facit, dum penitiora inuadit, & hęc ſi membra obſideat ſpiritalia ἰλάσις ἐξ[illegible]ανάναι.

XXXI.

Squalida cutis aluum prauè affectam ſignificat, his purulentæ carnes prærubræ vt plurimum ſecedunt.

642 Malæ ſunt dyſenteriæ ait Hipp. 2. Prorrhet. quæ cum hepatis inflammatione fiunt, quia perennis tunc adeſt noxiorum ſuccretio, quæ nedum aluum prauè afficit, ſed inſuper vniuerſum corpus ſic incommodat, vt tabeſcat omnino paupertate ſuccorum, quod in Eratolai filio contigiſſe proditum. ſordeſcit quoque corpus totum ob hanc noxiorum à viſceribus emanantium ſuccretionem, quoniam ad talem ſpurcitiem, & ſqualorem nequit corpus deuenire, niſi aluus prauè ſit affecta ſiue praua recrementa exoneret, ſiue ſecus. vtrumque enim αὐχμώδη ſignificat, ariditatem nempe, & ſpurcities, quæ ſi adſunt, aluus vtique ſtabili affectione premitur, quæ nequit non eſſe praua, dum ſic ſeu abſumit, ſeu temerat alibilem ſuccum. Quin & viſcerum carnes inde corrumpuntur, & abſcedunt, prodeuntque ab aluo prærubræ carunculæ, euulſæ potiſſimum à glandulis meſenterij abeuntibus in corruptionem, quod dyſentericorum lethale eſſe ſymptoma ſcriptum eſt 4. Aph. 26.

XXXII.

Ad aluum bilioſam, mollem, ſtercoracea egerentem, ardores comparentes, parotidas excitant.

643 Bilioſa eſt aluus, quæ & inardeſcit, & turbatur non quidem cum ariditate, nec cum profuſa diarrhea, dum mollis eſt. nam inardeſcit quidem aluus, & turbatur à bile: copioſè autem deijcit, dum recrementa hæc copia exundant, & adaperti ſunt ductus: inareſcit vero ſi ſic-

ſi ſiccus ſit ardor maneantque recrementa cuncta in intimis. ergo aluus bilioſa eſt, ſed mollis, & ſtercoracea egerens, dum bilis hæret ſuis in ductibus, ſed venæ ſugunt pro debito cremorem, non autem noxium contentum promunt, quod ad prauitatem facere aliàs dictum. reliquum igitur eſt, vt bilioſa aliò curſum flectant. quod per quam promptè accidit, dum febrilis inualeſcit ardor diffundens bilioſa, ac pone aures craſſa deponens, vt de viſcoſis bilioſis metaſtaſim ad cerebrum facientibus ſuperius dictum. Sunt qui loco χρώματα legunt χωματα. vtrumque veritatem habet. nam in ſoporoſis perinde ac in bilioſis affectionibus, ſi fuerint viſcoſa à ſuper incaleſcentia citata; parotides promptiſſimè erumpunt, vt de Eratolai filio proditum.

XXXIII.

Bilioſas egeſtiones ſurditas ſedat: & ſurditatem ſedat bilioſa alui egeſtio.

644 DE hac ſatis à commentatoribus ad Aph. 28. & 60. ſect. 4. & à nobis ſupra, dum de aurium affectionibus.

XXXIV.

Puſtulæ ſerpiginoſæ ſupra inguina ad laterum mollitudinem, & pubem fientes, aluum prauè affectam ſignificant.

645 ACris, & ichoroſus humor ſanguini immixtus ex aluo non eiectus, in cutim properat, & mala illic ſitæ naturæ conformia parit. ſerpiginoſis etenim puſtulis aut vniuerſum corpus, aut membrum aliquod replet, dum exedit, ac ſuperficietenus ſerpit. Aſt dum vniuerſum corpus talibus fœdatur puſtulis, alimentum quoque vniuerſim iſtis repletum ichoribus vitioſitatem habet, quam indipiſcitur tum ab externo contactu, dum quis contrectat ſcabioſorum ſeu corpora, ſeu indumenta: tum à viſceribus malè affectis multum ſeu exiguū quid emandantibus vitioſorum. nam ſi iſtud multum fuerit, totus inficitur ſanguis, ſordeſque in vniuerſa cute ſe offerunt: ſin autem exiguum eſt vitium ſanguini impertitum, tunc membrum aliquod labem ſuſcipit iuxta conſenſionem partium emittentium, ac ſuſcipientium horumque diſpoſitionem paratam. conſenſus quidem partium perpetuò interuenit ſiue fluxio procedat per vaſa, ſiue per oſſa, ſiue per neruos, ſiue per carnes, ſiue per alias emotiones; aſt conditione ſuccorum exundantium, partiumque ſuſcipientium accidit, vt malum quandoque in parte effloreſcat vici-

na,

na, aliquando in longinquis prodit. etenim ſi quod è viſcere malè affe-ĉto exit tenuis eſt ichor, at vicinæ partes diſpoſitionem paratam ad illum ſuſcipiendum non habent, tunc longè effloreſcit in parte conſona. aſt ſi ob craſſitiem ſegniter ad motionem ſe habet, vicinam vtique partem offendit, quia licet hæc ſit imparata, à pertinaci opere tandem offenditur, & ſic acris humor ſegniter in motum ſe habens vicinam partem aprehendit, vt viſceris vitioſitatem notet. ergo puſtulæ ſerpiginoſæ ſupra inguina, & ad laterum mollitudinem, & ad pubem fientes, aluum prauè affeĉtam ſignificant, quoniam tunc naturalia viſcera craſſum,& acrem emittunt ichorem, quem per venas ad aluum ſpeĉtantes diſtribuunt, propterea malè affeĉta eſt infima aluus, quia contumax eſt humor perenniter à viſceribus laborantibus ſuccreſcens, verendum ſubinde,ne tandem tormina conſurgant ægrum diutino malo afflicto interimentia.

XXXV.

Eclyſim dolorem ſoluens, aluum maximè humectat.

646 Non vitalitatis eclyſim, ſed animalitatis eſſe exolutionẽ aliàs ex Hipp. oſtenſum. Aſt qua nam ratione huiuſce exolutio virtutis doloroſam tollit paſſionem? certè quia ſenſum partis adimit, perinde ac faciunt narcotica medicamenta, quæ non tollunt ab affeĉta parte doloris cauſas, nec ſubinde affeĉtionem integrè ſoluunt, ſed tantùm doloris cruciatum obtundunt. quia & affeĉtam partem ſtupidam reddũt, & confluentium acrimoniam demulcent. ab hac autem ſanatione, quum non integra morbi ſequatur ſolutio, neceſſe eſt, vt offendens cauſa aliam deinceps inferat labem iuxta poſitus partis affeĉtæ, humoriſq. offendentis. loquitur autem nunc Hipp. de illis doloroſis affeĉtionibus, quæ in infimo ventre contingunt, à quibus etiam puſtuloſæ illæ naſcuntur ſerpigines,dum ad extimas partes noxij ſe diſtribuunt ichores,qui ſi intus maneant, doloroſam vtique affeĉtionem pariunt, quæ tam ſæua in iocinore plerumque eſt. vt ſolani ſuccum dare conſulat Hipp. lib. de int. affeĉt.ad citam doloris in prima hepatitide ſolutionem. talis ergo doloroſæ affeĉtionis ſolutio facta per torporem, & in affeĉta parte, & in humore offendente inueĉtum, dum alijs non emendatur auxilijs, humidam tandem aluum reddit. quippe humeſcet aluus tum à laxitate partis exolutæ,tum ab humore hæreſcente, qui iam cum prauitate offenderat. hinc eſt,quod dum neceſſitate coactus Hipp. ſolani ſuccum porrexit, protinus ſilphij ſuccum cum trito origano exhibet, vt nimirum membra vſu narcoticorum obtorpeſcentia, ſuum protinus tenorem recipiant, affligenſque noxium

xium ad vrinarios ductus vergat, & hac ratione vno eodemque tempore, & dolor vrgens miteſcit, & doloris diſtrahuntur occaſiones. quod eſt eximium in arte medica arcanum, ne à remorato in obtorpeſcente parte ſucco, mox alia inſurgant mala, cuiuſmodi eſt alui hæc liqueſcentia, cumulatim quandoq. prodiens, ac inoppinanter rapiens.

XXXVI.

Suppurationes ſedis dolorifica, aluos perturbant.

647 Dictum iam, quod in diuturnis pernicioſis ſedis dolor eſt lethalis, conditione nempe humorum abſcedentium acerbiſſimum inuehentium dolorem, vel ſaltem ſi talem prauitatem non gerant; ſuppurationem committentium, quę tandem aluum doloroſè perturbat, vt ſcriptum lib. de Fiſtul. ſic in Pythiona quadrageſima ſuppuratio circa ſedem facta eſt cum ſtrangurioſa mictione.

XXXVII.

Lethales egeſtiones ſunt pinguis, nigra, liuida cum graueolentia, & bilioſa habens in ſe ſimile quiddam ciceris, aut fabbis freſſis. aut veluti floridos ſanguinis grumos, & quæ odore eſt ſimilis forijs infantium, & varia eademq. diuturna talis autem fuerit cruenta, ramentoſa, bilioſa, nigra, praſina, & ſimul, & permutatis vicibus.

648 Complexio hæc eſt omnium egeſtionum ad lethalitatem facientium, de quibus ſparſim in ſuperioribus, nunc propterea rem totam breuiter abſoluamus. lethales egeſtiones, quæ ſuapte natura tales, non ab euentu (nam & ſtercoraceæ, quæ ſuapte natura bonæ lethales quandoq. euadunt) dignoſcuntur à ſubſtantia, à colore, & à contentis ſiue vniuſmodi ſemper ſint, ſiue varietatem gerant. A ſubſtantia quidem deiectiones pingues omnes lethales ſunt, quia & liquatam pinguedinem promunt, & deſignant extremam carnoſarum partium liqueſcentiam, ſuccorumq. corruptionem ſummam, vt de oleoſis, adipoſiſque vrinis iam dictum. nec poteſt non exitium minari ea afflictio, quæ tam altius & ſuccos, & ſolida membra inuaſit, & propterea tabeſcentibus ad citum interitum occurrunt. de nigris deiectionibus abundè iam: liueſcentes autem, ſi crudorem ſolum exhibeāt, ad contumaciam, & difficultatem faciunt: aſt ſi inſimul grauiter oleant, lethalitatem gerunt. quippe haud exigua tunc interuenit corruptella, propter quam & grauiter olent & liuent fęces, quod vnitim lethale eſt, vt de vomitione dictum. bilioſæ

etiam

etiam quę ſuapte conditione non omnimodam lethalitatem denunciant, ex additis tales euadunt, dum nempe continent quid ſimile ramentis ciceris, fabiſue freſis. nam hæc ſeu albicantes ſunt carunculę euulſæ à viſceribus; ſeu ramenta è tunicis inteſtinorum abraſa. vtrumq; enim à ſummo naſcitur incendio, quo bilis inardeſcens alterutrum horum, ſeu vtrũque præſtat. inde etiam ſplendeſcentes eruoris grumi vnà prodeunt à lumbis potiſſimum ad exitium dolentibus, ſi adhuc doloroſa perſeueret affictio, quod accidit perpetuò, dum grumeſcens cruor eiectus pauca eſt in copia, & ſplendet. Eadem quoque biliosa deiecta ſi forijs infantium odore oleant, lethalitatem promittunt. quippe infantium recrementa illum exhibent odorem, quem liquida humeſcentia à ſitu contrahunt, priuſquam putreſcant quem nos veneti freſchino vocamus, qui in piſcibus aliquandiu extra aquas morantibus occurrit. talis autem odor in forijs accidit infantiũ, quia vniuſmodi ac liquidus eſt aſſumptus cibus, liquida idcircorecremẽta deponit, quę nõ diutius in inteſtinis morata, ſitũ hũc redolent. in grandiore autem ætate quia ſolida ingeſta recrementa dant corpulentiora, grauius olent hæc, quia diù in inteſtinis morantur. ergo ſi biliosa deiecta nidorem hunc referunt, tunc in ſimul liquatus exit cremor abiens in corruptellam priuſquam venæ vtilem eius partem ſugant, quod ad exitium facit, dum in ſimul bilioſa ſuccreſcunt. de variatis autem egeſtionibus ſiue vnitim, ſiue per vices fluentibus in ſuperioribus dictum. nam licet diuturnius hæc quam faciant meraca affligant, exitioſa tamen, dum prauitas adeſt aliqua in ea varietate.

XXXVIII.

Lethale etiam eſt, quodcumque ſine ſenſu exit.

649 QVæ clam, & ſine ſenſu exeunt, liquida dubio procul ſunt. exeunt autem vitio ſeu facultatis, ſeu recrementorum; poſtremum quidem non ſine diſcrimine; alterum ad exitium, dum in pernicioſis ac preſertim mente conſtantibus ſtabilis eſt facultatis exolutio. nam & in delirantibus, ac in epilepticis inſultibus exeunt immemoriter fęces non ſine diſcrimine, ſed non ad omnimodam lethalitatem, dictum propterea in Prorrhet: à ventre tenuia non ſentienti prodire ei qui eſt apud ſe ipſum, pernicioſum, veluti hepatico. Gal. ſuccenſet Hipp. quod ſenſus amiſſio non ad hepatis, ſed ad cerebri vitium ſpectat. Sed bonus hic vir ſæpè dormitat. tactionis etenim ac motionis opus iuxta Hipp ad ipſum cor attinet virtutes ſuas vndique per arterias exerens, quarum exolutiones faciunt, vt pereant, obtorpeſcant, ſtupeſcantue

motus,

motus, & ſenſus. Sed hæc Gal. inuiſa omittamus. certum eſt, quod ille hepaticus eſt, qui hepatitide laborat. in vehementi autem hepatitide ſuperius oſtenſum narcotica conuenire ad doloris ſedationem: aſt à nimio narcoticorum vſu exoluuntur virtutes: Eclyſes autem dolorem ſoluentes aluum humidam reddunt. ergo hepaticus ille in liquidarum fęcũ iniuſtam incidit deiectionem fortaſſis à nimio narcoticorum vſu, quorum vi alui virtutes prorſus exolutæ manſerunt, quæ & ipſe per ſe exoluuntur à vehementia morbi, dum ad id opportunè interueniunt cauſæ. ſic non illudimur, ſed ſplendorem, vt decet, Hipp. donamus.

XXXIX.

Si cui difficulter potum haurienti cum tuſſifero anhelitu ructus eſt intro retractus, ac reuolutus, laborem alui ſignificat.

650 NOn minus quàm à vitio gutturis, à laboribus tũ ſpirabiliũ tum naturalium partium deglutitionis naſcitur difficultas: nec minus quam à ſpirabilium partium, à viſcetum naturalium labe tuſſiferi naſcũntur anhelitus, vt in ſuperioribus ſæpè enarratum. ructus autem propria eſt paſſio viſcerum naturalium, ſtomaci potiſſimum flatus emittentis, ſiue is genitus in ipſo ſtomaco ſit, ſiue ab alijs viſceribus elatus per ipſum ſe promat, & tunc ritè munus hoc peragit, dum liberè, ac largis buccis exundantes vapores profert. ergo ſi ructus iſti exitum quęrentes intus ſe retrahant obuoluti, aliquid in abditis eſt, quod exitum hunc auertit, & hoc promptiſſimè viſcerum naturalium præſertim iocinoris faciunt phlegmones, à quibus & anheloſæ tuſſes, & ſuffocationes aboriuntur: nam in ſęua hepatitide id quoq; contingere proditum. hauſtus ergo difficilis potionum cum tuſſifero anhelitu, & retractione ructuum ſeſe intro reuoluentium laborioſum, ac prementem ſignificat adeſſe alui dolorem, quia nempe viſcera naturalia ſub aliquo phlegmone laborant.

XL.

Prauæ ſunt etiam egeſtiones valde rubræ, æruginoſę in quartanis. & tales ſanguinis fluxiones ſoporoſę ſunt, ex his conuulſi moriuntur nigris antea egreſſis.

651 NEdum in quartano circuitu, qui ſuapte conditione acutorum adimplet terminum, ſed & in quartanis diuturnis quandoq; ad acutiem adactis veritatem habet, quod tales egeſtiones valdè rubræ, & æruginoſę prauitatem gerunt, quoniam dum tales ſunt, vtique ab aduſtione

ſtione ſumuntur tum bilis flauæ, tum ſanguinis, quæ autem ſymptomata ab iſtis nigris naſcuntur praua vtiq. ſunt, quia tunc vrget in intimis sũmus ardor nedũ illas colorationes promens, ſed inſuper ſummã ſuccis duritiẽ, ac viſcoſitatem impertiens, vt exin erumpentes hæmorrhagiæ, vt potè meracioris, ac craſſeſcentis ſanguinis, ſoporem inducant, ac necem tandem cum conuulſionibus moliantur. quippe iſtis potiſſimum editus de cauſis ſopor habet quid conuulſorium, & nigra ante obitum deiecta promit perinde ac accidit in omni quartanario circuitu per hæc ſymptomata ad exitium properante, vt ſæpè in ſuperioribus enarratum.

XLI.

Repentinę præfert rationem alui exolutiones in morbi diuturnitate extenuatis vnà cum aphonia tremula perniciosum. tenues nigrorum egeſtiones horriferæ meliores talibus ſunt. tales proſunt maximè in ætate ante vigorem.

652 QVam exolutionem ad iniuſſam deiectionem externæ gerunt occaſiones, vt puta in ſæua hepatitide narcoticorum vſus; eandem internæ quoque pariunt effectrices cauſæ repentè ac præter morbi rationem occurrentes, quia nempe nulla ſtabilis eſt alui afflictio diù perſeuerans, quæ tandem retrices inteſtinorum virtutes exoluat, vt ſubinde liquata aluus iniuſſu profluat, aſt ſi tales abſuerint occaſiones, & aluus nihilominus exoluitur de repentè, id profectò facit repentinus tranſitus ſuccorum ex alto venientium, qui quandoque vtilitatẽ ferunt, dum poſt diutinum morbum ſic repentè ad criſim ſe exonerant, & ad hanc vtilem excluſionem ſequitur ægrorum conferentia, & morbi leuamen, quia tunc oportuna ſolùm prodeunt. aſt ſi contrarium occurrat, vt nimirum repentina hæc alui exolutio ſit cum aphonia, iſtud profectò exitioſum erit, quia deiecta nec modum, nec tempus ſeruant, ſed à proprio pendent orgaſmo aſſumpto ab atræ bilis natura, cuius portio maior ad aluum properat, ſed eius quid ſpiritalia vaſa penetrat, vocemque intercipit cum tremore non à ſolo edito pondere, ſed & à virium imbecillitate, quum in extenuatis iam à diutino morbo contingat. cæterum ſi nigrum quidem, ſed tenue ſit deiectum, aphoniæque vice, horrores adueniant; iſtud equidem non ſine commodo erit, quia quod ex aluo tenue prorumpit, totam ab intimis plenitudinem detrahit, & quod tenuius adhuc per vaſa oberrat horroris author; ſudoris exfluxionem promptè facit, quod non ſemel tum in diuturnis morbis quartanarijs, tum in acutis inde exorientibus euenire compertum. quod autem tales nigrorum ege-

ſtiones horriferæ proſint maximè in ętate ante vigorem, hinc patet, quod vires tunc robuſtiores per patefcẽtes ductus noxium promptè diſpellunt, nec in ea ætate vt in ſeneſcentibus perennis adeſt atræ bilis ſuccretio, ideoque omnis melancholicorum collectio ſemel diſtracta, malum prorſus eliminat. aliàs namque oſtenſum, quod innaturales occaſiones naturalibus ſe adaptantes temperaturis contumacius affligunt.

XLII.

His omnibus pruriginoſæ affectiones nigrorum egeſtionem ſignificant, & vomitum grumoſum. & tremulæ affectiones cum morſu, & cardialgia nigras egeſtiones ſignificant. ſed ea vomitus præcedit, & vbi vomuerunt, multę tales inſuper detrahuntur.

653 PRoſequitur de nigris egeſtionibus tractationem, & his anteuenientia nunc proponit ſigna, quorum vnum à proriginoſis habetur affectionibus, quæ in diuturnis ante vigoris ætatem aduenīunt. quippe in iſtis pruriginoſæ affectiones præſertim à liene malè affecto naſcuntur, dum is æſtuans atros in arterias reponit ichores non ſine viſcoſitate, ſed maius horum pondus euomit tum in aluum, tum in ventriculũ, vt & nigrorum deiectionem, & grumoſam vomitionem faciat. quæ enim recrementa ſuapte ponderoſitate ſubſident, ad aluum curſum flectunt, & inferam deiectionem faciunt, ſi non refluant, quia impeditus ſit deſcenſus. viſcoſus autem, niger, ac fęculentus ſanguis in liene collectus promptè ad ventriculum repit, grumoſamque vomitionem facit; quoniam quamplurima à liene ducta illuc tendunt vaſa, vt aliàs ex anathomie oſtẽſum, & hoc ad differentiam illius ſanguinolentæ vomitionis, quæ à iocinore prodeuntes ſpumioſæ ſunt, quia è vaſis exeunt pulmonum, ideoq; dum nigra grumoſa euomuntur, hæc dubio procul à liene veniunt, ſi non præceſſerint ſanguinolenta à capite rheumatiſmata. & hoc maximum eſt in arte medica arcanum, ex cuius ignoratione magna inſurgunt errata. Aliud in iſtis diuturnis morbis nigrarum ad futurarum deiectionum ſignum habetur ex tremulis affectionibus cum morſu, & cephalalgia. Sed his anteuenit vomitio, vt multa deorſum mox detrahantur. nam in illis vt tremulæ affectiones nigrorum deſignant exundantiam ſuccorum; ſic cephalalgia cum ventriculi morſu vomitionum opinionem præbet, quæ quidem vomitiones, vt fluentem aluum ſiſtunt, ſic eam remoratam humectant, aluuſq; deinceps profuſiſſima fit, nigra exercens non ſine vtilitate, ſi reliqua bona ſunt.

Quibus

XLIII.

Quibus in turbatione alui exacerbatio eſt ſub criſim, nigra inferuè prodeunt.

654 ET hoc alterum inditium eſt nigrarum egeſtionum adfuturarũ, dum nempe exacerbatio eſt ſub criſim in alui turbatione. nam ipſa alui turbatio tranſitum deſignat ſuccorum ex alto venientium, vt aluum profuſam reddant, quæ turbatio ſub criſim facta, ſalutem promittit, ſi reliqua ſint bona. non eſt autem facta integra ſuccorum miteſcentia, dum ſub criſim inualeſcit afflictio, quia hi ſuapte conditione prauitatem gerunt, quanquam natura iam vitrix eos vtiliter abſpellat, ſic enim ſæpè dictum, quod iudicatoriè prauum quandoque ad ſalutem excernitur, licet non ſine diſcrimine, præſertim ſi inſuetum ad locum properet, quod de ipſa bile atra dicendum, quæ perpetuò ſuapte conditione praua, dum iudicatoriè ad excretionem properat, morbum vtique exacerbat, præſertim ſi ad aluum properet, quum eius naturalis curſus ſit vel ad vrinarios ductus, vel ad ambitum corporis. contrarium eſt de flaua bile, quæ ſine exacerbatione ad aluum fertur, non ſine diſcriminoſis exacerbationibus aliò.

XLIV.

Ex aluo diutinè affecta vomentibus biliosa, cibum faſtidientibus, ſudor multus cum impotentia repentè interimit.

655 PEſſima vbiq; adinamia, & vt in anginoſis clàm occidit, ſi hypochondria doleant cum torpore, & irrita criſi, ſic & in diutina alui affectione repente interimit, dum biliosa vomuntur cum ciborum faſtidio, multoq; ſudore. nam Eraſinus in ſudoribus conuulſus obijt, & Pythio aphonus deceſſit multo cum ſudore, ſeceſſus huic erant meri, parui, biliosi, in Eraſino vero ſtercoracei. non poſſunt ergo non ad repentinum interitum apparere ſudores multi, dum ex aluo diutinè affecta vomitus bilioſorum oboriuntur cum ciborum faſtidio, vbiq. enim tunc ſe diffundit noxioſitas, nec vllum excreta afferunt leuamen, quia alui diuturna eſt, & pertinax afflictio, exeuntq; contrarijs motibus exundantes ſucci, quod ad citam, ac repentinã lethalitatem facere aliàs ex Hipp. oſtenſum.

XLV.

Ab aſſumpto medicamento in defluxione, ſi vbertim tenuis ſanguis eliqueſcit, inutile.

656 Aſſumpta gratia purgationis pharmaca, ſi vltra debitum ſuccos turbent, hypercatharſim faciunt, promuntque tandem cruorem ex alto euocatum adcertum vtiq; exitium, vt lib. de nat. homin. ſcriptum ab Hipp. non enim tenuis tunc eliquatus cruor prodit, ſed ardore inacenſus, & ichoribus deſtitutus meracus, & ſplendeſcens apparet. Aſt is quandoque etiam ab exigua pharmaci proritatus virtute prodit tenuis ſubalbidus, aquamue fluxibilitatem redolens, quia nimirum effluit ab exiguis meſeraicis venis reſeratis cremoris adhuc conditiones redolens, huiuſq; cruoris exitus nullius eſt vtilitatis, quia cauſam morbi effetricem non demit, ſed nec multum viribus obeſt, quia licet pabulum ſubtrahat, occaſionem tamen non demit, vt venæ denuò ſugant, ſi medicamenti vis proritans deſiſtet à ſuo opere & hic fortaſſis fuit ille cruor, qui circa equinoctium deorſum fluxit cauſtica afferenti, de quo plura alias.

XLVI.

Duritiem circa ventrem cum ſudore in febribus cum horrore cibos auerſantibus, aluo parum ad purgationem humectata, non ſuppurantur.

657 Sunt hæc ſuppurationum fientium ſigna in concluſa duritate, vt ex aliàs dictis conſtat; niſi aluus paruis humectata egeſtionibus, ſuppurationum occaſionem præripiat. quicquid enim in concluſa duritate ſanioſam induit naturam, exit protinus, diſpergiturque partim per arterias, vt membra horrere faciat cum ſudaciunculis, quia atrabiliariam gerit conditionem: partim, quod nempe craſſius eſt, labitur in inteſtina, vt ad paruam egeſtionem aluum prorritet, quod accidit promptiſſimè, dum prauæ iſtæ ſuppurationes fiunt circa meſenterij venas, vt de tritæophijs febribus aliàs dictum, in quibus & latenter ſuppurationes fiunt, & aluus malè afficitur. Superius quoque de hypochondriacis malis dictum, quod in his, ſi non fiant purgationes, malum in ſuppuratum tranſit fermè ſemper ad exitium.

Vnà

XLVII.

Vnà cum febre aluus turbata ſalſuginoſo modo ſoporoſos, torpidos non valdè comitatur.

658 ALuus turbata eſt ſalſuginoſo modo, dum ſcatet pituitoſis liquatis non ſine irritamento, vt accidit in ſecundo cauſone, de quo Hipp. 4. Acut. ardens autem febris hæc rapit quam celerimè, ni deſiſtant profluuia, vt aliæ deinceps prodeant vtiles iudicationes. occurrunt autem in hac febre præter vrinarum interceptiones, & ſopores, & torpores, vt in ardentium ea conſtitutione de qua Hipp. 1.Epid. accidiſſe ſcriptum. non valde ergo comitatur alui hæc ſalſuginoſa liqueſcentia ſoporoſos, ac torpidos, quoniam aut citius rapit, aut ſoluit ſymptomata hæc, dum pondus noxioſorum integrè detrahit, vt Pythionis filio contigiſſe proditum.

XLVIII.

Ex aluo liquida laſſatos, caput dolentes, ſiticuloſos, vigilantes, prærubra coloratione ſolutos; timor eſt ad inſaniam deuenturos eſſe, ſi difficulter ſpirauerint. ad hoc vbi quis cum virore palleſcit, benè ſpirare noxium non eſt aluo inſuper probe egerente.

659 A Bonis vtique excretionibus alienum eſt, vno eodemque tempore duos contrarios motus ſe exercere, aluumque inſimul turbatam liquari, & ad ambitum corporis tenuia alieno colore cutim imbuentia ferri. alterutrum enim horum recurrat oportet non ſine ægri pernicie, potiſſimum ſi praua alia vrgeant ſymptomata. valdè autem rubeſcit corpus à ſanguine nimium efferueſcente, qui ſubinde in atram naturam degenerans, dum ad partes vergit ſpiritales, phanaticas delirationes excitat, ſi firmiter ipſum aprehendat diaphragma, ex cuius labores difficiles oboriuntur ſpirationes, vt harum partium deſignent paſſionem. pernicioſo quippe in ſtatu corpora ſunt tali imbuta colore, dum inſimul ob alui liqueſcentiam laſſantur cum vigilia, & ſiti. ergo retractio huiuſce feruidioris ſanguinis, dum ſic ſpiritalia membra aprehendit, vt anhelitum anguſtiet, non poteſt non ecmaniam inferre, quæ & ipſa ſuapte conditione pernicioſa eſt. cęterum ſi vice huiuſce prærubræ colorationis, palleſcat cum virore corpus, nullaque in ſpiratione labes obuerſetur, & ipſa aluus laudabilia proferat excreta, tunc noxia haud erit illa

vire-

vireſcens palleſcentia, aliàs mortifera, ſi & aluus alba deponat, & ſpirationes preſſæ ſint propter duritiem præcordiorum. quia enim aluus ſuo ritè fungitur munere, & ipſa ſpiritalia membra libera ſunt ab oppreſſione, conſentaneum, vt vireſcens in cutim depoſita bilis intima tota expiauerit, ſalus propterea inde ſperanda, licet ipſa coloratio ſigno mala ſit.

XLIX.

Aduſtę egeſtiones cum tenſione, aluum prauè affectam ſignificant.

660 VRuntur fęces à ſicco viſcerum ardore, dum is ab aluo omnē exhaurit humiditatem, vt ſubinde totum etiam corpus tabeſcat, quod cuidam in Oeniade tabeſcenti contigiſſe proditum. ſed cum tenſione ſic vruntur fęces, dum aut in intimis ſcatent viſcoſa vi ardoris in vapores elata: aut praui in viſceribus ſubſunt phlegmones abeuntes iam in ſuppuratum. vtcumque dum egeſtiones aduſtæ prodeunt cum ventris tenſione, prauè afficitur aluus, quia malum ad infimum hunc ventrem ſpectat. ſecus eſt, ſi nulla ventris adſit tenſio: nam ſiccus cordis ardor ope arteriarum æſtuantium omnem liquorem allicit vlla abſq. ventris tenſione, imo cum eius extenuatione: & tunc aluus ipſa prauè non eſt affecta, ſed vitium omne pendet à nimio ſpiritalium partium ardore. & hæc ſummè obſeruabilis eſt diſtinctio, ne nos fallat cauſarum dignotio.

L.

In biliosis aluus turbata frequenter egerens parua diſtendentia cum paucis mucoſis, dolorem circa tenue inteſtinum hæc faciunt, & vrinam non facilè prodeuntem ex talibus ad hydropen deſinunt.

661 EQuidem ſiccus ardor in bilioſis tum temperaturis tum morbis dum ſic prauè aluum afficit, parat ægrum ad ſiccum hydropem, vt ex aliàs dictis conſtat. dum enim turbata aluus cogit ad pauca egerendum, tenuis & paucus à viſceribus labitur ichor, qui vt tenue inteſtinum diſcruciat, ſic mucoſa quædam deturbat, à quibus & venter diſtenditur, & lotium quadantenus moratur. ſunt autem in hydropicis ſiccis vrinæ ſtillicidia mala, quemadmodum & tormina circa tenue inteſtinum occurrentia in ſicco iam denunciato hydrope.

Lin-

LI.

Lingua tremula nonnullis ſignum eſt alui prorupturę.

661 NOn in omnibus linguæ tremor præſagium eſt alui erupturæ? nam & mortis, & mentis non firmæ eſt inditium. plerumq. tamen hunc habet euentum, quia lingua per vaſa ſe iſtinc diſtribuentia ventri conſonat, ideoque dum pondere hæc premitur noxioſorum à capite depluentium, & ipſa aluus deinceps prorritata liqueſcit, etiamſi mens inde aberret, & ipſi ægrotantes ad internectionem tendant propter nimiam atræ bilis exundantiam. ſed hac de re ſuperius quoque.

LII.

Quibus ardor ſit, & ad egreſſas alui egeſtiones inſuper exſudant, his febris exacerbatur.

663 EXacerbatur inquam in iſtis febriles inſultus, quoniam ſuperrigent ægri talia patientes. aliàs enim dictum, quod ſuperrigent ægrotantes ardore circa ventrem excitati, à quo ardore etiam ſudaciunculæ prodeunt, dum nempe acria & tenuia, quæ iam aluum prorritauerant ſeſe per arterias diſtribuunt non ſine febris exacerbatione, quum ſit hęc noxiorum diductio ſymptomatica ſudaciunculas proferens dum & contenduntur, & æſtuant arteriæ.

LIII.

Ex aluis liquidis perfrigeratio cum ſudore mala.

664 NOn eſt idem liquari, ac turbari aluum nam, vt àliàs dictum, turbatur, dum ab alto in ipſam per vaſa depluunt recrementa iam in penitioribus collecta. liquida autem aluus profluit etiam ſine turbatione, dum ſolum quæ in ipſa aluo ſunt, liquantur, & exeunt ſine turbatione, doloreuè aliquo. ergo perfrigeratio occurrens in alui turbatione ſudoroſa, vtique exitioſa eſt, quia ſignum dat exolutæ virtutis propter nimiam ſuccorum ſe deplentium ſeu vitioſitatem, ſeu effluxionem. quæ autem perfrigeratio in liquida ſolùm aluo occurrit, mala quidem, ſed non prorſus lethalis, quia ſolam deſignat crudoris exundantiam, cuius portio in vaſis intimioribus delata, & perfrigerat corpus, & ſudorem exprimit, vt non rarò in quartanis, alijſque euenire diuturnis febribus conſtat, propterea perfrigeratio hæc contumaciam, & difficultatem inferre valet, minime verò exitium, ni alia deinceps praua ſuperaccedant.

Ex

LIV.

Ex aluis liquidis ſanguis è gingiuis defluens, lethalis eſt.

665 SVccis ex aluo ſe deponentibus non correſpondet exitus ſanguinis è gingiuis, vt faciunt perfrigerationes ſudoroſæ, propterea exitus iſtæ cruoris lethalis, quia ſanguis tunc in intimis æſtuat non ſine ſalſedine, quam indipiſcitur à ſalſuginoſa pituita, à qua etiam aluus liqueſcit. perinde ergo vt mortifera eſt ardens ab hoc ſucco profecta, quia aluum liquidam reddit, ſic & exitus hic ſanguinis è gingiuis lethalis eſt, quia non copiam inſequitur ſanguinis aliò non ſe vtiliter exerentis, ſed ſed eius ſummam vitioſitatem deſignat, quæ in aluo liquida non poteſt non exitium moliri. cætera quæ ad hanc rem faciunt, habentur in tractatu de vitijs oris.

LV.

Alui egeſtio pura ſuperueniens ſoluit acutam febrem cum ſudore.

666 PRimum huiuſce diuiniſſimi operis dictatum non terret infida leuatione à quo mors repentinò aduenit: poſtremum hoc nos ſolatur certa cum ſalutis ſpe, mutationem in excretis exhibens ad ſalutem ſub integra ac ſecura criſi. nam aluus in acutis, magniſque affectionibus praua plerumque nedum ad perniciem, ſed ad criſin egerens, ſi poſt debitam noxioſorum excluſionem, pura recrementa deponat, tunc febris ad ſui ſolutionem tendit, quam integram gerit ſudor, quia natura iam noxioſorum craſſorum ſarcinam depoſuit, & quod tenuius in venis manet miteſcentiam indeptum, ſudore tandem ſalubriter prodit omni ſublata turbulentia. is enim effluuius ſolus eſt, qui iucundè ac tuto morbos præſertim acutos tollit, dum temporibus, ac modis debitis prorumpit, vt abundè aliàs enarratum.

Eadem eſt præceptorum conditio, & ſeminum. multum efficiunt, etſi anguſta ſunt, tantum idonea mens rapiat illa, & in ſe trahat. multa inuicem & ipſa generabit, & plus reddet, quam acceperit.
Senec. Ep. XXXVIII.

Digitized by Google

vill. empf.

A E.

Digitized by Google